ENCHIRIDIUM

DICTIONIS EPICAE

ENCHIRIDIUM DICTIONIS EPICAE.

ENCHIRIDIUM

DICTIONIS EPICAE

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA ANTEHAC PROFESSOR ORD.

EDITIO ALTERA
AUCTA ET EMENDATA.

LUGDUNI BATAVORUM

IN AEDIBUS SOCIETATIS CUI NOMEN:

A. W. SIJTHOFF's UITGEVERSMAATSCHAPPIJ.

MCMXVIII.



Nisi spes scriptorem frustrata est, operis ante quartam saeculi partem compositi altera haec editio multis in rebus praestat priori. Moles autem libri ne cresceret tam prospere cautum est ut vel tertia parte tenuior evaserit, licet novae materiae multum sit receptum. Iamque ita inter se cohaerent *Commentationes* Homericae (1911), Iliadis et Odysseae *editio* cum prolegomenis, notis criticis, commentariis *exegeticis* (1912—1917), hoc *Enchiridium,* ut unum opus coniunctim efficiant. Accesserunt autem quae patrio sermone sunt conscripta: *de Boogschutter en de Weefster* (1904) et: *Homerus, Gestalten en Tooneelen van het oud-grieksche Heldendicht* (1913).

Scripsi in Helvetiae
pago Amden.

v. L.

CONSPECTUS OPERIS.



CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. 15	vs. 6 infra	leg.	quae praebet commentum e Suetonio magnam certe partem desumtum, in cod. Parisino anni 780 (Reifferscheid Sueton. 138, 419, Nauck Lex. Vind. 279): „Pisistratum" etc.
„ 27	„ 6		μĤλα leg. μῆλα.
„ 46	„ 4	„	604 „ δ 604.
„ 69	„ 16	„	77 „ 75.
„ 85	„ 24		dativi „ dativi sing.
„ 91	„ 3	„	§ 44^3 „ pag. 152 *e*.
„ 91	„ 2	„	§ 44^2 „ „ 152 *f*.
„ 93	„ 12 sq.		leg. Ζεφυρίʜ *s*, ϝεαρινόσ *t*, ... ἐνεσίʜισι *u*, ... ἐνοσίφυλλοσ, cet.
„ 93	„ 8 infra	„	*s* η 119. *t* Pag. 176 a.
„ 101	„ 23		ἅ-νλοφοσ leg. ἅν-λοφοσ.
„ 115	„ 14	„	*a* § 87 „ *a* § 86.
„ 116	„ 13	„	del. *f*.
„ 129	„ 13	„	in fine notae *a* add. Postmodo vidi Wilamowitzium Sappho u. Simonides 94, 1 idem dixisse.
„ 130	„ 3	„	§ 126 leg. pag. 250 *b*.
„ 149	„ 2	„	in fine notae *v* add.: nomen Βῖρισ extat etiam in pervetusta inscriptione Theraea 4722.
„ 182	„ 16	„	coniunctos leg. coniunctas.
„ 182	„ 10	„	ο 555 „ ρ 555.

Pag.	200	vs.	11		δοίω	leg.	δοιώ.
„	235	„	5	infra	Υ 329	„	Υ 389.
„	247	„	14	„	257 *e*	„	250 *d*.
„	250	„	7		ἔμ'ναι	„	ἔμμ'ναι.
„	251	„	19	„	719	„	Λ 719.
„	252	„	12	„	ἀκαχμένοσ	„	ἀκαχημένοσ.
„	288	„	17		post δαρθάνω del. h.		
„	327	„	4	„	in fine notae *g* add. ἔнσ Π 208, pag. 216 *h*.		
„	336	„	13	„	'μνήσατο leg. 'μνάσκετο.		
„	353	„	4	„	paran.	„	paean.

PRAEFATIO.

I.

De dictione epica qui disputaturus est, eum decet de origine carminum epicorum et de veterum poetarum arte quid sentiat prius dicere quam ipsum opus aggrediatur. Sed molis ingentis hanc materiem totam sibi sumere tractandam, id est mare ebibere velle. Nam maris instar sunt prisca illa carmina; maris aeterni, cuius fluctus rhythmo nunquam sopito ad littora nostra provolvuntur; — maris immensi, quod simplicitate sua animos ad admirationem proripit: idem mentes percellens infinita copia rerum observatu dignarum, quibus pervestigandis unius hominis vita ne tota quidem sufficiat; vitae fons uberrimus, cuius imum fundum nullus dum mortalium est perscrutatus. Maris est instar, quod carum est pueris in littoris arenis inter conchas variegatas lusitantibus, carum philosophis de rerum causis ipsiusque vitae origine meditantibus, carum poetis, sive leni iis susurru fabellas in aures inspirat, sive ira fremens ciet furorem carminum grandisonorum feracem. *Ἔστιν θάλασσα· τίς δέ νιν κατασβέσει!*

Itaque, ne nimia moliendo risum moveamus, — nam *ὁ μὴ σαφῶς διδάξας ἐν ἴσωι καὶ εἰ μὴ ἐνεθυμήθη* [a], — vel extra fines huic praefationi concessos latius expatiari cogamur, pauca e multis selegantur oportet et succincte tractentur. Strictim tangenda erunt quae, si quis pertractare velit, spissa sibi poscant volumina; eminus multa erunt indicanda, inter quae demorari dulce et utile foret; multa erunt praetereunda, cum tempus et locus in via consistere non sinant, cognitu dignissima, — si modo possint cognosci. Nam in caliginosa regione versatur quisquis conatur harum rerum aliquid explorare.

Epica Graecorum carmina aetatem tulerunt *Ilias* et *Odyssea*; sed et alia multa olim extitisse cum fert ratio, tum testimonia docent

---

a Thucyd. II 60 § 5.

certissima. Nam fortes ante Agamemnonem et poetas ante Homerum vixisse ex ipsis Iliade et Odyssea apparet, in quibus carmina vetustiora plus semel sunt laudata et veterum vatum nomina allata sunt complura [a].

Ipsi autem Homero praeter duo quae nominata sunt carmina epica et alia olim a quibusdam sunt tributa [b], et nomina saltem carminum multorum epicorum ad nos pervenerunt, nec non versiculi aliquot inde excerpti. Praeterea rerum in illis carminibus enarratarum superest epitome [c] a Proclo quodam ex antiquiore compendio excerpta [d]; nam ipsis carminibus vetustis Proclus ille usus esse non videtur [e], neque quae singula carmina habuerunt rettulit, sed rerum in terris olim gestarum annales ita composuit ut pro arbitrio inter se coniungeret quae in carminibus vetustis fuerant narrata. Multi autem inter Graecos his aliisque carminibus non Homeri nomen sed alia praescripserunt [f]: *Stasini* Cyprii, *Arctini* Milesii, *Leschae* Lesbii, *Agiae* Troezenii, *Creophyli* Samii vel Chii.

Praeterea *Hymni* in honorem deorum complures ab Homero compositi esse ferebantur [g], qui neque unius fuerunt saeculi neque unius regionis, neque poetae Iliadis vel poetae Odysseae sunt tribuendi, in unum autem corpus quando collecti fuerint non constat.

Etiam *Margites* carmen hexametrum iambis intermixtum Homeri opus est habitum [h]; quo carmine iocoso ridebatur homo ineptus, qui *πόλλ' ἠπίσταто ϝέργα, κακῶσ δ' ἠπίστατο πάντα.*

Nec non *Batrachomachia*, epos ludicrum, in quo ranae et mures

---

a Pag. 6 sq. *b* *Thebais* a Callino apud Pausan. IX 9 § 3, ubi prisci huius poetae nomen debetur coniecturae, leni sane atque fortasse probabili; *Cypria* a Pindaro apud Aelian. V. H. IX 15 et ab Herodoto II 117; *Epigoni* ab Herodoto IV 32 — sed dubitanter — et ab Aristophane Pac. 1270. Quod vero Proclus scripsit Chrestom. 468 Gaisf.: *οἱ ἀρχαῖοι καὶ τὸν Κύκλον ἀναφέρουσιν εἰσ αὐτόν,* id minus huc facit; non enim de carminum aliquo orbe ibi fit sermo, sed quomodo illa verba sint accipienda docet Suidas in Vita Hom.: „esse qui praeter Iliadem atque Odysseam et alia ei opera tribuant, Amazoniam, Iliadem Parvam, Nostos, . . . Cyclum, Hymnos, Cypria." Nempe fuere qui Cycli nomine designarent epitaphium quoddam quinque versuum, a Cleobulo confectum sec. Diog. Laërt. I 6, quo Midae regis vetusti sepulcrum ornatum fuisse fertur (Vit. Hom., Plat. Phaedr. 264 *c*, alibi; cf. Io. Philoponus in Aristot. Anal. post 77 *b* Brandis, Ludwich de Cyclo Homerico, Königsb., 1905). *c* In Prolegomenis Iliadis codici A praemissis. Horum Prolegomenon folia nunc turbata quo ordine primitus se exceperint docuit Comparetti in Praefatione Imaginis phototypae huius codicis a Sythoffio anno 1901 editae. Complura autem folia perierunt; in quorum uno enarratum fuit *Cypria* carmen. Sed in Escorialensi quodam apographo servata sunt quae hoc folium habuit, Bethe Rhein. Mus. 1893. *d* Fortasse ex *Dionysii Cyclo historico* sive priscorum mythorum syntagmate, quod I° ante Christum saeculo est compositum, Diodor. III 66, K. O. Müller Gesch. d. gr. Litt.[3] 110, Bethe Herm. 26, 593. *e* De Procli hoc opere Phot. Bibl. 239. Secundo post Chr. saeculo eum vixisse, non significari igitur Neoplatonicum philosophum illum, qui quinto demum saeculo vixit, coniecit Welcker Ep. Cycl. 3 sqq. *f* Sic Aristoteles Poet. 23 Homeri artem opposuit arti poetae qui *Cypria* fecit ceterorumque poetarum epicorum. *g* Thucydides III 104 ei tribuit hymnum Apollinis; item Simonides (infra pag. 3 *e*, 4 *d*). *h* Ab Archilocho(?) et a Cratino secundum Eustratium ad Aristot. Eth. Nicom. VI 7. Praeterea cf. Aristoteles Poet. 4 § 12 et [Plato] Alcib. II 147 *b*.

bello internecivo se infestantes gesta priscorum heroum haud inficete referunt, Homerum auctorem habere aliquando est creditum; sed Iliade Odysseaque multo esse recentius testantur genus dicendi et ipsae formae verborum, nasci autem eiusmodi opus ne potuit quidem eo aevo quo atavorum strenua facinora a poetis in regum cenaculis solebant celebrari, sed post est ortum quam carmina epica doctis indoctisque inde a pueritia innotuerunt. *Pigreti* Halicarnassio, qui quinto saeculo vixit, Batrachomachia tributa est a Plutarcho[a] et a Suida[b].

Et alia nonnulla carmina ambitus exigui olim fuere qui Homero adscriberent. Quae carmina neque argumenti gravitate neque elegantia dictionis, quatenus quidem nunc de iis ferri potest iudicium, fuerunt insignia neque admodum vetusta fuisse videntur[c].

Denique eiusdem generis atque Homeri carmina sunt opera *Hesiodi* poetae Ascraei. Quorum duo non in vita heroum celebranda versantur, sed didactici — ut dici solet — sunt argumenti, *Theogonia* atque *Opera et Dies*; quae vero praeterea Hesiodo tributa sunt, *Clipeus Herculis* et deperdita complura, Iliadi Odysseaeque sunt affinia.

Sed carmina Hesiodi, poetae Homero multo recentioris, nunc mittimus; in deperdita epicae artis opera non inquiremus; Hymnos non nisi in transitu tangemus; solis Iliadi et Odysseae immorabimur.

Utrumque carmen quin ab uno eodemque vate, cui *Homerus* fuisset nomen, esset conditum et ad finem productum, V° certe saeculo Graeci non dubitarunt[d]; vetustiores enim testes non sunt praesto. *Χῖοσ* autem *ἀνήρ* sive *clarus ille vir Chius* poeta Iliadis dictus est a Simonide[e]; alii vero aliunde Homerum faciebant oriundum[f] et varia de eius vita

---

a Plut. Mor. 873 *f*. *b* Suid. s. v. *Πίγρησ*, qui et Margiten ei tribuit. Batrachomachia Pigretis Caris carmen dicitur etiam in complurium codicum inscriptionibus et subscriptionibus. Sed Alexandrina demum aetate compositam esse demonstratum iverunt vHerwerden Mnemos. 1882, 163 sqq., Wackernagel sprachl. Untersuchungen zu Homer 1916, 189 sqq.
c Ad nos pervenerunt quae collegit scriptor ignotus Vitae Homeri, Herodoto perperam tributae. Haud illepide hic homo Herodoto multo recentior, sed dialecti Ionicae peritus, ad opusculum suum exornandum usurpavit quicquid poematiorum vetustorum ei praesto fuit, non ut verum indagaret operam dans, sed ut delectaret lectores, multisque admixtis versibus ab ipso confictis. *d* Herodotus „Homeri Iliadem" et „Homeri Odysseam" plus semel commemoravit; Xenophonti *πάντα τὰ Ὁμήρου ἔπη* fuerunt *Ἰλιὰσ καὶ Ὀδύσσεια*, Conv. 3 § 5. *e* Stob. Floril. 98, 29, infra pag. 4 *d*. Ceusne an Amorginus poeta dicatur, sextine igitur saeculi exeuntis hoc sit testimonium an saeculi septimi, non constat. *f* Ab Antipatro Sidonio (epigr. 41) urbes natales enumeratae sunt hae: *Σμύρνα, Χίοσ, Κολοφών, Ἰθάκη, Πύλοσ, Ἄργοσ, Ἀθῆναι*, ab anonymo epigr. 486 Iacobs: *Κύμη, Σμύρνα, Χίοσ, Κολοφών, Πύλοσ, Ἄργοσ, Ἀθῆναι*. Pro *Chio* alii ponebant *Rhodum*, alii — in his Aristoteles, et diu ante hunc Bacchylides, si fides Vitae V[ae] — *Ium* insulam, ubi Homeri sepulcrum ostendebatur epigrammate non admodum vetusto ornatum (Vit., Cic. pro Archia 8, Gell. III 11). *Viginti* urbium atque regionum nomina composuit Suidas in Vita.

atque fato narrabant[a]. Multi eius patriam dixerunt *Smyrnam* urbem[b] in Aeolidis et Ioniae confinio sitam, ab Aeolibus Cyma oriundis conditam, postea ab Ionibus Colophoniis captam et occupatam[c]. *Chios* civem suum Homerum iactavit propter hymnum Apollinis Delii, carmen poeta Iliadis Odysseaeve vix dignum, sed a veteribus ei tributum, cuius hymni poeta his verbis finem canendi fecit:

ἀλλ' ἄγεθ', ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν,
χαίρετε δ' ὗμεσ πᾶσαι. ἐμεῖο δὲ καὶ μετόπισθε
μνήσασθ', ὁππότε κέν τισ ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
ἐνθάδ' ἀνείρηται, ξεῖνοσ ταλαπείριοσ ἐλθών·
„ὦ κοῦραι, τίσ δ' ὗμιν ἀνὴρ ϝήδιστοσ ἀοιδῶν
ἐνθάδε πολέεται, καὶ τέωι τέρπεσθε μάλιστα;“
ὗμεσ δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθ' εὐφήμωσ·
„τυφλὸσ ἀνήρ, ϝοικεῖ δὲ Χίωι ἔνι παιπαλοέσσηι“[d], —

caecum igitur cantorem *Chii habitantem* verbis haud ambiguis se nuncupans. *Genus* autem vel potius *societas* quaedam in insula Chio fuit *τῶν Ὁμηριδῶν* sive cantorum qui Homeri carmina recitando victum et famam sibi quaeritabant[e]. Quod nomen quin ab ipsius Homeri poetae nomine fuerit ductum non est dubitandum[f].

Colophonis in Margite carmine fiebat mentio[g]. *Rhodus* et *Salamis Cypria* unde sibi sumserint ut suum civem Homerum fuisse gloriarentur

---

a Homeri Vitas collegerunt A. Westermann Biograph. 1 sqq., 1845, Th. W. Allen in Homeri ed. Oxon. V 184 sqq., 1911. Primi de Homeri vita et genere scripserunt logographi saeculis ante Chr. VI° et V°, in his Pherecydes Lerius, Sengebusch Diss. Hom. I 157 sqq.

b In his Pindarus et Stesimbrotus Thasius.

c Mimnerm. fr. 9 apud Strab. 634, Herodot. I 16 et 150, Pausan. VII 5 § 1. Iones autem quia ex Attica in Asiam venisse ferebantur, Homerus Smyrnaeus *Athenis* oriundus audit in epigrammate (III[i] ante Chr. saeculi?) in Pisistrati honorem composito: *ἡμέτεροσ γὰρ κεῖνοσ ὁ χρύσεοσ ἦν πολιήτησ, | εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπωικίσαμεν.*

d H. Ap. 165 sqq., Thucyd. III 104. Ex his versibus etiam Simonides poeta videtur effecisse Homerum Chium fuisse, pag. 2 *g*.

e Strab. 645, Harpocr. s. v., schol. Pind. Nem. II 1: *Ὁμηρίδαι ἐλέγοντο τὸ μὲν ἀρχαῖον οἱ ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου γένουσ* (hoc *Acusilaus* historiographus Ionicus perhibuit saeculo V°, Harpocr. l. l.), *οἳ καὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ ἐκ διαδοχῆσ ᾖδον, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ῥαψωιδοί* (sic *Pindarus* l. l., testis ceteris antiquior; item Plat. Ion. 530 *d*, Isocr. Helen. § 65), *οὐκέτι τὸ γένοσ εἰσ Ὅμηρον ἀνάγοντεσ. ἐπιφανεῖσ δὲ ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιθον, οὕσ φασι πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντασ ἐμβαλεῖν εἰσ τὴν Ὁμήρου ποίησιν. ἦν δὲ ὁ Κύναιθοσ Χῖοσ, ὃσ καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν εἰσ Ἀπόλλωνα γεγραμμένον ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. οὗτοσ οὖν ὁ Κύναιθοσ πρῶτοσ ἐν Συρακούσαισ ἐρραψώιδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα* (500 a. C.), *ὥσ Ἱππόστρατόσ φησιν* (*ἐν Σικελικοῖσ*). Qui Hippostratus historiarum scriptor circa Christi natales vixisse videtur, sero igitur natus rei auctor; vero autem dissimillima est quae ei tribuitur sententia. Nam hymnum Apollinis V° demum saeculo ineunte compositum esse quis credat! Et *Thucydidi* certe ignota fuit ea, quae postea Hippostrati fuisse fertur, opinio de Cynaetho, item *Aristophani* comico; Homero enim illum hymnum tribuit uterque (Thucyd. III 104 Aristoph. Av. 575).

f Perperam hoc negabat *Seleucus* grammaticus saeculi I[i] (Harpocr. s. v.).

g *ἦλθέ τισ εἰσ Κολοφῶνα γέρων καὶ θεῖοσ ἀοιδόσ* (Atilius Fortunatus Gramm. Lat. VI 286 Keil). — Colophonii fuerunt *Xenophanes* VI[i] saeculi rhapsodus et *Antimachus* poeta epicus saeculi V[i]. Hic Homerum Colophonium dixit; item postea *Nicander*.

parum liquet [a]; id tamen apparet, placita pleraque, fortasse omnia, quae de Homeri urbe natali olim sunt prolata, e certis quibusdam ipsorum carminum epicorum locis originem cepisse [b]. *Athenis* autem cum litterae Graecae tam laete effloruerunt ut ibi natae esse viderentur, ipse quoque poeseos pater inde oriundus est visus, et postea sic statuit Aristarchus [c].

Sed sensim et pedetentim in virorum doctorum mentes se insinuavit suspicio, Odysseam non eiusdem atque Iliadem poetae esse opus. Sic Xeno et Hellanicus grammatici statuerunt secundo ante Christum n. saeculo, χωρίζοντεσ ideo in scholis dicti. Mox vero repulsa haec coniectura [d] per multa saecula veluti sepulta iacuit, ita ut ἀναμφίλεκτα Homeri opera vocari denuo potuerint Ilias et Odyssea [e]. Decimo vero septimo saeculo cursum, quem vetusti illi χωρίζοντεσ inierant, repetivit Fredericus Hedelin abbas d'Aubignac [f], et multo longius quam illi processit; sequenti autem saeculo duo viri docti eam viam tenuerunt, quorum prior, Giambattista Vico Neapolitanus [g], ad multorum notitiam non nisi tarde et sero pervenit, alterius vero, Frederici Augusti Wolf, opus [h] plurimorum statim manibus est tritum et multorum plausum tulit. Quo libro Wolf demonstratum ibat neque Iliadem neque Odysseam totam ab uno homine esse compositam, Aubignaci et Vici vestigia presse secutus eorumque potissimum argumentis usus [i].

Post Wolfium quinam viri docti in hac quaestione fuerint versati, — et infinitus fere est eorum numerus! — id enarrare non est nostrum. Multi autem opinionem Wolfii sunt aversati, plures identidem aversantur et aversabuntur, corruerunt autem argumenta quibus et ipse Wolfius et qui cum illo faciebant inniti posse sibi videbantur [j].

Multum tamen abest ut frustra tot philologi sagaces, strenui, eruditi in hoc campo per saeculum integrum et quod excurrit se exercuerint;

---

a) Salaminium dixit *Callicles* quidam (Vit. VI). *b* Welcker Ep. Cycl. 141 sqq., Sengebusch Hom. Diss. II. *c* Aristarcho oblocuti sunt multi, adstipulati Cobet, Sengebusch, alii. Argumenta, quibus Aristarchus opinionem hanc fertur stabilivisse, admodum sunt debilia; sed meliora ei in promptu fuisse et a viro sagacissimo esse prolata veri videtur simile. Ipsa certe opinio haud spernenda. *d* Ab Aristarcho? Traditum id accepimus, sed contrarium suspicatus est Adolphus Roemer. *e* Sic Suidas. *f* Conjectures académiques ou dissertation sur l'Iliade. Quod opus anno 1664 Academiae Parisinae oblatum cum diu in scriniis latuisset, anno 1715 demum — quadraginta videlicet annis post scriptoris mortem et omisso huius nomine! — typis est expressum et evulgatum. *g* Principj di Scienza nuova, 1725, ed. altera 1730. *h* Prolegomena ad Homerum, 1795. *i* Quo magis displicent quae de Aubignaci libro scribit: „somnia esse et deliramenta, et aliquoties perlectum librum ipsi sibi taedium opinionis suae attulisse", 113, 84. *j* Volckmann Geschichte und Kritik der Wolfschen Prolegomena, Leipzig 1874; J bb Homer, Glasgow 1887, chapter 4; Finsler Homer in der Neuzeit, Leipzig 1912, Homer[2] 1914, 341—443; Laurand A propos d'Homère. Progrès et recul de la critique, Paris 1913; Zarncke der Irrgang der Homerforschung seit F. A. Wolf, Festschrift für E. Windisch 1914, 180—187.

nam ipsa quidem Wolfii et Wolfianorum coniectura ad irritum concidit, sed plurima, quae scitu sunt dignissima, in lucem protulit illorum et adversariorum acuta industria.

Verum autem veri poetae carmen cum dicimus Iliadem vel Odysseam, aperte igitur negantes utramvis constare e carminum vetustiorum fragmentis postmodo consutis, minime simul negamus poetam Iliadis vel Odysseae *materiem* sibi petivisse e vetustioribus fabulis sive — nam eodem hoc redit — carminibus. Immo rem sic se habuisse manifestum est: aliter fieri ne potuit quidem.

Diu enim ante Homeri aetatem in Graecia vixerunt *ἀοιδοί* sive cantores, qui priscorum regum fortia facinora[a] solebant carmine celebrare in aedibus principum vel coram populi corona[b], accinente quam manibus tenebant cithara.

Rogantibus autem in quanam potissimum Graeciae parte hi cantores artem suam exercuerint, ultro se offerunt clara *Mycenarum* et *Tirynthis* nomina, ubi aedium atque sepulcrorum ingentium rudera, reges potentes atque divites testantia, mirantibus nostrae aetatis hominibus ostendit Schliemanni sagax industria. Mycenis praesertim quin celebrarentur Atridarum facinora fieri vix potuit. Sed etiam *Thessaliam* spectare nos cogunt Achillis nomen et sedes deorum Olympus[c]. Neque *occidentalem Graeciae oram* commemorandi iusta causa abest; in illis enim regionibus fuit patria Ulixis[d]. *Creta* quoque, cuius reges claros urbesque centum Homerus in carminibus passim extulit, ubi rudera regiarum splendidarum et perantiquarum his annis sunt effossa, dignissima est

---

a *κλέα ἀνδρῶν*, *Ι* 189, 524 *θ* 73. b Cantorum *certamen* in funere Alcidamantis cuiusdam Chalcidensis habitum commemoravit Hesiodus Oper. 654 sqq.: *ἔνθα δ' ἐγὼν ἐπ' ἄεθλα δαΐφρονος Ἀλκιδάμαντος | Χαλκίδα τ' εἰσεπέρησα· τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλὰ | ἆθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες. ἔνθα μέ φημι | ὕμνωι νικήσαντα φέρειν τρίποδ' οὐατόεντα.* Quem Alcidamantem in Chalcidensium cum *Eretriensibus* aliquo bello cecidisse perhibet Plutarchus Mor. 153 *f*. Cum *Homero* autem Hesiodum tunc concertasse postea finxit scriptor aliquis anonymus, cuius opusculum per manus grammatici item anonymi, qui sub Hadriano vixit, ad nos pervenit, sed etiam Plutarcho Mor. 153, 674 *f* et Dioni Prusaeo II 11 fuit cognitum, et aliquot saeculis vetustiorem hanc fabellam fuisse testatur lacinia papyracea III[i] ante Chr. n. saeculi, quae anno 1891 a viro d. Flinders Petrie est reperta; nasci autem ab illo inde tempore potuit quo fuerunt qui Hesiodum Homeri aequalem fuisse arbitrarentur, inde ab Herodoti igitur aetate (II 53) vel etiam prius. Fortasse debetur *Alcidamanti* Gorgiae discipulo — mira haec nominum synemptosis! — qui in Certamine vs. 240 commemoratur. Aristophanis autem Ranae fabula habet multa unde efficiatur huic comico cognitum fuisse poetarum epicorum illud certamen. Cf. A. Rzach Wien. Stud. 1892, 139 sqq., F. Nietzsche Rhein. Mus. XXV 536 sqq., XXVIII 211 sqq. c Ipsum Iliadis poetam in Thessalia vixisse sumsit Vico saeculo XVIII[o]; saeculo sequenti idem statuerunt philologi Britanni Geddes, Monro, Jebb. d Odysseam ibi natam esse arbitrabantur qui Ithacam vel Pylum fecerunt Homeri patriam, pag. 3 *f*, et ipse Apollo Pythius Hadriano imperatori affirmavit Ithacensem Homerum fuisse, a Telemacho ex Epicaste Nestoris filia genitum (Hom. et Hes. Certam.). E recentioribus nominati sunto Vico et O. Seeck.

quae hic commemoretur[a]. Nec non *Athenis, Orchomeni, Thebis*, alibi passim vocem cantorum in cenaculis principum et sub arborum sacrarum frondibus ad aras deorum esse auditam aut certum est aut veri simillimum. Haud uno autem in loco singulos cantores demoratos esse perpetuo, sed liberos per diversas Graecorum gentes circumvagatos, ut postea rhapsodos, libenter credimus poetae Odysseae, ἀοιδοὺς inter ξείνους peregre adventare solitos commemoranti[b], credimus poetae Iliadis, Thamyrim cantorem Thracem cum Thessaliam tum Messeniam visisse narranti[c].

Non adulta autem, ut dea Minerva, e Iovis alicuius capite inter Graecos prosiluit Musa epica, antea in terris ignota, sed sensim excrevit neque cito ad vires integras floremve aetatis pervenit. Nobis quidem ab Homero, Iliadis et — nisi verum viderunt οἱ χωρίζοντες — Odysseae poeta[d], Graecorum poesis et ipsae litterae Graecae habent initium, sed et ante eum poetae vixerunt multi:

ἦν ἐπικώμιος ὕμνος
δὴ πάλαι, καὶ πρὶν γενέσθαι
τὰν Ἀδράστου
τάν τε Καδμείων ἔριν[e].

Sed e prisco illo aevo nihil nobis qui nunc vivimus innotuit praeter ea quae e ruderibus effossis potuerunt effici, litterata autem quae inde protracta sunt monumenta legi hactenus non potuerunt. Ipsius vero Homeri aequalium imaginem referunt cantores quos ille pinxit: Phemius in regia Ithacensi[f] et Demodocus Scheriae in aedibus Alcinoi[g] canentes ad delectandos principes epulantes. Etiam in caelestis regis atrio convivae exhilarabantur cantu[h]; nec non cantor is, qui reginam Clytaemestram absente marito consiliis θεοπνεύστοις adiuvit[i], testatur quanto in honore prisco tempore fuerint poetae[j].

Sensim autem dum exculta est ars epica et ipse versus heroicus ex initiis exilibus talis excrevit qualem eum novimus, multa carmina arte sive maiore sive minore composita et ore cantorum propagata esse facile nobis fingimus. Illo aevo cognomenta dis indita sunt talia, qualia sunt *Ποσειδάων γαιήϝοχος ἐνοσίγαιος, βοῶπις πότνια Ἥρη, γλαυκῶπις Ἀθήνη*. Illo aevo Achilli, Ulixi, Menelao, Hectori, Helenae data sunt epitheta *πόδας ὠκύς, πτολίπορθος, βοὴν ἀγαθός, κορυθαιόλος, Διὸς ἐκγεγαυῖα*, alia complura, quae sensim cum propriis suis nominibus ita concreverunt ut tum quoque his apta esse viderentur cum Achillis velocitas vel

---

a Cretae indicia cum Ilias tum Odyssea habet plurima, et ipsum Ulixis mythum ibi natum esse videtur demonstrari posse, de Boogschutter en de Weefster 1904, Comment. Hom. 1911, 68 sqq.; longius autem progressus Phaeaciam Cretam dixit Drerup, Homer 135. b ρ 382 sqq. c *B* 594 sqq. d Iliadis poetae Odysseam strenue nuper vindicavit Carolus Rothe ὁ μακαρίτης, die Odyssee als Dichtung und ihr Verhältnis zur Ilias, 1914. e Pind. Nem. VIII 85. f α 154, 326 ρ 262 χ 330. g θ 44, 73 sqq. h *A* 604. i γ 267. j Etiam ρ 518 sqq. hoc apparet.

Menelai clamor bellicus Helenaeve origo ad rem non faceret[a]. Ibi quoque prisci illius aevi vestigia deprehenduntur ubi Homerus gigantem, locum, avem, amnem binis nominibus designat, quorum alterum deorum, alterum hominum linguae ait proprium esse[b]. Etiam nomina duplicia Scamandrius sive Astyanax, Paris sive Alexander, Alcyone sive Cleopatra hinc sunt repetenda. Nam deorum sive Musarum lingua est ea qua ipse vates[c] et eius aequales sunt usi[d]; quae vero ex hominum lingua eiusmodi locis afferuntur nomina, aetate poetae obsoleta erant et e carminibus ipso vetustioribus sunt ducta[e].

E materie per multa saecula sic coacervata et elaborata vates quidam egregius, cui *Homero* sive *Obsidi*[f] nomen fuisse fertur, — et quidni fuerit! — desumsit argumentum *Iliadis*[g]. Quo carmine *Iram Achillis* celebravit et celebraturum se primis verbis dixit.

Similes *Odysseae* fuere natales. Quod epos Iliade aliquanto est recentius et ab alio fortasse poeta compositum. Argumentum praebuit *Ulixis post Troiam dirutam ad uxorem reditus*. Est igitur ex illo carminum genere, quod in ipsa Odyssea ibi commemoratur ubi Phemius cantor

---

a Celeres Achillis *pedes* primum videntur esse laudati in fabula quae fuit de Hectore effugere eum frustra conato, qua fabula etiam poeta Iliadis est usus *X* 138, 188, al.; *expugnatoris* nomine Ulixes si propter Troiam captam est ornatus, in enarrandis rebus quae urbis excidium antecesserunt (*B* 278 *K* 363) illud nomen usurpari non potuit nisi diu postquam fabulae ad bellum Troianum spectantes excoli sunt coeptae. *b* *A* 403 *B* 813 *Ξ* 291 *Υ* 74. *c* *θεῶν ἒξ δεδαώσ* (*ρ* 518) poeta carmina fudit; deus ei *ἐν φρεσὶν οἴμασ παντοίασ ἐνέφυσε*, *χ* 347. *d* Alio consilio lingua caelitum commemorata est *κ* 305, ubi *μῶλυ* nomen herbae hominibus ignotae inde ductum esse dicitur, et *μ* 61, ubi saxa solis Argonautis et Ulixi adspecta quo nomine a dis designentur poeta docet audientes, a Musis edoctus ipse. Nam herbae nulli visae vel saxorum mortalibus ignotorum nomen in lingua hominum esse nullum potuit. *e* Homericum hoc genus dicendi festiva imitatione expressit Cratinus comicus fr. 315; Philoxenus vero in Convivio dum Homerum imitari conatur, vulgarem quandam vocem linguae hominum, raram atque exquisitam linguae caelesti tribuit perperam, fr. 3. Neque Dio Chrysostomus rei rationem perspexit, qui 315 Homerum e lingua deorum vocabula nonnulla eo consilio attulisse contendit, ut illam linguam callere se probaret auditoribus, divina igitur consilia cognita habere se potuisse. Quod probari minime fuit necessarium; nam Graece numquam non locuti sunt di Graecorum: *Triballi* illi scenae comicae caelites sonos linguae Graecae ignorarunt soli. *f* Fuere qui *Caecum* interpretarentur (Ephor. apud Plut. in Vita Hom. 2 et scriptor vitae pseudo-herodot. 13); quam opinionem peperisse videtur h. Ap. versus 172, supra pag. 4. Alii, et hi quidem perabsurde, cum viderent a stirpibus *ὁμ(όσ)* et *ἀρ(αρίσκω)* ductum esse verbum *ὁμηρῆσαι* sive *convenire* *π* 468 Hes. Theog. 39, nomine *ὁμήρωι compositorem versuum* vel *fabularum* indicatum esse perhibuerunt; aevo autem Wolfiano fuit qui sibi persuaderet *poetam carminum musivorum* sic vocatum esse propter carminum alienorum fragmenta consarcinata. Nostratibus Graecum *Obsidis* nomen proprium (cf. Herodot. VI 99 VII 222 VIII 94 et passim apud alios) non potest magis mirificum videri quam Batavum *de Gijzelaar*.

g Iliadem ab ipso poeta hoc nomine esse ornatam demonstrari nequit, quoniam Iliadis Odysseaeve nomine qui ante Herodotum sit usus indicari nemo iam potest; sed rem negandi causa est nulla, neque ridiculus fuit editor Britannus is qui *Ϝιλιάδα* in fronte carminis excudi iussit (§ 40).

inducitur *Ἀχαιῶν νόστον λυγρὸν ἀείδων*[a]. Mythus autem perantiquus argumento Odysseae substructus est. Nam Penelope telam texens atque retexens procorumque caterva circumdata primitus fuit *luna* modo crescens modo decrescens et sideribus stipata; maritus autem, qui postquam mortuorum regionem caliginosam permensus est et apud deam Calypso sive *Celantem* latitavit, anno exeunte die interlunii[b] ex oriente[c] ad uxorem reversus procos molestos sagittis peremit postridie sive die festo novilunii[d], primitus fuit *sol* coniunctim cum *luna* novum annum ingrediens. Etiam *Phaeacum* nomen, quorum hospitio heros est receptus, e prisco illo mytho est ductum; quod nomen *furvos mortuorum portitores* significavit olim[e]. Ipse vero Odysseae poeta neque Phaeaces neque Ulixem neque Penelopen tales sibi finxit, primaria mythi vi aut non agnita aut consulto neglecta.

II.

Iam quaerendum quando composita sit Ilias, quando Odyssea. Decimone ante Christum natum saeculo? An aliquanto prius? Res dubia; sed etiam recentioris aetatis utrumvis carmen non videtur[f].

Ubi autem illa carmina sunt composita? In eademne ambo regione? Ecquid in Asiae ora occidentali vel in insula aliqua oram illam adiacenti, in quas regiones coloni Graeci mythos suos e patria transtulerunt[g]? Illic in civitatibus laete efflorescentibus favit sane poesi vita beatior, et plurimi viri docti Homerum illic vixisse perhibuerunt[h]. Sed minime constat non in ipsa Graecia utrumque carmen esse conditum atque absolutum, et Odyssea praesertim haud pauca habet quae *Atticam* nobis in mentem vocant[i]; neque in Iliade talia frustra quaeruntur, — manui postmodo interpolantium a criticis plurimis sine iusta causa tributa[j]. Quisquis autem persuasum habet poetam ea quae de rebus Graeciae et Asiae narravit non ad imaginem aevi diu praeterlapsi adumbrasse, sed ex sua ipsius aetate duxisse[k], is necessario cogitur ut statuat eum colonias Graecas in Asiae ora nullas aut vix ullas habuisse cognitas, vixisse enim *ante Heraclidarum* quem veteres dixerunt *reditum*, sed post Boeotiam a *Boeotis* ex Thessalia pulsis occupatam[l]. *Achivorum*

---

a α 326. *b* ξ 162 τ 307. *c* ε 279 sqq. μ 1 sqq. *d* υ 156. *e* ε 35.

f Nono saeculo, quatuor saeculis post bellum Troianum, Homerum vixisse statuit Herodotus II 53, 145 sq.; cui non oblocutus est Thucydides I 3 § 3. *g* *Mythos* qui dicit, *carmina* dicit vetusta sive antehomerica. *h* Pag. 3 sq. *i* Comment. Hom. 1911, 75 sq. *j* Ex. gr. *B* 546—558. *k* *οὐκ ἀρχαΐζει Ὅμηρος.* Contrarium statuit Aristarchus et post illum multi; e recentioribus Pope, Herder, vWilamowitz, Helbig, E. Meyer, Römer, Belzner, Finsler, alii. *l* *B* 494—510 et Thuc. I 12 § 3 Herodot. VII 176. Sic statuit *Crates* Mallota; neque multum discrepantem sententiam tulit huius aequalis et adversarius *Aristarchus*: Homerum tempore *τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας* vixisse. Anno 1102 natum sumsit vitae pseudoherodoteae scriptor 38.

res tunc etiam stetisse[a]; *Dores* Peloponnesum nondum invasisse[b]; floruisse *Mycenas*[c], *Spartam*[d], *Sidonem*; *Miletum* Cariae urbem ab Ionibus nondum fuisse occupatam[e]; *telorum ferreorum* aut *equitatus* usum bellicum non fuisse in regionibus ubi Homerus versatus est. Et sic ad XIIum fere ante Christum saeculum pervenimus; Troiae autem illud quod in Iliade celebratur excidium aliquot saeculis ante accidisse est statuendum.

Nunc tangenda est quaestio quaedam, quae saepe est ventilata ab iis, qui Iliadis et Odysseae originem vel Homeri aetatem indagare sunt conati, licet illuc non pertineat neque de poeta eiusve arte disputantibus profuerit quicquam aut potuerit prodesse. Dicimus quaestionem quae est de poetae eiusque aequalium sive peritia sive imperitia in arte scribendi et legendi.

Quae ars diu ante natales Musae Graecae inter homines floruit. Nam in *Babylonia* annis ante Chr. n. 3000 ut minimum scribebatur, in *Aegypto* vix recentior fuit huius artis usus, *Phoenices* autem, qui ex Aegyptiorum signis crebris atque operosis simpliciora viginti duo effinxerunt et cum Graecis communicarunt[f], quin inde ab anno fere 1500 hoc invento fuerint usi dubitandum non videtur, et illius fere aetatis tabulae complures inventae sunt in urbium Creticarum ruderibus vetustissimis[g], non Phoeniciis tamen signis inscriptae sed hactenus ignotis[h]. Sic confirmata quodammodo est opinio ipsorum Graecorum, artem scribendi aliquot hominum aetatibus ante bellum Troianum, quod saeculo duodecimo gestum esse illi arbitrabantur, in Graeciam illatam esse perhibentium[i]. Chronologia igitur non confutantur quae poetae tragici, sui aevi mores in vetustum illud aevum transferentes, finxerunt de heroibus scribendi arte usis. Sic Aeschylus, — ut mittamus quae dixit de Prometheo litterarum ceterarumque artium cunctarum inventore[j], — heroibus Thebas oppugnantibus tribuit clipeos variis inscriptionibus ornatos[k]; Euripides Palamedem artem scribendi excogitasse dixit[l], cuius fratrem Oeacem mox novo invento usum esse, ut herois necem nuntiaret patri Nauplio[m]. Simili artificio in alia Euripidis fabula significabatur nomen Thesei[n]; Hippolyto autem Euripideo fallax epistula perniciem intulit, et Erechthei — ut Periclis — aequales vetusta carmina

---

a *Achivos* enim vocavit Graeciae incolas. *b* τ 177. Peloponnesi nomen Homero est *Argos*, *I* 141 al. *c* *H* 180 al. *d* δ 45 sq. *e* *B* 868. *f* Phoenices artem scribendi ex Aegypto duxisse etiam veteres intellexerunt, Plat. Phaedr. 274 *c*, *d*, Tacit. Ann. XI 14. *g* Pag. 13 *a*. *h* Certum tamen videtur non singulis sonis suum fuisse signum, sed consonis adhaesisse vocales, ut postea in litteratura Cypria.

i Herodot. V 58. *j* Aesch. Prom. 459 sqq. *k* Sept. 434, 646. *l* Eur. fr. 582. Et ante Euripidem Stesichorus in Orestia (Anecd. Bekk. 783). *m* Ar. Thesm. 770, 778. *n* Athen. 454, infra pag. 18 *a*.

oculis usurpasse Euripides sumsit[a]. Herculis litteras obsignatas commemoravit Sophocles[b], nec non mentionem fecit scripti catalogi nomina regum contra Troiam foedere iunctorum ipsorum aequalibus exhibentis[c]. Amphitryonis epigramma Thebis legisse se putabat Herodotus[d], et Herculi Linum scribendi magistrum tribuit Theocritus[e]. Sisyphi vel *imprimendi* arte diu ante Kosteros Gutenbergiosque inventa fraudem Autolyci confutasse finxerunt alii[f]. Pseudo-demosthenes commemoravit verba cippo, quem Thesei aetate erectum esse arbitrabatur, inscripta[g]. Quin epistula Sarpedonis manu scripta innotuit Plinio, ipso tamen iudice spuria[h]. Itaque qui finxerunt heroinarum epistulas et Dictyis Cretensis vel Daretis Phrygii commentarios, habebant auctores quibus fictionem suam tuerentur.

Poetas autem epicos arte scribendi ad carmina condenda usos esse multi affirmarunt, multi negarunt. Nempe certi nihil hac de re scitur[i]. Primos quidem vates litteris usos veri est dissimillimum. Quid enim? Memoria satis valebant ad poemata haud ita magni ambitus mente comprehendenda et servanda, canebant autem auditoribus a quorum vita libri alieni erant[j]. Odysseae poeta caecum non finxisset Demodocum cantorem, quem Musa

ὀφθαλμῶ μὲν ἄμερσε, 'δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν[k],

si vetustissimi illius aevi poetas scripsisse putasset et ad carmina condenda artem scribendi omnino duxisset necessariam. Et hymni Apollinis poeta, qui Homero multo fuit recentior, caecum se professus est ipse[l].

---

a Eur. fr. 370: *δέλτων τ' ἀναπτύσσοιμι γῆρυν | ἂν σοφοὶ κλέονται.* *b* Soph. Trach. 157 sqq. *c* Soph. fr. 150. *d* Herodot V 59. *e* Theocrit. XXIV 103.

f *Σίσυφοσ, Αὐτολύκου τὰσ βοῦσ αὐτοῦ κλέπτοντοσ πολλάκισ, ταῖσ χηλαῖσ τῶν βοῶν ἐνέτηξε μόλυβδον, ᾧι χαρακτῆρα ἐνήρμοσε γράμματα ἐκτυποῦντα· „Αὐτόλυκοσ ἔκλεψεν" κτέ.* Polyaen. Stratag. VI 52, *satyricum* aliquod *drama* enarrans. *g* Demosth. LIX § 76. *h* Plin. XIII 27 et similia Eur. Iph. Taur. 584 Iph. Aul. 35 fr. 629. *i* Apud alias gentes longa carmina sine litterarum ope sunt nata et ad posteros transmissa. *j* Sic mediaevali quod dici solet aevo viri nobiles aspernabantur artes legendi et scribendi. Sed ad rem quam dicimus demonstrandam nihil valet versus, quo multi abusi sunt, *H* 187. Ad quem versum Aristonicus annotavit: *„ἡ διπλῆ ὅτι οὐ γράμμασι τῆσ λέξεωσ, ἀλλ' ἐγχαράξασ σημεῖα."* Appicta igitur diple Aristarchus docuerat poetam Iliadis illo loco non de litteris sed de aliis signis esse locutum, non pertinere igitur versum illum ad *ζήτησιν* eam quam Iosephus c. Apion. I 2 dixit: *„εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο οἱ ἥρωεσ."* Vera utilisque haec fuit Aristarchi observatio. Quae vero in scholiis addita leguntur: *„εἰ γὰρ κοινῶσ ᾔδεσαν γράμματα, ἔδει τὸν κήρυκα ἀναγνῶναι καὶ τοὺσ ἄλλουσ οἷσ ἐπεδείκνυτο ὁ κλῆροσ"*, ea Aristarcho omninove homini prudenti non sunt imputanda; nam in his verbis inepte est peccatum contra artis dialecticae praecepta. Heroibus litteras cognitas fuisse e poetae verbis illo loco effici nequit, sed cognitas iis *non* fuisse nihilo magis inde potest effici. Immo *noluerunt* heroës signis in vulgus notis sortes suas notare; cavendum enim erat ne cui dubia posset videri fides sortitionis, qua in deorum voluntatem inquirebatur. Etiam infelicius et prorsus absurde ad *sonorum* signa diversa, quibus variae gentes Graecae olim sunt usae, in scholio B ad *H* 185 adscripto haec referuntur. *k* *ϑ* 64. *l* H. Ap. 172, supra pag. 4. Nullius vero momenti in hac quaestione est observatio, verbo *γράφειν* in Iliade (*Δ* 139 *Λ* 388 *N* 553 *P* 599 *Φ* 166) et in Odyssea (*χ* 280) *radendi* sive *stringendi* sensum esse tributum et *γραπτῦσ*

Primi igitur cantores Achivi ut notas habuerint litteras, ad quam rem sive affirmandam sive negandam nullum quod satis certum esset hactenus prolatum est argumentum, in arte tamen sua invento illo ipsis inutili usi esse non videntur. Maioris autem ambitus quae sunt carmina, Ilias et Odyssea, itemne in sola mente ipsorum poetarum vixerint primitus, ut postea vixerunt in mente recitantium[a], ex poetarum autem ore a discipulis aliisve hominibus excepta fuerint, an ab ipsis poetis scripto mandata, nescimus. Sed tanti quanti olim visa est momenti non est haec quaestio, non enim ad carminum originem et compositionem spectat, sed ad rationem qua sunt tradita et ad posteros propagata.

Ἀοιδοῖς sua ipsorum opera ad citharam canentibus[b] succreverunt ῥαψῳδοί scipione unde nomen habuerunt insignes[c], qui vetusta poemata assa voce declamando victum et honorem sibi quaeritabant, gestu atque actione non minus quam vocis varia modulatione verba poetae illustrantes. Horum hominum vitam et artem vividis verbis depinxit Plato; Ionem enim quendam Ephesium, qui passim solebat ῥαψῳδεῖν περιιὼν τοῖς Ἕλλησιν, induxit post victoriam Epidauri in cantorum certamine reportatam cum Socrate confabulantem. Usque ad finem igitur saeculi ante Christum natum V[i] carmina epica, quae litteris dudum tunc extabant consignata, etiam viva voce cantorum propagata sunt.

Sed ars scribendi[d], quae ad hominum vitam mutandam plus for-

---

ω 229 esse *stricturas*. Verum hoc, sed quid tum? Nonne et Herodotus III 108, Vergilius Aen. I 478, alii ita sunt locuti? Neque trahenda huc est vox μνήμων ϑ 163, quae non *memorem* ibi significat, sed *curatorem*, ut et alibi multis saeculis post. *a* Xen. Conv. 3 § 6, infra pag. 23 *b*. *b* *Cantum* nunc dicimus id quod Graecis postea vocatum est παρακαταλογή. In theatris sic proferebantur *anapaesti* et rari illi qui ibi auditi sunt versus *hexametri dactylici*. Medium hoc fuit genus inter *cantica* chororum et *iambica* actorum *colloquia*.

c Rhapsodorum nomen Pindarus Isthm. III 65 recte repetivit a *sceptro*, quod gestare solebant (Hes. Theog. 30), personarum publicarum et sacrosanctarum insigne (ad Α 234—239). Item Callimachus, qui carmina epica τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦϑον ὑφαινόμενον vocavit, schol. Pind. l. l.; inanem vero sonorum similitudinem secutus Pindarus Nem. II initio cantores epicos vocavit ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδούς. Ad quem locum qui in scholiis afferuntur et Hesiodo tribuuntur versus: ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ | μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν (Hes. fr. 265), eos recentiori aetati deberi manifestum est; sed etiamsi quam maxime genuini essent, ab iis qui vocem ῥαψῳδόν interpretantur impune possent neglegi, quoniam ἀοιδὴν ῥάπτειν non magis insolite est dictum quam ἀοιδὴν ὑφαίνειν vel κακὰ ῥάπτειν, Dion. Thr. § 5 et Heliodorus ludimagister ad illum locum Bekk. Anecd. 765 sq. *d* Non ea sola litteratura, quae debetur *Phoenicibus*, Graeci olim sunt usi, sed et antiquiore atque molestiore illa, quae agnoscitur in inscriptionibus Cypricis et in ruderibus aevi Mycenaei. *Phoenicum* autem et mercium ab iis importatarum locis compluribus Iliadis et praesertim Odysseae fit mentio, et φ 391 commemoratur *papyrus*, e cuius fibris chartam scriptoriam Aegyptii multis saeculis ante Homerum natum fabricati sunt, teste exemplari quod etiamnunc extat Parisiis (Papyrus Prisse). Quamquam Odysseae l. l. non *charta* ex illa materie confecta dicitur, sed *funis*.

tasse contulit quam cetera cuncta quae ingenio humano sunt excogitata, cum primitus regum facinoribus aeri vel marmori insculpendis, donariis consecrandis, foederibus et legibus constituendis potissimum fuisset adhibita, postea etiam in mercatorum apographis aliisque memoriae adminiculis[a] usurpari coepta magis magisque in vitam communem se insinuavit. In Iliade autem fit mentio epistulae quam rex Ephyrae Bellerophonti dedit ad Lyciae regem perferendam[b]. Qui *πτυκτὸσ πίναξ* non potuit non similis esse *τοῖσ διπτύχοισ* sive *δέλτοισ* duplicibus, quibus posteriores ad epistulas scribendas sunt usi: pugillaribus intus cera inductis, qui complicati et obsignati perferebantur.

Itaque non est quod negetur, Iliadis vel Odysseae poetam carmen suum scripto mandare potuisse; sed reverane mandaverit necne, id in medio est relinquendum. Quicquid autem de ipsius poetae arte statuitur, inde ab octavo ad minimum saeculo quin scripta Iliadis Odysseaeque exemplaria extiterint, id haudquaquam videtur dubium. Nulla tamen, quae quidem fide digna sit, de his libris ad nos pervenit notitia, incertis autem coniecturis indulgere non expedit.

In *Attica* sola quae fata Homeri carmina deinde habuerint aliquanto accuratius licet resciscere, et ne ibi quidem satis accurate. In quam regionem a *Solone* translata esse fuere qui autumarent, sed praestat dicere Solonem novo honore ornavisse carmina in Attica dudum cognita[c] et fortasse nata. Lege enim iussit carmina Homeri sive Iliadem et Odysseam iusto ordine continuata cantari ludis publicis[d]. Fuit autem qui *Lycurgum* Homeri carmina in Graeciam primum transtulisse perhiberet, Peloponnesius fortasse scriptor famam Atheniensium rodens. Cui fabellae, IV° ante Chr. n. saeculo non recentiori[e], qui fidem habebant, carmina

---

a Ut in perantiquis, quae in Creta his annis effossae sunt, inscriptionibus. Quae licet legi hactenus non potuerint, id tamen liquet signa numeralia quaedam in iis extare et rationes accepti vel expensi. *b* *Z* 168 sq. — Multi perperam suspicati sunt poetam imagunculas aliquas vel notas symbolicas cogitasse (Wolf Proleg. 82 sqq.); ea sonorum signa in mente habuit quibus ipse et aequales utebantur, poeticis autem sive ornatis verbis ea indicavit. Quod autem *multa* signa in tabella illa scripta fuisse ait, id luculenter testatur eum veram epistulam in mente habuisse, non symbolum aliquod, de quo Proeto antea cum rege Lyciae convenisset. *c* Ab *Hipparcho* Pisistrati filio carmina Homeri primum in Atticam delata esse falso ait dialogi Platonici Hipparchi scriptor 228 *b*: *τὰ Ὁμήρου ἔπη πρῶτοσ ἐκόμισεν εἰσ τὴν γῆν ταυτηνί, καὶ ἠνάγκασε τοὺσ ῥαψῳδοὺσ Παναθηναίοισ ἐξ ὑπολήψεωσ ἐφεξῆσ αὐτὰ διιέναι.* Nihil eiusmodi de Hipparcho dicitur [Arist.] Rep. Ath. 18. *d* Solon *τὰ Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆσ γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι· οἷον ὅπου ὁ πρῶτοσ ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον*, Diog. Laert. I 57, qui Solonis legem *αὐτολεξεὶ* sic attulit et recte est interpretatus. Nam quod in Solonis verbis est *ἐξ ὑποβολῆσ*, id postea dicebatur *ἐξ ὑπολήψεωσ*, et sic Hipparchi dialogi scriptor loco modo allato est locutus. In vetusta enim lingua verbum *ὑποβάλλειν* valebat id quod *alium verbis excipere*, *A* 292 *T* 80. Recentiore vero aevo vox *ἐξ ὑποβολῆσ* id quod *monitu* significabat. — Solonis aequalis Clisthenes Sicyonius *ῥαψῳδοὺσ ἔπαυσε ἐν Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι*, Herodot. V 67: fuerunt igitur ante illud tempus Sicyone certamina publica rhapsodorum. Quae et aliis locis fuerunt. *e* Ephoro et Aristoteli fuit cognita.

epica aliquot saeculis ante Solonis aetatem scripto mandata esse arbitrabantur. Et Terpander Lesbius fertur Homeri carmina saeculo VII° ineunte Spartiatis ad citharam cecinisse[a].

Sed redeamus ad Solonem, de quo quae tradita accepimus, fide magis sunt digna. Huius igitur lex effecit ut quinto quoque anno Ilias et Odyssea ex ordine et integrae Atheniensibus declamarentur festo Panathenaeorum[b].

Multi autem ferunt vetusta illa poemata mox a *Pisistrato* esse *collecta* vel *ordinata*[c]. Cuius famae quae sit fides dubitatur, quia ante Ciceronem qui rei mentionem fecerit nominatim indicari nemo iam potest[d]. Sed ut sit certissima, minime inde sequitur carmina Homeri tunc *primum scripto mandata esse*[e], nedum Ilias et Odyssea tunc e poematis inter se non cohaerentibus, quae usque ad illud tempus non nisi in cantorum ore vixissent, *confectae* fuerint a viris nonnullis doctis, quibus hoc negotium a Pisistrato esset demandatum. Immo de *restituto* ordine carminum priscorum et de coniunctis denuo quae *casu divulsa et sparsa* essent, veteres loquuntur, certum igitur aliquem ordinem primitus fuisse statuentes, quem turbatum esse dum carmina in ore cantorum circumferuntur, dein Pisistrati cura iustum illum, quem ipse poeta constituisset, ordinem esse redintegratum. Quae si ex vero sunt tradita, apparet Pisistratidarum tempore Athenis operam esse datam ut probabiliter constitueretur textus Iliadis et Odysseae publice recitandarum ludis Panathenaicis, qui ludi aut instituti tunc sunt aut splendidius quam antea instaurati. Neque habet ea res quod admirationem moveat aut veri dissimile videatur[f]. Immo ratio tulit ut eiusmodi quid tunc

---

a Plut. de Mus. 3, 5, 6. *b* Non et alia carmina epica cogitanda esse testantur Lycurgi oratoris verba quae pag. 15 sunt allata; non solum autem Iliadem, sed et Odysseam, efficitur ex Ione Platonis et e Xen. Conv. 3 § 5 sq. *c* Testimonia collegerunt Wolf Proleg. 143, Sengebusch Diss. Hom. II 27 sqq., Cauer Grundfragen der Homerkritik 126 sqq., alii. *d* Cic. de Orat. III § 137: „quis doctior iisdem illis temporibus aut „cuius eloquentia litteris instructior fuisse traditur quam Pisistrati? Qui primus Homeri „libros, confusos antea, sic disposuisse dicitur ut nunc habemus." — Pausan. VII 26 § 6: „*Πεισίστρατος ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε καὶ ἄλλα ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα ἠθροίζετο.*" — Aelian. Var. Hist. XIII 14: „*Πεισίστρατος συναγαγὼν ἀπέφηνε τὴν Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν.*" — Rei mentionem Cicerone fortasse aliquanto antiquiorem habet hoc epigramma: *τρίς με τυραννήσαντα τοσαυτάκις ἐξεδίωξε | δῆμος Ἐρεχθῆος καὶ τρὶς ἐπηγάγετο, | τὸν μέγαν ἐν βουλαῖς Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον | ἤθροισα σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον*, pag. 4 *c*, Anth. Palat. XI 442. Quos versus Athenis „in Pisistrati statua" olim lectos fuisse perperam ait auctor anonymus Vitae Hom. V[ae]; nam tyranni statua illic nulla fuit unquam aut esse potuit. *e* Id qui perhiberet inter veteres nemo fuit. *f* Nam quod recentes quidam grammatici perabsurda hac de re commenti sunt, id non satis valet ad ipsam rem in ridiculum detorquendam. Suavis sane est Heliodorus sero natus ludimagister is, qui Dionysii Thracis grammaticam notis illustravit, — immo offuscavit! — haec docens: „*συνθεῖναι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ Πεισιστράτου ἑβδομήκοντα δύο σοφούς, ὧν ἑβδομήκοντα δύο εἶναι καὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ τὸν Ἀρίσταρχον.*" Quae verba inepta postquam saeculo XII° graviter reprehendit Iohannes Tzetza in Prolegomenis ad Aristophanem (primus ed. Keil Rhein. Mus. 1848, 116), sic pergit: „*καίτοι τεσσάρων*

temporis fieret, quoniam aliter caveri non potuit quominus migraretur Solonis ea lex, quae *contextum* carminum vetustorum a rhapsodis neglegi vetabat.

Certum igitur ducimus VI° saeculo Athenis in deorum cultum publicum recepta esse certamina cantorum, Iliadem et Odysseam, carmina in Attica dudum cognita neque alibi ignota, declamantium; tunc enim *νόμον ἔθεντο* Athenienses, *καθ' ἑκάστην πεντετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου Ὁμήρου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη*, ut Lycurgus orator duobus saeculis post est locutus[a]. *Videtur* autem exemplar carminum epicorum sumtu publico tunc esse paratum, curantibus aliquot viris

---

„*ἀνδρῶν ἐπὶ Πεισιστράτου συνθέντων τὸν Ὅμηρον, οἵτινέσ εἰσιν οὗτοι· Ἐπικόγκυλοσ, Ὀνομάκριτοσ* „*Ἀθηναῖοσ, Ζώπυροσ Ἡρακλεώτησ καὶ Ὀρφεὺσ Κροτωνιάτησ*". Eadem leguntur in excerpto latino ex his Prolegomenis, quod a Georgio Valla allatum de expetendis et fugiendis rebus 38 § 2, dein ab Osanno denuo repertum et anno 1828 partim editum, totum anno 1837 a Ritschelio Alex. Biblioth. 4 (melius Studemund Philol. 1888, 17) est descriptum, quo tempore ipsa Tzetzae verba nondum innotuerant: „Pisistratus sparsam prius Homeri „poesim ... in ea quae nunc extant redegit volumina, usus ad hoc opus divinum industria „quatuor celeberrimorum et eruditissimorum hominum, videlicet Concyli, Onomacriti „Atheniensis, Zopyri Heracleotae et Orphei Crotoniatae; nam carptim prius Homerus et „non nisi difficillime legebatur". Scriptor autem anonymus in commentatione de Comoedia (primus ed. Cramer 1839, melius Studemund Philol. 1888, 1 sqq.), etiam Heliodori illas ineptias repetens: „*τὰσ Ὁμηρικὰσ (βίβλουσ) ἑβδομήκοντα δύο γραμματικοὶ ἐπὶ Πεισιστράτου τοῦ* „*Ἀθηναίων τυράννου διέθηκαν οὑτωσί, σποράδην οὔσασ τὸ πρίν· ἐπεκρίθησαν δὲ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον* „*τὸν καιρὸν ὑπ' Ἀριστάρχου καὶ Ζηνοδότου, ἄλλων ὄντων τούτων τῶν ἐπὶ Πτολεμαίου διορθωσάντων.* „*οἱ δὲ τέτταρσί τισι τὴν ἐπὶ Πεισιστράτου διόρθωσιν ἀναφέρουσιν, Ὀρφεῖ Κροτωνιάτῃ, Ζωπύρῳ* „*Ἡρακλεώτῃ, Ὀνομακρίτῳ Ἀθηναίῳ, καὶ Ἐπικογκύλῳ*" (§ 22, in meis Prolegom. ad Aristoph. pag. 199). Quae notitiae unius sunt instar; virum autem „celeberrimum illum et eruditissimum" *Epiconcylum* vel *Concylum* carminibus vetustis neque prodesse potuisse neque nocere, nomini enim ex errore alicuius librarii nato vocem *ἐπικὸν κύκλον* ridicule deformatam subesse, sensit Cramer, cui frustra oblocuti sunt alii. Et epici cycli nomen facit ut suspicemur in opere antiquiore illo et hodie ignoto, ex quo Heliodorus ludimagister aliusve homo stultus effecit nugas quas attulimus, non de Iliade atque Odyssea solis sermonem fuisse, sed de *cunctis* carminibus epicis, vel potius de horum *materie* in unum corpus coniuncta. Prorsus vero ineptus Heliodorus iste fuit ita disserens: „*ἐν τινὶ χρόνῳ τὰ Ὁμήρου ποιήματα παρεφθάρη, ἢ ὑπὸ πυρὸσ ἢ ὑπὸ σεισμοῦ ἢ ὑπὸ ὑδάτων ὑποφορᾶσ· καὶ ἄλλων ἄλλωσ τῶν βιβλίων διασκεδασθέντων καὶ φθαρέντων, ὕστερον εὑρέθη ὁ μὲν ἔχων τυχὸν ἑκατὸν στίχουσ Ὁμηρικούσ, ὁ δὲ χιλίουσ, ἄλλοσ διακοσίουσ, ἄλλοσ ὅσουσ ἂν ἔτυχε, καὶ ἔμελλε λήθῃ παραδίδοσθαι ἡ τοιαύτη ποίησισ. ἀλλὰ Πεισίστρατόσ τισ Ἀθηναίων στρατηγὸσ ... ἐκήρυξεν ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι, τὸν ἔχοντα Ὁμηρικοὺσ στίχουσ ἀγαγεῖν πρὸσ ἑαυτόν, ἐπὶ μισθῷ ὡρισμένῳ καθ' ἕκαστον στίχον κτέ.*"; dein addit: „Pisistratum tum viros aliquot designasse, qui versus sic collatos ordinarent: hos „singulos pro arbitrio disposuisse cunctos, optimam autem visam esse ordinandi rationem „eam quam proposuissent Aristarchus et Zenodotus", Bekk. Anecd. 767; quem Tzetza iuvenis secutus est in Exegesi Iliadis 772 sq. Bachmann. Hic est homo — *βδελυρὸν* haud immerito vocavit Tzetza — ex cuius auctoritate multi perhibuerunt Iliadis librum *K* carmen integrum primitus effecisse, Mnemos. 1911, 63 sq.! — Sed etiam iucundiora sunt quae Andreas Lopadiotas saeculo XIV° scripsit in Lexico Vindobonensi 279 Nauck: „Pisi-„stratum quondam, inordinata adhuc et confusa poesi Homeri, praemio sollicitasse qui „eam ordinarent, iisque praemii nomine in singulos versus singulos obelos constituisse; „mercede autem inductos pauperes multos, quibus affiueret ingenium, fingendo plurimos „versus operis nobilitatem corrupisse, dein Aristarchum *obelis* notasse versus quos pepe-„risset *obolorum* amor".

a Lyc. Leocr. § 102.

artis poeticae peritis, quo exemplari quoties opus esset inspecto coërceri posset temeritas rhapsodorum prisca illa carmina mutantium, concidentium, variis additamentis augentium. Et *fortasse* ex illo exemplari fluxerunt alia, quae Athenis sunt exarata et divendita. Sic natam esse recensionem carminum Homeri Atticam, veri *haud dissimile* est; quae recensio in textu Homerico non potuit non praevalere sensim, quoniam librorum mercatura praesertim Athenis fiebat[a].

Sed credibile non est textum Iliadis vel Odysseae certo aliquo tempore ab uno pluribusve hominibus *pro arbitrio* esse *mutatum*, dein per Graeciam sparsam esse illam recensionem et ad nos perlatam. Onomacritum cum suis iussu Pisistrati in vetusta illa carmina liberrime grassatum esse Wolfius aliique perhibuerunt saeculo proximo ineunte, exeunte autem illo saeculo Augustus Fick demonstratum ivit Iliadem et Odysseam circa annum 500 ex Aeolica dialecto in Ionicam conversas esse a Cynaetho Chio[b]. Huiusmodi opiniones delevit dies aut delebit[c]. Terrae faciem violentissimis ignis interni eruptionibus funditus identidem deformatam esse diu sibi persuaserunt viri rerum naturalium curiosi,

---

a Ante bella Persica Athenis libri haud ita multi fuerunt; quapropter urgendum non est id quod perhibet Gellius VII 17, Xerxem „multa volumina" inde in Persiam absportasse. Sub V[i] vero saeculi finem inter ea quae Athenis in regiones peregrinas exportabantur volumina scripta commemoravit Xenophon Anab. VII 5 § 12, qui apud incolas orae Salmydessiae merces Atticas e navibus illic elisis et alias repperit servatas et *πολλὰς βίβλους γεγραμμένας.* *b* Et olim fuerunt qui Aeolicum Homerum — non cognoscerent, sed postularent: „*τὴν ποίησιν ἀναγινώσκεσθαι ἀξιοῖ Ζώπυρος ὁ Μάγνης* (saeculo?) *Αἰολίδι διαλέκτωι, τὸ δὲ αὐτὸ Δικαίαρχος* (saeculo ante Chr. III°)", Anecd. Rom. 5 Osann. Quibuscum facit Vitae pseudoherodoteae scriptor c. 37: „*Αἰολεὺς Ὅμηρος ἦν καὶ οὔτε Ἴων οὔτε Δωριεύς*", et eodem tendens Ephorus olim *Cyma* ex Aeolum colonia, Smyrnae autem metropoli (pag. 4), eum repetebat, ipse videlicet Cymaeus, Hom. Vit. Plut. 2. *c* Seriis ut subiungantur ludicra, commemorata hic esto sententia Frederici Soltau, qui vestigia premens Hibernici antiquarii eius, de quo scripsit P. Knight Proleg. in Hom. § 83, perhibuit „dass dem in „dem jetzt griechischen Sprachtexte enthaltenen ältesten Traditionsbereiche eine andere „ältere Sprache zu Grunde liege und dass diese Sprache für die Odyssee insbesondere das „durch die Phönicier uns überlieferte alt-Skythische sei, ... was man gewohnt ist auch das „Keltische zu nennen", expeditionem autem navalem LXX° fere ante Christum natum saeculo polum meridionalem versus susceptam in Odyssea enarrari, die Mythen- und Sagenkreise im Homerischen Schifferepos, 1887. Decennio ante A. Krichenbauer Ulixem Africam circumvectum ad polum meridionalem pervenisse ibique Cimmerios visisse statuerat, sed in saeculis annumerandis aliquanto minus liberalis saeculo XV° illud iter adscripserat. Non ad pinguinorum autem phocarumve dicionem sed ad Semitas brevi post nos ablegavit abbas Francogallus Fourrière, les Emprunts d'Homère au livre de Judith, 1889, cuius vestigiis anno 1901 institit Iosephus Schreiner, Homers Odyssee, ein mysteriöses Epos, neque multo cautiorem se praestitit Ph. Champault Phéniciens et Grecs en Italie d'après l'Odyssee, 1906. Similia ante saeculi alteram partem protulerat L. Benloew les Sémites à Ilion, et olim eundem cursum tenuerunt Bogan Homerus *ἑβραΐζων* 1658, Croesius *Ὅμηρος Ἑβραῖος* 1704, alii; quin II° saeculo ante Christi natales Zenodotus Pergamenus, Cratetis discipulus, Homerum Chaldaeum vocabat, schol. *Ψ* 79, et Aristobulus Iudaeus philosophus Pergamenus demonstratum ibat epicos ceterosque Graecorum poetas atque philosophos e Moysis libris sacris sua petivisse. Alii pro Syro Aegyptiove homine Homerum venditabant.

et animalium cuncta genera certo aliquo temporis puncto iussu Creatoris ex inani prodiisse per multa saecula homines crediderunt, donec temporis in rebus terrestribus mutandis potestas melius est agnita: causas exiguas per longam saeculorum seriem vigentes lento nisu ea effecisse quae derepente veluti e chao emicuisse olim sunt credita; aquae guttas stillantes, concrescentes, liquescentes montium celsa cacumina delevisse; bestiolarum tam exiguarum ut nudis oculis ne cerni quidem possint multitudinem innumeram per aeva infinita succrescentem candidas Britannorum rupes et solum Borussicum creasse; sensim autem et pedetentim plantarum atque animantium varia genera in alias figuras abiisse et etiamnunc abire. Sic per hominum aetates plurimas[a] multa verba carminum epicorum et figurae praesertim verborum sensim sunt mutatae, non sponte cantorum vel editorum, non consulto, non violenter, sed lente et nullo advertente, dum in cantorum potissimum ore hominumque memoria ea carmina vixerunt et viva voce sunt propagata. Constitit autem Iliadis Odysseaeque textus ab eo demum tempore quo carmina illa religione a temeritate defendi et legi magis quam audiri sunt coepta. Exinde ad nostra usque tempora intactus fere mansit.

III.

Atticis litteris ut exararentur carminum epicorum exemplaria ea, quae in Attica et in Atheniensium praesertim usum fiebant, ipsa tulit res. Quo tempore igitur prisca sua litteratura Athenienses utebantur, in Homeri carminibus sono *h* suum signum fuit *H*, oculis autem non percipiebatur discrimen sonorum η et ε et pseudodiphthongi ει, neque discrimen quod fuit inter sonos ω et ο et pseudodiphthongum ου, sed tres illi soni signo *E*, hi signo *O* indicabantur; signa *ΗΟΣ* igitur, ut exempla unum et alterum proferantur, id quod ὅσ vel ὥσ vel οὗσ valebant, signa *EN* id quod ἐν vel ἦν vel εἰν. Consonae non duplicabantur; non scribebantur Ψ et Ξ, sed *ΦΣ* et *ΧΣ*; soni *w* signum *F* inde a VII° certe saeculo non scribebatur[b].

Sed V° saeculo litteratura Attica aucta est signis compluribus ex Ionia receptis, quae etiam inter ceteras Graecorum gentes usurpari sensim sunt coepta. In publica quidem Atheniensium decreta anno 403/2 demum haec signa admissa sunt iubente Archino, sed aliquanto antea in Attica haud ignota fuisse docet littera secunda *Thesei* nominis in

---

a Centum fere hominum aetates usque ad nostrum saeculum post Homerum praeterierunt, triginta usque ad illud tempus quo exemplarium quae ad nos pervenerunt vetustissima sunt exarata, viginti usque ad aevum Solonis et Pisistratidarum. *b* § 40.

dramate quodam Euripidis, quod circa belli Peloponnesiaci initium est actum, his verbis descripta:

πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο,
ταύτασ διείργει δ' ἐν μέσοισ ἄλλη μία[a],

quibus verbis pingitur signum *H*, non *E*.

Homeri autem carmina litteris Ionicis sive communibus exarari quando Athenis sint coepta, — nam quae alibi scripta sunt exemplaria nunc neglegamus necesse est, — omnino nescimus. Forsitan suspicetur quispiam, religionem, qua carmina τοῦ θείου Ὁμήρου[b], Ilias praesertim, magis magisque inter Graecos sunt culta, aliquantisper obstitisse quominus vel species externa exemplarium Atticorum mutaretur, quemadmodum nunc multi nostrates a bibliopolis poscunt Bibliae ante tria saecula belgice versae exemplaria a prelo quidem recentia, sed priscis quae Gothicae vocari solent litterarum figuris expressa, spernunt editiones signa hodierna exhibentes[c]. Quapropter speciem habet opinio quae et aliis placuit et Cobeto[d], signa Ionica tertio demum ante Chr. n. saeculo Atticae carminum epicorum litteraturae esse substituta. Nulla tamen ad hanc opinionem tuendam prolata sunt argumenta, et brevi post mortem Zenodoti, quem rei auctorem fuisse Cobet aliique suspicati sunt, exemplaria litteris Atticis exarata Alexandriae nulla videntur fuisse, nulla certe pervenisse ad Aristarchum huiusve discipulos; nam eiusmodi exemplarium in Aristarcheorum scriptis nusquam fit mentio, — mira profecto res, si carmina epica paucis lustris antequam Aristarchus iis operam suam impendere coepit litteris Atticis perscribi etiam solebant[e]. Complures quidem errores, quos peperit litteratura vetusta, ab Aristarcheis sunt notati[f], sed ita notati ut appareat eos errorum hanc causam indagasse coniectura; in cuiusmodi coniecturas et hodierni philologi facile incidant. Ex. gr. ex Aristonici his verbis: ὧ] ἡ περιεστιγμένη διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτοσ γράφει „ὅν", μήποτε δὲ πεπλάνηται, γεγραμμένου τοῦ Ο ὑπ' ἀρχαϊκῆσ σημασίασ ἀντὶ τοῦ Ω, προσθεὶσ τὸ Ν. ἔστι γὰρ περὶ δυοῖν ὁ λόγοσ[g] apparet hunc grammaticum putasse Zenodoto ad manum fuisse exemplar vetusta litteratura exaratum, veri autem est simile eum ipsius *Aristarchi* opinionem l. l. rettulisse, quoniam in scholiis ad Iliadem etiam *Aristophanes* Aristarchi magister et *Crates* eius aequalis de vitiis e prisca litteratura natis inducuntur disputantes[h]; sed talia exemplaria Zenodoto praesto fuisse *sola* Aristo-

---

a Eur. fr. 385, Athen. 454 *b*. b Sic poetam vocavit Aristophanes Ran. 1034.
c Simili studio obtemperantes olim viri quidam eruditi inscriptiones prisca litteratura insignes finxerunt, ex gr. Herodes rhetor aevo Hadriani: οδεϛι θεμιτον μεταχινεσαι κτέ. CIG. 26. d Cobet Misc. Crit. 289. e A. Giese Aeol. Dialekt 1837, 163 sqq., Ludwich Arist. I 11, II 420 sqq. f Saepius enim in scholiis culpantur οἱ μεταγράψαντεσ sive μεταχαρακτηρίσαντεσ. g Schol. *Λ* 104. Similia ad *H* 238 *Ξ* 241 *Φ* 127, 363 (schol. Oxyrh. et Genev.) α 52, 254, 275. h Schol. *Φ* 127, 363.

nicus non perhibuit, certi autem aliquid eum hac de re compertum habuisse minime constat.

Quicquid id est, *aliqua* certe Iliadis exemplaria V° saeculo exeunte vel ineunte IV°, diu igitur ante Zenodoti aetatem, litteratura recentiore sunt exarata; nam in exemplari, quo Antimachus poeta Colophonius usus est, scriptum erat *ΜΑΧΗΣΟΜΑΙ*, non, *ΜΑΧΕΣΣΟΜΑΙ*[a], Attice autem utrumque significabatur litteris *ΜΑΧΕΣΟΜΑΙ*. Idem dictum esto de Chio, Massiliensi, Sinopico, Argivo libris vetustis[b]. Etiam lectiones ἠΰτε[c], εἱρχθέντα[d], ὠινοχόει[e] ab Aristarcheis e priscis exemplaribus allatae et lectionibus εὖτε, ἑρχθέντα, οἰνοχόει oppositae testantur ea quae illi dixerunt exemplaria signis recentioribus fuisse exarata; nam ex voluminibus litteratura Attica perscriptis his de rebus disci nihil potuit, quia utrumvis in his fiebat *ΕΥΤΕ*, *ΗΕΡΧΘΕΝΤΑ*, *ΟΙΝΟΧΟΕΙ*.

Ceterum etiam inter *Ionum* scribendi rationem antiquiorem et recentiorem illam, quam Athenienses ceteraeque gentes Graecae ex Ionia duxerunt, non nihil fuit discriminis. Nam olim *H* in litteratura Ionica non nisi soni *a* ita ut illic fieri solebat prolati fuit signum[f]; littera *Ω* autem et illic tunc ignota erat, pseudodiphthongi signis *E* et *O* indicabantur[g], consonae non duplicabantur[h], — perinde atque Athenis. Itaque si quis nullos unquam Homeri libros litteris Atticis conscriptos esse persuasum habeat[i], ne sic quidem ei concidant quae de carminum epicorum transcriptione uberrimo vitiorum fonte observata sunt a grammaticis priscis atque recentioribus[j]. Fieri autem non potuit quin prisca scribendi ratio plurimorum errorum causa existeret in textu carminum insolita verba insolitasque verborum figuras habentium plurimas. Et ipse textus hanc rem tam luculenter demonstrat[k] ut testimoniorum aliunde allatorum vix ulla possit esse utilitas.

Grammaticis Alexandrinis exemplaria complura Iliadis atque Odysseae in bibliothecis praesto fuerunt vulgaribus vetustiora et praestantiora. His exemplaribus *Zenodotus*, quem Ptolemaeus Philadelphus bibliothecae nuper conditae praefecit, dein Zenodoti discipulus *Aristophanes* Byzantius et huius discipulus *Aristarchus* usi sunt ad textum carminum emendandum[l]. Nobis vero de vetustis illis voluminibus vix quicquam

---

a Et mirum profecto non est, Ionica litteratura usum esse hunc poetam Ionicum! Videtur autem ἡ Ἀντιμάχειοσ βίβλοσ fuisse exemplar ab Antimacho sua manu correctum. *b* Schol. *Α* 298 *Τ* 117. *c* Schol. *Γ* 10. *d* Schol. *Φ* 282. *e* Schol. *Α* 598. *f* § 6. *g* Ex. gr. *Β* 239. *h* Ex. gr. *Α* 609. *i* vWilamowitz Hom. Unters. 286 sqq. *j* R.Her og, die Umschrift der älteren gr. Literatur in das ionische Alfabet, Basel 1912. *k* § 7, 13, 21, 38, 59, 83^{9}, 92, 110, 122, 126, 130, 150^{5}, 188, 191, 225, 272 sq., 291 sq., 315^{4}, 323^{3}, 324^{16}. *l* Etiam Aristophanes, ut Zenodotus et Aristarchus, editionem elaborasse videtur; quae tamen res non conficitur voce „αἱ Ἀριστοφάνουσ" schol. *Θ* 513 *ι* 83, nam hac voce „exemplaria editionis Aristophanis" (sic Sengebusch Hom. Diss. I 48) significari non constat.

innotuit. Nomine *civitatum*, unde Alexandriam erant delata, designabantur ἡ Χία, ἡ Μασσαλιωτική, ἡ Κρητική, ἡ Κυπρία, ἡ Ἀργολική, ἡ Σινωπική, ἡ Αἰολίσ[a]; accedebat ἡ ἐκ τοῦ Μουσείου sive ignotae originis exemplar Alexandriae repertum. Alia exemplaria a *viris* doctrina insignibus, qui iis usi fuerant, nomen habebant[b]: ἡ Ἀντιμάχου, ἡ Ῥιανοῦ, ἡ Σωσιγένουσ, ἡ Φιλήμονοσ, ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκοσ sive Ilias ab *Aristotele* in Alexandri usum emendata, quam rex in capsa pretiosissima Susis inventa asservavit[c]. Didymo etiam ἡ Καλλιστράτου fuit cognita sive exemplar a Callistrato Aristophanis discipulo correctum. Odysseae editio κυκλική, quae semel et iterum commemoratur[d], unde nomen habuerit incertum; πολύστιχοσ autem quae dicitur Iliadis editio[e] videtur multis versibus aliunde non cognitis fuisse onerata[f]. Praeterea saepius commemorantur αἱ κοιναί, αἱ δημώδεισ, αἱ εἰκαιότεραι ἐκδόσεισ sive exemplaria *vulgaria*, qualia in hominum manibus etiam post Aristarcheorum curam textui impensam plurima manserunt invitis grammaticis. Multa eiusmodi exemplaria ad nos pervenerunt.

Exemplaria *Massiliense* et *Argolicum* cum Iliadem tum Odysseam continebant; volumini τῶι ἐκ τοῦ νάρθηκοσ sola Ilias inerat, — si inerat tota; nam veri videtur similius partem Iliadis haud ita magnam infuisse[g]. Cetera exemplaria, quibus critici Alexandrini sunt usi, ambone carmina an alterutrum an partem aliquam utriusvis complexa fuerint non liquet. Id certum est, vetusta illa exemplaria neque Iliadem neque Odysseam in viginti quatuor ῥαψωιδίασ illas quae iam dicuntur habuisse diremtam[h]. Quae Alexandriae excogitata est distinguendi ratio[i] in commodum legentium nec non librariorum atque editorum, ne nimis ampla volumina aut his paranda aut illis pervolvenda essent[j]. In tot libros sive volumina papyracea quot erant signa litterarum Ilias et

---

a αἱ ἀπὸ τῶν πόλεων βίβλοι vel διορθώσεισ vel ἐκδόσεισ. Cavendum autem ne vox ἔκδοσισ erroris causa evadat. Alexandriae extiterunt *exemplar* Massilia advectum et exemplar manu Antimachi correctum: *editionem* aliquam Massiliensem vel Colophoniam fuisse non est cur arbitremur. *b* αἱ κατ' ἄνδρα. *c* Strab. 594 Plut. Alex. 8 Plin. Hist. Nat. VII 30. Etiam *Callisthenes*, Aristotelis discipulus, Alexandri amicus, illud volumen perlegit ut vitia inde eximeret, Strab. l. l. *d* π 195 ρ 25. *e* Λ 258, 340 Δ 334. *f* Hanc nominis explicationem admittere Birt das antike Buchwesen 1882, 445 non audebat; sed postea particulae complures recensionis solita verbosioris in vetustissimis papyrorum fragmentis repertae sunt, Proleg. ad Homer. ed. 1912, XLIII sq. *g* Ferula quamvis ampla capere non potuit exemplar totius Iliadis sive volumen metrorum fortasse septuaginta, — si revera umquam extiterunt tantae molis exemplaria; quod credere durum, licet Ulpianus Dig. 32, 52 sumserit extare potuisse, Birt l. l. 97, 430, 444 sq. *h* Ab ipso poeta quomodo divisae fuerint Ilias et Odyssea, carmina multo maioris ambitus quam ut uno tenore tota proferri possent, — nam quis per horas quadraginta vel plures continuas aurem praebiturus erat? — efficere conatus est Drerup Hochland 1913, 428—446 et: das fünfte Buch der Ilias 1913, 421 sqq.; qui in rhapsodias XVIII diremit Iliadem, Odysseam in XV. *i* Modo Aristarcho, modo Aristophani, modo Zenodoto tribuitur, Ludwich Arist. II 220. *j* Nostra aetate reperta sunt fragmenta quaedam exemplarium saeculo III° ante Chr. exaratorum, quae divisione illa carent, Proleg. Hom. l. l.

Odyssea tunc sunt divisae, et singulis litteris hi libri designari exinde sunt coepti. Eadem aetate opus Herodoti in novem, Thucydidis in octo libros est diremtum, item Xenophontis aliorumque scriptorum priscorum opera longiora in volumina complura sunt distributa.

Editionum emendatiorum, quae cura grammaticorum Alexandrinorum in lucem prodierunt, ea fere fuit species, quae est exemplaris cuiusdam II° post Chr. saeculo scripti[a]. Qui liber cura singulari elaboratus textum signis prosodiacis ornatum exhibet; signa critica sunt appicta; singulae paginae sunt versuum viginti duorum. Qui numerus videtur e vetustissimis exemplaribus esse ductus, in singulis igitur paginis haec quoque tot habuisse versus quot litterarum signa in Graecia primitus sunt usurpata[b].

Multi autem olim libri in paginas versuum vigenorum binorum sunt divisi, et passim etiamnunc hic numerus invenitur. Antiquissimum rei exemplum praebet papyrus III[i] ante Chr. n. saeculi, in quo Platonis Phaedo nitide est exaratus[c]. Simili ratione scripta sunt folium *Λόγια Ἰησοῦ* exhibens[d], folium e Menandri Agricola evulsum[e], codex palimpsestus Plutarchi de Garrulitate[f]. Manilii archetypum nunc deperditum in singulis paginis habuit versus XXII. Aristophanis comici versus viginti duo in codicibus hodiernis loco alieno leguntur[g] et Iliadis itemque Aeneidis versus totidem pro spuriis olim immerito sunt habiti[h]: in libris vetustis paginam et hi implebant et illi.

Alia quoque volumina prisca in singulis paginis versus XXII vel bis XXII habuisse demonstrari potest[i]. Praeterea Iliadis hic commemorandus est codex Syriacus rescriptus, cuius singula folia habent versus sexaginta sex sive ter XXII, et Odysseae codex S in singulis paginis binos ordines versuum viginti duorum exhibens; quae autem maioris aliquanto momenti est res, librarius is, cui debemus Odysseae codicem aut omnium optimum aut unum ex optimis Palatinum (P), et librarii qui scripserunt Iliadis codices Florentinum D et Genavensem 44, secuti sunt exemplaria quorum singulae paginae tenebant versus vigenos binos.

Alexandrini vero editores si pro arbitrio constituissent versuum in singulis paginis exarandorum numerum, *vigenos quinos* potius iis

---

a Proleg. Hom. XLVI, 3. *b* Viginti duo litterarum signa a Phoenicibus primitus in Graeciam sunt perlata: *ΑΒΓΔΕϜΖΗΘΙΚΛΜΝΞΟΠϺϘΡΣΤ*, quibus signis etiam numeralia I—XXII indicabantur; idem autem fuit numerus litterarum Atticarum: *ΑΒΛΔΕΖΗΘΙΚΛΜΝΟΠϘΡΣΤΥΦΧ*. — Vetusta Hebraeorum carmina ea, quorum versuum litterae initiales ordine alphabetico se excipiunt, recordari nunc iuvat. *c* Mahaffy on the Flinders Petrie papyri 1891. *d* Ed. Grenfell-Hunt 1896. *e* Post inventorem Nicole iterum edidit Hunt 1898. *f* Cobet Brieven 226. *g* Ar. Lys. 1273—1294. *h* *P* 404—425 et Verg. Aen. II 567—588. *i* Nonnulla quae huc pertinent composui in commentatione de Ai. Sophocl. 140 sqq., 194 sqq., partim minus recte tunc disputans.

tribuissent, ut postea saepe est factum, ex. gr. in Iliadis codicibus Ambrosiano et Veneto A huiusque codicis archetypo nunc deperdito[a], vel in archetypo codicis Platonis Clarkiani[b], ita ut centum versus haberet duplex quodvis folium[c]. *Litterarum* autem ipsorum aetate usurpatarum seriem si voluissent sequi, *vigenos quaternos* in singulis paginis versus exarandos curassent, quemadmodum in *libros* viginti quatuor utrumque opus diremerunt.

Ad epicorum carminum exemplum directae sunt editiones aliorum carminum vetustorum nec non operum oratione soluta compositorum; haec enim in *στίχουσ* sive versus syllabarum XVI, *versum heroicum* mensura aequantes, sunt divisa[d], quo melius singulorum operum ambitus computari et pretium ex aequo constitui posset[e]. Postea et Romanorum librariorum modulus fuit hexameter, „versus Vergilianus'' ab iis vocatus.

IV.

Ilias et Odyssea quomodo sint propagatae postquam breviter exponere conati sumus, superest dicere quomodo usi iis sint veteres.

Quae prisci vates cecinerunt dum vetustatis aerugine obducuntur, non ficta sed ex vero relata magis magisque sunt visa, eruditionis gravissimae et vere divinae plena, non ad delectandos et commovendos homines excogitata ingenio veloci, sed ad docendos composita, non eam potissimum ob causam digna quae mente tenaci servarentur, quod pulcra essent et iucundissima, sed quod res a proavis gestae in illis carminibus fideliter narratae essent.

Quale mentium temperamentum in Attica inde a Solonis ad minimum aetate obtinuisse testantur publica cantorum certamina festo Panathenaeorum Homeri carmina declamantium[f]. Pueri autem inde a tenerrimis annis iis discendis operam dabant[g], et Alcibiades fertur summa cum indignatione puer invectus esse in ludi magistrum, nullius partis Iliadis vel Odysseae exemplar sibi esse confessum[h]. Adolescentes

---

a Mnemos. 1904, 447—450. *b* Schanz Herm. 1881, 309—315. *c* Congruit mos centesimum quemque versum signo numerali notandi, ex. gr. in Musei Brit. papyris 114, 127, 128, 136. *d* Ritschl die Alexandrinischen Bibliotheken 1838, Graux Rev. de Phil. 1878, 97—143, Schanz l. l., Birt das antike Buchwesen 1882 passim, Diels Herm. 1882, 377—384, Mommsen Herm. 1886, 146, Schoene Rh. Mus. 1897, 135. *e* Inde a IV° ad minimum ante Chr. saeculo haec computandi ratio obtinuit: Isocr. Panathen. § 136, Theopompus in Phot. Bibl. 176. *f* Pag. 13 *d*. *g* *ἐξ ἀρχῆσ καθ' Ὅμηρον ἐπεὶ μεμαθήκασι πάντεσ* Xenophanes rhapsodus cecinit saeculo VI°, Herodian. *π. διχρ.* 366 Lehrs. Quapropter Homeri laudatores dicere solebant *ὡσ τὴν Ἑλλάδα πεπαίδευκεν οὗτοσ ὁ ποιητήσ*, Plat. Rep. 606 *e*. *h* Plut. Alcib. 194 *d*. Homerum mortuum multa milia hominum nutrivisse, in eo describendo, declamando, interpretando occupatos, Hiero fertur dixisse ad Xenophanem poetae obtrectantem, Plut. Mor. 175 *c*. Quod etiam Ptolemaeo Philadelpho Zoilum carpenti tribuitur dicterium, Vitruv. VII praef., et probabilius sane tribuitur. De Zoilo infra pag. 35.

autem memoriter tenebant quae inde a prima pueritia oculis auribusque — his praesertim — combibissent[a]. Quapropter nihil insoliti quodve minus credibile esset professus est Niceratus ille iuvenis modestus, qui coram amicis sic est locutus: „*ὁ πατήρ μου ἐπιμελόμενοσ ὅπωσ ἀνὴρ ἀγαθὸσ γενοίμην ἠνάγκασέ με πάντα τὰ Ὁμήρου μαθεῖν· καὶ νῦν δυναίμην ἂν Ἰλιάδα ὅλην καὶ Ὀδύσσειαν ἀπὸ στόματοσ εἰπεῖν*"[b]. Talia loquentem non induxisset Xenophon, si perpauci inter aequales tantum viguissent memoria[c]. Et Olbiae cives in colonia Milesiorum inter gentem barbaram degentes, ipsos semibarbaros, primo post Chr. n. saeculo exeunte omnes fere Iliadem memoriter tenuisse affirmat Dio Prusaeus[d]. Denie quod oratori regionem longinquam, ubi hospitaliter exceptus est, laudanti et rem in maius ornanti deberi veri est simile: restat tamen testimonium memoratu dignissimum. Nam nisi cultiores certe Graeci illo aevo Homerum ut digitos suos cognitum habuissent, de Scytharum accolis eiusmodi quid perhibere Dio ne ausus quidem esset.

Quae autem cuivis, qui quidem paulo liberalius educatus esset, notissima erant carmina, saepe laudabantur in concionibus et in colloquiis quotidianis[e], ut postea verba Biblica, vel etiam imitando exprimebantur et facete traducebantur. Urbanitatis hoc erat; erat *παιδείασ μέγιστον μέροσ περὶ ἐπῶν δεινὸν εἶναι*[f], et multum ad hominum animos deleniendos, commovendos, pertrahendos valebat versus Homericus apte laudatus. Qua in arte nemo felicius se exercuit quam Aristophanes comicus, feliciter etiam Plato philosophus[g].

Quo sanctius autem colebantur prisca carmina, eo magis impietatis est visum addubitasse quae Musarum alumnus numine afflante docuisset homines ignaros[h], et versus ex Homeri carminibus depromptos argumenti

---

a Etiam compluribus saeculis post in puerorum educatione initium fiebat a priscis poetis, Dio Prus. XI 308. Cuius moris vestigium servant tabulae ceratae Palmyrae III° fere post Chr. saeculo conscriptae, quas bibliothecae Leidensi dono dedit vir eximius Assendelft de Coningh. Nam in his pugillaribus praeter alia puerorum tentamina legitur Hesiodi versus Oper. 347 a magistro nitide magnisque litteris exaratus et a discipulo stilo rudiore repetitus. *b* Xen. Conv. 3 § 5. *c* Rhapsodos omnes idem calluisse ait Antisthenes l. l. apud Xenophontem et per se intellegitur. *d* XXXVI 78: *τἄλλα οὐκέτι σαφῶσ ἑλληνίζοντεσ διὰ τὸ ἐν μέσοισ οἰκεῖν τοῖσ βαρβάροισ, ὅμωσ τήν γε Ἰλιάδα ὀλίγου πάντεσ ἴσασιν ἀπὸ στόματοσ.* Qui de Odyssea non est locutus; et omnino Ilias maioris momenti quam Odyssea est visa. Sic Socrates [Plat.] Hipp. Min. 363 *b*: *ἡ Ἰλιὰσ κάλλιον ποίημα τῶι Ὁμήρωι ἢ ἡ Ὀδύσσεια, τοσούτωι δὲ κάλλιον ὅσωι ἀμείνων Ἀχιλλεὺσ Ὀδυσσέωσ.* *e* Exemplo sit Stratonici scurrae dictum, qui cum medicum cum veterinario videret colloquentem, „nunc" ait „alter alteri dicit: *ἀλλὰ σύ γ' ἄνδρασ ἔναιρε, μελήσουσιν δ' ἐμοὶ ἵπποι*" (*K* 481), gnomologii ed. Sternbach Wien. Stud. 1889 n°. 524. *f* Protagoras Plat. Prot. 339 *a*. *g* Multa huius studii documenta praebet Diogenes Laërtius, multa Anthologia Graeca, praesertim in carminibus Palladae. Alii e versiculis Homericis consuebant centones, ex. gr. Anthol. Iacobs IV 99, 116.

h Herodoto Hesiodus atque Homerus, quos aequales fuisse ille arbitrabatur, erant *οἱ ποιήσαντεσ θεογονίην Ἕλλησι καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰσ ἐπωνυμίασ δόντεσ καὶ τιμάσ τε καὶ τέχνασ διελόντεσ καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντεσ*, II 53, — verba verissima, si ita interpretamur ut *posteri* dicantur ex Homero Hesiodoque *didicisse* quae de rebus divinis sciri possent.

loco proferre ineptum ne ibi quidem videbatur ubi seria atque gravissima agebantur. Itaque Solonis aetate *Ἀθηναῖοι Ὁμήρωι μάρτυρι ἐχρήσαντο περὶ Σαλαμῖνοσ*[a], allato hoc de Aiacis Salaminii copiis versu:

'στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγεσ[b],

et Menesthei ducis Atheniensium ab Homero laudati, ut in acie ordinanda peritissimi[c], mentio est facta in monumento publico, quod anno 470 ad Strymonem est erectum:

ἔκ ποτε τῆσδε πόληοσ ἅμ' Ἀτρεΐδηισι Μενεσθεὺσ
ἡγεῖτο ζάθεον Τρωϊκὸν εἰσ πεδίον·
ὅν ποθ' Ὅμηροσ ἔφη Δαναῶν πύκα θωρηκτάων
κοσμητῆρα μάχησ ἔξοχον ὄντα μολεῖν.
οὕτωσ οὐδὲν ἀεικὲσ Ἀθηναίοισι καλεῖσθαι
κοσμηταῖσ πολέμου τ' ἀμφὶ καὶ ἠνορέησ[d].

Ipse igitur pater poeseos Athenienses hegemonia dignos dixisse videbatur. Et isdem Homeri versibus allatis legati Athenienses Gelonem Syracusanum classis Graecae imperium affectantem decem annis antea spe deiecisse feruntur[e].

Sed multum aberat ut Solonis vel Themistoclis vel Periclis aequalibus carmina Homeri etiam intellectu facillima essent. Immo studium haud exiguum et tum et postea a pueris adhiberi necesse fuit ut recte accipere possent quae vates vetusti dixerunt. Ipsos rhapsodos carmina illa, in quibus declamandis vitam terebant, parum intellexisse apud Xenophontem ait Socrates[f]. — „Tu vero" — ad Niceratum illum iuvenem nobilem, cuius supra iniecta est mentio, conversus pergit — „multum argenti dedisti viris doctis Homerum interpretantibus, *ὥστε οὐδέν σε τῶν πολλοῦ ἀξίων λέληθεν.*"

Eruditorum enim hominum ars VI° saeculo et postea requirebatur ad Homerum Graecis recte interpretandum. Quorum antiquissimus commemoratur *Theagenes* Rheginus; dein fuere *Stesimbrotus* Thasius, *Metrodorus* Lampsacenus, *Glauco* vel *Glaucus* item Rheginus[g], alii plurimi.

In ludis autem litterariis quomodo magistri pueros linguam epicam

---

a Aristot. Rhet. I 15. *b* *B* 558. Quem versum ab ipso Solone vel a Pisistrato in textum Iliadis esse invectum, ut illo testimonio uti posset ad Salaminem insulam Atheniensibus vindicandam, fuere qui perhiberent malignius quam probabilius. Nam ineptum fuisset ad versum nuper fictum provocare: ea demum aliquid valere poterant ad hostes — non vincendos quidem, sed in disputatione certe confutandos, quae in carmine vetusto extare omnes Graeci scirent. *c* *B* 552—555. *d* Aeschin. III § 183—185 Plut. Cim. 7.

e Herodot. VII 161; qui similia narravit VII 148 V 94 alibi. *f* Xen. Conv. l. l. et Memor. IV 2 § 10. Neque aliter sentiens Socrates inducitur in Platonis dialogo Ione. Haud inique autem philosophos de iis iudicasse testatur versus *Φ* 26: *ὁ δ' ἐπεὶ 'κάμε χεῖρασ ἐναίρων* ab Hermodoro rhapsodo ita prolatus ut voces *χεῖρασ ἐναίρων* artissime coniunctae id quod *χειροκοπῶν* significare viderentur. *g* Schol. *Υ* 67 Xen. l.l. Plat. Ion. 530 *a* Tatian. adv. Graecos § 48.

docuerint ostendit Aristophanes comicus, in cuius fabula Daetalensibus pater quidam filium e sophistarum scholis recentem iratus sic increpabat:

πρὸσ ταῦτα σὺ λέξον Ὁμήρου ἐμοὶ γλώσσασ. τί καλοῦσι κόρυμβα; [a]

et mox:

τί καλοῦσ' ἀμενηνὰ κάρηνα; [b]

Quod autem filius nihil eiusmodi se didicisse neque Homerum ipsumve patrem quicquam curare impudenter est professus, forensium videlicet verbulorum magis peritus [c], apparebat eum degenerasse a virtute maiorum et spreta avita illa puerorum institutione, quam comicus in Nubibus fabula splendide laudavit, novis perniciosisque studiis se dedisse.

Ergo Athenienses nisi data opera discebant *γλώττασ Ὁμηρικάσ*, cascas obsoletasque illas voces ignorabant, quarum vis non nisi ex harum rerum peritis poterat rescisci. In ludo litterario eas puer didicerat is, quem senem cum filio rerum novarum studioso rixantem in Daetalensium fabula spectatoribus ridentibus ostendit comicus.

Mox autem in unum corpus voces Homericae colligi sunt coeptae, scholarum praesertim in usum. Cuiusmodi operum quod nomine cognitum habeamus antiquissimum saeculo V° composuit Democritus philosophus Abderita: *περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείησ καὶ γλωσσέων* [d]. Aliud a Phileta Coo circa IVi saeculi finem compositum commemoravit Strato poeta comicus, qui patrem familias induxit de coquo nimis docto ludicre sic secum expostulantem [e]:

σφίγγ' ἄρρεν', οὐ μάγειρον, εἰσ τὴν οἰκίαν
εἴληφ'! ἁπλῶσ γὰρ οὐδὲ ἓν μὰ τοὺσ θεοὺσ
ὧν ἂν λέγηι συνίημι. καινὰ ῥήματα
πεπορισμένοσ πάρεστιν. ὡσ εἰσῆλθε γάρ,
εὐθύσ μ' ἐπηρώτησε προσβλέψασ μέγα·
— *„πόσουσ κέκληκασ μέροπασ ἐπὶ δεῖπνον; λέγε."*
— *ἐγὼ κέκληκα μέροπασ* [f] *ἐπὶ δεῖπνον; χολᾶισ!*
τοὺσ δὲ μέροπασ τούτουσ με γιγνώισκειν δοκεῖσ;
— *„οὐδεὶσ παρέσται;"* — *τοῦτο γὰρ νὴ τὸν Δία*
ἔτι κατάλοιπον, μέροπασ ἐπὶ δεῖπνον καλεῖν!
— *„οὐδ' ἄρα παρέσται δαιτυμὼν οὐδεὶσ ὅλωσ;"*
οὐκ οἶδ' ἔγωγε Δαιτυμόν'. ἐλογιζόμην·
ἥξει Φιλῖνοσ, Μοσχίων, Νικήρατοσ,
ὁ δεῖν', ὁ δεῖνα, . . . κατ' ὄνομ' ἀνελογιζόμην·
οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖσ οὐδὲ εἷσ μοι Δαιτυμών.
— *οὐδεὶσ παρέσται, φημί.* — *„τί λέγεισ; οὐδὲ εἷσ;"*
σφόδρ' ἠγανάκτησ', ὥσπερ ἠδικημένοσ,

---

a *Ι* 241. *b* *κ* 521 al. *c* Optime cognita ei fuit ex gr. prisca vox *ἰδυῖοι* sive *μάρτυρεσ* (schol. *Χ* 254). *d* Libri ceteroquin incogniti nomen allatum est a Diogene Laërtio IX 48. *e* Athen. 382 sq. Kock Fr. Com. III 361 sq. *f* Non *mortales* — vel quicquid Homero illud *μέροπεσ ἄνθρωποι* sive *μέροπεσ βροτοί* significavit — intellegit, sed *aves* illas quibus *μέροπεσ* nomen erat.

εἰ μὴ κέκληκα Δαιτυμόνα. καινὸν πάνυ!
— „οὐδ' ἄρα θύεισ ἐρυσίχθον';“[a] — οὐκ ἔφην ἐγώ.
— „βοῦν δ' εὐρυμέτωπον;“ — οὐ θύω βοῦν, ἄθλιε![b]
— „μῆλα θυσιάζεισ ἄρα;“ — μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ,
οὐδέτερον αὐτῶν, προβάτιον δ'.[c] — „οὔκουν“ ἔφη
„τὰ μῆλα πρόβατα;“ — μῆλα πρόβατ'; οὐ μανθάνω,
οὐδ' οἶδα τούτων οὐδὲν οὐδὲ βούλομαι.
ἀγροικότερόσ εἰμ', ὥσθ' ἁπλῶσ μοι διαλέγου.
— „Ὅμηρον οὐκ οἶδασ λέγοντα;“ — καὶ μάλα
ἐξῆν ὃ βούλοιτ', ὦ μάγειρ', αὐτῶι λέγειν·
ἀλλὰ τί πρὸσ ἡμᾶσ τοῦτο, πρὸσ τῆσ Ἑστίασ;
— „κατ' ἐκεῖνον ἤδη πρόσεχε καὶ τὰ λοιπά μοι.“
— Ὁμηρικῶσ γὰρ διανοεῖ μ' ἀπολλύναι;
— „οὕτω λαλεῖν εἴωθα.“ — μὴ τοίνυν λάλει
οὕτω παρ' ἐμοί γ' ὤν. — „ἀλλὰ διὰ τὰσ τέτταρασ
δραχμὰσ ἀποβαλῶ“ φησι „τὴν προαίρεσιν;
τὰσ οὐλοχύτασ φέρε δεῦρο.“ — τοῦτο δ' ἔστι τί;
— „κριθαί.“ — τί οὖν, ἀπόπληκτε, περιπλοκὰσ λέγεισ;
— „πηγὸσ πάρεστι;“ — πηγόσ; οὐ μὴ λαικάσει,
σαφέστερον δ' ἐρεῖσ[d] ὃ βούλει μοι λέγειν;
— „ἀτάσθαλόσ γ' εἶ, πρέσβυ,“ φήσ' · „ἅλασ φέρε.
τοῦτ' ἔστι πηγόσ[e]. ἀλλὰ δεῖξον χέρνιβα.“
παρῆν. ἔθυεν, ἔλεγεν ἄλλα ῥήματα
τοιαῦθ', ἃ μὰ τὴν γῆν οὐδὲ εἶσ συνῆκεν[f] ἄν·
„μίστυλλα,“[g] „μοίρασ,“ „δίπτυχ',“ „ὀβελούσ.“ ὥστε με
τῶν τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίον
σκοπεῖν ἕκαστα τί δύναται τῶν ῥημάτων.
πλὴν ἱκέτευον αὐτὸν ἤδη μεταβαλεῖν
ἀνθρωπίνωσ λαλεῖν τε· τὸν δ' οὐδ' ἂν ταχὺ
ἔπεισεν ἡ Πειθὼ μὰ τὴν γῆν, οἶδ' ὅτι.

---

a „Ergo ne porcum quidem es mactaturus, quoniam convivas nullos vocasti?“ Quid igitur hic sibi sit negotii rogat coquus modo conductus. — *Erysichthon* herois βουλιμιῶντοσ nomen proprium e Callimacho et aliunde est cognitum, ductum a *servandi* stirpe σρυ § 164, ut (ἐ)ρυσίπτολισ Minervae epitheton Z 305. Qui vero *verris* id fecit epitheton (sic enim vWilamowitz h.l. est interpretatus) a stirpe *trahendi* ϝερυσ § 293 repetebat. In epicis quae extant carminibus sic usurpatum non est. *b* Non enim opum privatarum fuit bovem mactare, sed *publicum* potius tale erat sacrificium. *c* *Mala* intellegit, vocem sermonis quotidiani, non epica illa μῆλα quadrupeda. Quapropter indignatus „neque tam vilem profecto cenam“ exclamat „convivis appositurus sum!“ *d* Cod. οὐχὶ λαικάσει | ἐρεῖσ σαφέστερόν θ'. *e* Pag. 27. *f* Cod. ἤκουσεν. Abiit εισσ'ηκεν in εισηκ<ουσ>εν. *g* Nihili hoc nomen e prisci verbi imperfecto (ἐ)μίστυλλον (A 465 al.) quis confinxerit nescimus. Philetasne, qui passim hoc loco respicitur? Nihilo leviores sane errores ei imputantur ἰδαί (pag. 27) et στήτη (pag. 28). Stratonem aut ipsum sic errasse aut patrem hunc familias sic errantem per iocum fecisse, ut credibile, sic vero est dissimile. — Imperativum μίστυλλε contextus non admittit.

In quo coquo dictione Homerica ineptissime abuso Strato studia quaedam sui saeculi festive traduxit. Lexicon autem illud Homericum a Phileta Coo concinnatum, e quo novam sapientiam addiscere se velle professus est miser homo, qui coquum illum male sanum conduxerat, explicatas praebebat voces epicas rariores vel obscuriores, quales sunt *μέροπεσ, δαιτυμόνεσ,* [a] *ἐρυσίχϑων, μῆλα, οὐλοχύται, πηγόσ, μιστύλλειν, μοῖραι, δίπτυχα, ὀβελόσ.*

Cuiusmodi autem errores eruditorum quoque virorum lucubrationes Homericae habuerint, nisi satis superque aliunde esset notum, docere posset *salis* vis voci epicae *πηγῶι* a cerrito illo coquo e Philetae videlicet auctoritate tributa. Hic igitur dictionis epicae interpres *κῦμα πηγόν* sive *fluctum densum, solidum, ingentem* [b] intellexit *fluctum salsum.*

Alios *τῶν γλωσσογράφων* errores multos notarunt Aristarchus huiusque discipuli. [c] Ipsi autem Philetae non multum videntur profuisse vigiliae, per quas carminibus vetustis impalluit et inaruit. [d] Non nisi duo interpretamenta nominatim ei tribuuntur in scholiis Iliadis: perabsurdum est utrumque. Nam e poetae his verbis: *ἀχρεῖον ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ* efficiebat genitivum quendam numeri pluralis *ἰδῶν*, quo *oculos* significatos esse autumabat, non ferens nimirum verbum *ἰδεῖν* eo sensu, quo posteriores dixerunt *βλέψαι*, in dictione epica usurpatum [e]; in hoc autem versu:

ϑρώισκων τισ κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ' ὑπαλύξει | ἰχϑύσ [f]

vocabulum *φρίκα* interpretabatur *frigus*, poetae verbis sensum obtrudens supra quam dici potest ineptum.

Tertius Philetae error cognoscitur e carminis — nam poeta et ipse haberi volebat, et clarus aliquando est habitus — e carminis *Παιγνίων* hoc versu:

οὔ μέ τισ ἐξ ὀρέων ἀποφώλιοσ ἀγροιώτησ
αἱρήσει, [g]

quae verba docent eum adiectivum vetustum *ἀποφώλιον* sive *vanum, irritum* [h] interpretatum esse *rudem* [i].

Vere portentosum autem Philetae errorem prodit Fistula carmen lusorium, abstrusa doctrina oppletum et *ἐκ γλωττῶν Ὁμηρικῶν* maximam partem concinnatum ab eius discipulo Theocrito [j]. In quo carmine vocabulum *στήτη* eo quo *γυνή* sensu est usurpatum, nusquam autem

---

a De hac voce controversia fuit *δ* 621. *b* *ε* 338 et ad *I* 124. *c* Lehrs Arist.[2] 36 sqq. *d* Soleas eum plumbo gravasse, ne flabris ventorum abriperetur, scurrae aequales perhibebant ioco neque admodum faceto neque novo, similia enim de *Cinesia* poeta phthisico dixerat Aristophanes Ran. 1437 al. *e* *B* 269. Quid igitur *Λ* 148 loco simili (*ὑπόδρα ϝιδών*) designaverit neque scimus neque scire cupimus. *f* *Φ* 126. Sic legebat, non *ὑπαΐξει*, quae potior est codicum lectio. *g* Stob. Floril. LXXXI 4. *h* *ε* 182 *ϑ* 177 *λ* 249 *ξ* 212. *i* *ἀπαίδευτον*, Et. M. s. v. *j* Ipsa *fistulae* figura ad studia Homerica pertinet. Hac enim ad oculos demonstratur quomodo e versu epico nascantur alia metra demtis singulis syllabis. Quod metricae artis principium a multis grammaticis est habitum.

terrarum illud vocabulum in hominum ore vixit, sed in scholarum umbraculis est fictum; debetur enim versui Homerico pessime explicato[a], neque videtur dubium quin a Phileta praeceptore Theocritus id acceperit. Qui postea demum se digna canere coepit[b].

Philetae igitur lexicon, cui *Γλῶσσαι* sive *Ἄτακτα* fuit titulus, habebat mirifica, quae modo indicata sunt, vitia haece: *πηγῶι*] *ἁλί*. — *ἰδῶν*] *ὀφθαλμῶν*. — *φρῖκα*] *ψῦχοσ*. — *ἀποφώλιοσ*] *ἀπαίδευτοσ*. — *στήτην*] *γυναῖκα*. Fortasse etiam: „*κισσύβιον*] *κίσσινον ποτήριον*" illic legebatur[c]; nam hunc quoque errorem veterum interpretum, vana quadam sonorum similitudine deceptorum, fovit Theocritus[d].

Itaque mirum non est Aristarchum Philetae erroribus redarguendis integrum librum insumsisse[e].

Alius Philetae discipulus *Zenodotus* Ephesius, museo Alexandrino a Ptolemaeo Philadelpho praepositus, novam carminum epicorum recensionem confecit[f]. Multis versibus ipso iudice spuriis praescripsit lineolam transversam sive *obelum*, multos eiecit, quae vitiosa ducebat temere passim et pro libidine refingens.

Post Zenodotum bibliothecae regiae praefuit eius discipulus *Aristophanes* Byzantius, vir eruditus, sagax, industrius, qui textum carminum epicorum signis prosodiacis primus instruxisse fertur.

Aristophanis autem discipulus et successor *Aristarchus* saeculo II° quanto studio Iliadem et Odysseam fuerit perscrutatus, quam caute, quam perite in iis emendandis et interpretandis versatus, quanta ei doctrina fuerit, quantum mentis acumen, quam incorruptus veri pulcrique amor, non huius loci est dicere[g]. Carminum textum severo iudicio examinatum signis criticis ornavit, quorum signorum causas explicavit in *ὑπομνήμασι* sive *commentariis*; praeterea scripsit *συγγράμματα* sive *dissertationes*, in quibus res difficiliores, quae paucis verbis in transitu exponi non poterant, fusius tractavit[h]. Quae si integra ad nos pervenissent opera, uberrimum thesaurum observationum utilium paratum sibi in iis haberent lectores hodierni. Sed neque Aristarchi vita, quae in tempora turbatissima incidit, fuit prospera, neque quae protulit multum favoris invenerunt extra ipsius scholam; mortui nomen quidem a plurimis est celebratum, sed opera mox ex hominum memoria evanescere coeperunt[i].

---

a *Α* 6. *b* Carmen hoc Theocrito olim abiudicatum feliciter vindicavit C. Haeberlin Carmina figurata Graeca, 1887. *c* *ι* 346 al. *d* Theocr. I 27 sqq.; item Euripides Cycl. 390 al., Verg. Ecl. III 38 sqq. *e* *πρὸσ Φιλητᾶν*, schol. *Α* 524 *Β* 111. *f* Circa annum ante Chr. 270 videtur ad finem esse perducta. *g* Lehrs de Aristarchi studiis Homericis 1833 ([2]1865), Ludwich Aristarchs Homerische Textkritik 1884 sq., Römer Aristarchs Athetesen 1912. *h* Ex. gr. *περὶ τοῦ ναυστάθμου*, in quo opere castra Achivorum accurate secundum Homerum delineavit. *i* Qui Aristarchum insecutus est Ammonius, scripsit librum *περὶ τοῦ μὴ γεγονέναι πλείουσ* (*τῶν δύο*?) *ἐκδόσεισ τῆσ Ἀρισταρχου διορθώσεωσ*, schol. *Κ* 397: paucis igitur annis post Aristarchi mortem ne id quidem constabat, quot carminum

Quapropter uno saeculo post Aristarchi obitum praeterlapso *Didymus* [a] et *Aristonicus* [b] operam dederunt ut exponerent quid Aristarchus in emendandis illis carminibus praestitisset. Etiam *Herodianus* [c] et *Nicanor* [d] e copiis Aristarcheis sua duxerunt saeculo post Chr. II°. Ex his autem operibus excerpta parciora quam vellemus et omnimodis vitiis oppleta extant in scholiis quae adscripta sunt Iliadis et Odysseae aliquot codicibus melioris notae. Paulo uberiores commentarioli ad versum unum et alterum his annis innotuerunt e fragmentis quibusdam papyraceis, quae ante vel brevi post Christi natales exarata sunt [e].

Sed redeamus ad studia aevo antiquiore interpretandis Homeri carminibus insumta.

Nihilo saniora quam Philetas, alii protulerunt multi. Verba simplicissima *θεὸσ διὰ πάντα τελευτᾶι* [f] *Hellanicus* grammaticus ὁ χωρίζων legebat θεόσδια, interpretatus θεόσδοτα, *Lesbocles* autem quidam θεὸσ δ' ἴα, *Aten* cogitans. Versum αἰετοῦ οἴματ' ἔχων μέλανοσ τοῦ θηρητῆροσ [g] *Democritus* accipiebat μελανόστου, *nigra* scilicet aquilis esse *ossa* [h]. Verba καί κέ τεο δμώων ἀνδρῶν ἔτι πειρηθεῖμεν [i] *Ptolemaeus* Ascalonita legebat καί κ' ἐτεοδμώων, pellectus voce ἐτεόκρητεσ memoriae eius inhaerenti [j]. Versum οὐ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σῶι ἐπιστάτηι οὐδ' ἅλα δοίησ [k] *Callistratus* Aristophanis discipulus ita interpretabatur ut οὔδαλα diceret esse τὰ κόπρια, παρὰ τὸ ἐν τῶι οὐδῶι κεῖσθαι. In verbis 'στάξε κατὰ ῥινῶν [l] vocem ῥινῶν quidam a nominativo ῥινόσ repetentes absurde reddebant βυρσῶν. Quid esset Ἀφροδίτη φιλομμειδὴσ cum nesciret invenustus quidam homo, παρετυμολογῶν καὶ παραπαίων misellum hunc versum inseruit Hesiodi Theogoniae: „φιλομμηδέα *eam vocant* ὅτι μηδέων ἐξεφαένθη" [m]. Achillem ab Iliadis poeta Patroclo γενεῆι ὑπέρτερον non propter *dignitatem* sed propter *aetatem* esse dictum [n] perperam quidam rati vocem ὑπέρτερον interpretati sunt *iuniorem*, — in his Archilochus priscus poeta, si credere fas est, — alii *maiorem natu*, errore non minus aperto et vel magis pernicioso [o]. Ἔϝεδνα quid essent Graeci saeculo V° nesciebant testibus multis versibus tragicorum aliorumque poetarum [p], — ettamen

---

epicorum editiones ille parasset. Anno autem 47 ante Chr. eius autographa videntur absumta esse incendio quo bibliotheca Alexandrina cum magna urbis parte periit. *a* In libro περὶ τῆσ Ἀριστάρχου διορθώσεωσ. *b* In opere περὶ σημείων Ἰλιάδοσ καὶ Ὀδυσσείασ. *c* ἐν τῆι Ὁμηρικῆι προσωιδίαι. *d* In libro περὶ στιγμῆσ. *e* Oxyrh. pap. 1086 sq. et Mus. Brit. 221, Hom. ed. 1912, IL et 897. *f* Τ 90. *g* Φ 252. *h* Porphyrius ad Ω 315. E quo scholio excerpta quaedam adscripta leguntur Φ 252, et ita quidem excerpta ut falsa in iis referantur de *Aristotele*. *i* π 305. *j* τ 176. *k* ρ 455. *l* Τ 39. *m* Hes. Theog. 200, schol. Γ 424, Flach die ältesten Hesiod-handschriften 25. *n* Λ 786. *o* Sic enim potuit fieri ut Patrocli *amator* Achilles haberetur ab Aeschylo! *p* Ex. gr. Andromache ἕδνων σὺν πολυχρύσωι χλιδῆι in domum mariti venisse dicitur initio Andromachae Euripidis; item vs. 153, 873 Med. 227 sqq. Aesch. Prom. 560 Pind. Pyth. III 168. Cui recentiorum errori debetur Odysseae versus spurius α 278 = β 197.

in Thracia regione vicina etiamtum vigebat mos puellas procis vendendi[a]. Verbum *τρέσσαι* Homero id quod *recedere* significasse Athenienses et ex ipsis carminibus epicis discere poterant et e lingua Laconica, in qua *τρέσαντεσ* dicebantur qui coram hoste fugissent: a tragicis tamen, quorum dictio et ipsa ars ex Homero pendet tota, *metuendi* sensu illud verbum saepe est usurpatum[b]. Priscam vocem *δέμασ* id quod *σῶμα* significare multi putarunt[c]. Epithetis in epica dictione passim obviis *ἱππότα* et *ἱππηλάτα* glossema *φυγάσ* sive *exul* olim appictum fuisse fertur[d], vox *μῦθοσ* in Odysseae quodam versu *στάσιν* significare est credita[e], *πάλιν πλαγχθέντασ* fuere qui non *repulsos* interpretarentur, sed *iteratos* Achivorum errores et expeditionem in Mysiam ante bellum Troianum susceptam dici putarent[f]. De prospera sorte Rhodiorum quod poeta dixit: *σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων*[g], id ad litteram accipiens Pindarus *aurum* in illa regione *pluisse* cecinit[h]. Dualis numerus postquam e Graecorum dictione evanuit, etiam tria vel plura ab epicis poetis indicata esse huius numeri formis homines inde a III° ante Chr. saeculo sibi persuaserunt[i], fortasse Aeolum Dorumque priscis pronominibus *ἄμμε ὔμμε ἀμέ ὑμέ* = *ἡμᾶσ* et *ὑμᾶσ* in errorem abrepti. Pronomina obsoleta *σφε* et *νιν* in tragicorum lingua nihil non significarunt[j]. Correlativa adiectiva et adverbia inter se potuisse permutari Apollonius Rhodius, Callimachus, Zenodotus, alii multi crediderunt[k], et poetae

---

a Herodot. V 6 Xenoph. Anab. VII 2 § 38 Thucyd. I 6 § 6 Aristot. Polit. II 5 § 12.

b Voces post aevum Homericum intermortuae, quas tragici e carminibus vetustis desumserunt, ut suam iis exornarent dictionem, non sunt in unum coniciendae cum iis quae in novas sensim formas novasque notiones abierunt. Hae nihil habent quod aegre feramus: illis si tragici novum sensum tribuerunt, non sunt laudandi. Ut exemplis res illustretur, *φόβοσ* olim *fugam*, postea *terrorem* significavit; *φοβεῖν fugare*, dein *terrere*: sic ad notionem affinem sensim declinavit viva vox populi, penes quem est norma loquendi; sed verbum *τρέ(σ)σαι* ubi vixit et quamdiu vixit, semper et ubique significavit *recedere*: tragici igitur cum verbum illud, quod illorum aetate in Attica obsoletum erat, ex epica dictione in sua carmina transtulerunt, *metuendi* vim ei sine vitio tribuere non poterant.

c Eur. Orest. 40, 98, schol. *Α* 115.

d Schol. *Ξ* 117 Apoll. lex. s. v. — Hoc tamen quin inane sit crimen non videtur dubium. Nam nisi omnia nos fallunt, Aristarchi ad *Ξ* 117—119 nota haec erat: „*ἡ διπλῆ ὅτι οὐ φυγάσ, ὡσ παρὰ τοῖσ νεωτέροισ*" sive: *ex his versibus apparet Oeneum ab Homero non, ut ab Euripide* (schol. Ar. Ach. 418), *senem in exilium esse missum*. Quae verba cum asinus aliquis rettulisset ad epitheton *ἱππότην*, quo Oeneus hoc loco a poeta est ornatus, ex Aristarchi verbis effecit: fuisse quibus *ἱππότησ* id quod *φυγάσ* significare videretur. Simili ratione diluendum est aliud *τῶν γλωσσογράφων* crimen immeritum, quod est de vocis *τοῖον* interpretatione, ad *Ψ* 16.

e *φ* 71.

f *Α* 59.

g *Β* 670.

h Pind. Ol. VII 62, 89 sq.

i § 52.

j § 92.

k Ex gr. Zenodotus *Ι* 447 edebat *τοῖον* = *qualem*, *Μ* 75 *τῶσ* = *quemadmodum*, Apollonius Rh. IV 1700 scripsit *οὐδ' ὅσσον* = *ne tantillum quidem*, item Callimachus h. Ap. 37, 81, 94 et inscriptio anni post Chr. 94, Epigr. 618^5 Kaibel. Cuiusmodi vitiorum specimen *Χ* 154 in III[i] ante Chr. saeculi papyro extat *τόθι* pro *ὅθι* exaratum. Itaque comici versus Pac. 32: *τέωσ ἕωσ σαυτὸν λάθοισ διαρραγείσ* non sine iusta causa dictus est utilis ad demonstrandum quid inter relativum et demonstrativum interesset: „*σημείωσαι ὅτι ἐκ παραλλήλων κεῖται τὸ ἕωσ καὶ τέωσ, καὶ ὅτι εἰσ ὑπόδειγμα χρήσιμον*" (schol.). Nempe ipsos Graecos talia doceri aliquando necesse fuit! § 323^3.

Argonauticorum ei, qui Orphei sumsit personam, vox *οἵ* facta est particula expletiva[a].

Etiam *originandi* ars fallax, in sophistarum scholis nata, studiis Homericis non nihil damni intulit; nam interpretes dum huius artis ope, quae inter veteres — et diu postea! — vix quicquam sani in lucem protulit, cascas voces illustrare conantur, ridicule subinde sunt lapsi. Cuius morbi indicia complura iam deprehendimus; addita esto interiectio *ὢ πόποι*, quae id quod *παπαῖ* vel *οἴμοι* valebat, *deos* significare et e Dryopum vel e Scytharum lingua repetita esse cum aliis visa, tum Lycophroni illi, qui Homerum imitari et verbis optime Graecis uti se ratus hunc fecit trimetrum iambicum:

τοίγαρ πόποι φύξηλιν ἤνδρωσαν σπόρον,

di fugitivorum prolem ad adolescentiam perduxerunt[b]. Item Euphorion:

ἐν δὲ πόποισ' ἕσσαντο,

inter deos consederunt[c].

Mittimus nunc errores facilius condonandos, qualis est vox *ἀλφησταί* vel potius *ἀλφεσταί*, quae *hordeo vescentes* significat, ad *inveniendi* verbum *ἀλφάνειν* relata et eo quo *sollertes* sensu usurpata[d]. Neque urgendi sunt Vergilii quidam errores in verbis Homeri reddendis commissi quamvis manifesti: *vina coronant*[e] = *ἐπεστέψαντο ποτοῖο*[f], *perpetui tergo bovis*[g] = *νώτοισι διηνεκέεσσι*[h], *Inarime*[i] = *εἰν (ἐν) Ἀρίμοισι*[j].

Etiam in verborum figuris, quibus lingua epica usa est, explicandis veteres saepe et longe a vero aberrarunt. Quarum multae ipsis Graecis aliquanto difficiliores intellectu fuerunt quam sunt nobis qui nunc vivimus. Illi enim prisca carmina in schola ita discebant ut data opera perpenderent quicquid in his discrepabat a lingua vernacula, qua ipsi utebantur; sic autem, in illa potissimum artis grammaticae infantia, fieri vix poterat quin sonos ipsis inde a prima pueritia notos linguae maternae et olim proprios fuisse, in eos autem, quos habent carmina epica, poetarum libidine mutatos esse arbitrarentur. Nempe *barbari* sive *balbi* iis audiebant omnes qui non ipsorum lingua utebantur[k]: haec sola proba videbatur et genuina, Homero autem „*ἐξῆν ὃ βούλοιτο λέγειν*"[l]. Qualia non ab incultis imperitisque tantum hominibus vel in comicorum iocantium pulpitis sunt prolata, sed et eruditissimis viris placuerunt. Exemplo sint quae non obscurus aliqui ludimagister scripsit, sed Aristoteles philosophus: „*in dictione epica ἐπεκτεταμένον ἐστὶν ἢ ἀφῃ-* „*ρημένον, τὸ μὲν ἐὰν φωνήεντι μακροτέρωι κεχρημένον ἦι τοῦ οἰκείου ἢ*

---

a Hermann Orphic. 773 sqq. *b* Lycophr. Alex. 943. *c* Apoll. Lex. hom., § 328[8]. *d* Aesch. Sept. 771. Aevo epico nomen *Calchantis* e simili errore natum esse, inde autem tragicae dictionis verbum *καλχαίνειν* fluxisse, demonstratum ivit Jebb ad Soph. Ant. 20. *e* Aen. I 724; cf. III 525. *f* *A* 470 al., = *crateras implebant usque ad oram*, reddebant *ἐπιστεφέασ ϝοίνοιο*, ut dicitur *Θ* 232. *g* Aen. VIII 182. *h* *H* 321. *i* Aen. IX 715. *j* *B* 783. *k* Praeeunte ipso Homero *B* 867. *l* Pag. 26.

„συλλαβῆι ἐμβεβλημένηι, τὸ δὲ ἐὰν ἀφηιρημένον τι ἧι αὐτοῦ· ἐπεκτεταμένον „μὲν οἷον τὸ πόλεως πόληοσ καὶ τὸ Πηλείδου Πηληϊάδεω, ἀφηιρη„μένον δὲ οἷον τὸ κρῖ καὶ τὸ δῶ. ἐξηλλαγμένον δὲ ὅταν τοῦ ὀνομαζομένου „τὸ μὲν καταλείπηι τὸ δὲ ποιῆι, οἷον τὸ δεξιτερὸν κατὰ μαζόν ἀντὶ τοῦ „δεξιόν" [a], et mox etiam clarius: „οὐκ ἐλάχιστον δὲ μέροσ συμβάλλονται „εἰσ τὸ σαφὲσ τῆσ λέξεωσ καὶ μὴ ἰδιωτικὸν αἱ ἐπεκτάσεισ καὶ ἀποκοπαὶ καὶ „ἐξαλλαγαὶ τῶν ὀνομάτων. διὰ γὰρ τὸ ἄλλωσ ἔχειν ἢ ὡσ τὸ κύριον, παρὰ τὸ „εἰωθὸσ γιγνόμενον τὸ μὴ ἰδιωτικὸν ποιήσει, διὰ δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῦ εἰωθότοσ „τὸ σαφὲσ ἔσται. ὥστε οὐκ ὀρθῶσ ἐπιψέγουσιν οἱ ἐπιτιμῶντεσ τῶι τοιούτωι „τρόπωι τῆσ διαλέκτου καὶ διακωμωιδοῦντεσ τὸν ποιητήν, ὡσ Εὐκλείδησ ὁ „ἀρχαῖοσ, ὡσ ῥάιδιον ὂν ποιεῖν εἴ τισ δώσει ἐκτείνειν ἐφ' ὁπόσον βούλεται" [b]. Putabat igitur Aristoteles Homerum τὰσ οἰκείασ sive κυρίασ linguae Graecae voces liberrime auxisse, minuisse, mutasse, poetarum iure audacter quidem sed et prudenter usum in dictione exornanda. Priscum poetam voces suae gentis et sui aevi, partim etiam aevi ipso vetustioris, usurpasse integras neque Euclides Megarensis sensit — vel quisquis in hoc nomine latet, nam verba δώσει τισ ἐκτείνειν ἐφ' ὁπόσον βούλεται in trimetrum sponte coëuntes fortasse indicio sunt *Eupolim* aliumve poetam comicum sic Homerum olim διακωμωιδῆσαι — neque ipse Aristoteles [c].

Itaque genitivi, qualis est μελισσάων, non in hominum ore aliquando nati esse et suam vitam in sermone quotidiano vixisse, sed e vitae communis formis in -ῶν desinentibus ἐπεκτάσει sive *distractione* conficti esse credebantur [d], et similem violentiam — quae in poetarum dictione iusta ac legitima videbatur — perpessa esse verba ea, quorum infinitivus in -ᾶν desinebat [e]. Sic recentiores quidam poetae eo sunt deducti ut genitivos Σειρηνάων et νησάων aliaque huiuscemodi monstra confingerent [f] et genitivum neutri κυανεάων non improbarent [g]. Subiunctivus θείομεν credebatur natus esse e communis vitae forma disyllaba θῶμεν, mater e filia, *distractionem* videlicet passum esse illud θῶμεν, dein *productionem*, dein *correptionem*: θῶμεν — θέωμεν — θείωμεν — θείομεν [h]. Fieri autem

---

a Aristot. Poet. 21 § 18. *b* Ibid. 22 § 8 sq. *c* Ne recentiores quidem philologi satis semper caverunt ne in hunc errorem inciderent, § 7, 76. Nempe et hodie, ut olim, pueri prius Xenophontis, postea Homeri linguam discunt. Quam docendi rationem, ut longo usu tritam et fortasse utilem, sic praeposteram, Ludolphus Ahrens vir doctus et sagax mutare olim est conatus, nunc conantur alii. *d* Schol. *B* 87. *e* § 191. *f* Epicharm. in schol. *Τ* 1, Call. h. Del. 66, 275, Quint. Smyrn. IV 212, Orac. Sibyll. I 229 XI 184, Oppian. Cyneg. IV 392, Eust. 1363, 58, Apoll. lex. s. v. ἐάων, Flach ält. Hes.hs. 14 sqq. — Multa huiusmodi vitia habent Herodoti historiae; in quo opere ἀπικέατο, ἐγινέατο, δεσπότεα, ἐδικαίευν, παρισεύμενοσ, similia leguntur tradita pro genuinis vocibus ἀπίκοντο, ἐγίνοντο, δεσπότην, ἐδικαίουν, παρισούμενοσ. Qualia ad imitationem verborum sincerorum ἐπιστέατο, ὡρμέατο, Διομήδεα, ἐποιεύμην, similium sunt ficta — non ab ipso Herodoto suae gentis lingua uso, sed a posterioris aevi grammaticis atque librariis. Aeque vitiosa sunt quae librarii in Herodae Mimiambos invexerunt: τεμεῦσα, χασκεύσηι, χειρέων, πυρέων, alia, nec non eiusdem notae sunt εἰρεῦσαι pro (ϝ)ειρουσαι traditum Hes. Theog. 38 et ἔεισ pro εἰσ dictum in versu spurio ibid. 145 (§ 91). *g*. Hes. Clip. 7. *h* § 122.

vix et ne vix quidem poterat quin multae voces epicae, quae versuum numeris non satis defendebantur, inter homines ita opinatos in vulgaris dictionis formas sensim et nemine advertente abirent[a].

Gravius ne deformarentur carmina epica, obstitit religio, qua antiquissimi hi ingenii Graeci foetus a posteris sunt culti. Haec prohibuit quominus temere mutarentur opera illa nulli non inter Graecos cognita. At eadem effecit ut recte accipi et suo pretio aestimari vix possent. Quaerebantur in iis quae non inerant; consilia a poësis indole aliena poëtae tribuebantur. Polyhistor Homerus habebatur; reconditae eruditionis thesauros eius carmina continere credebantur. Non id veritatis Iliadi atque Odysseae inesse videbatur quod in genuinae artis operibus nullis frustra quaeritur, sed quicquid priscus vates cecinerat ita accidisse posteri persuasum habebant; errare Musarum alumnum non potuisse; res igitur in Graecia et in Asia olim gestas ex vero et accurate ab illo esse relatas; locorum in eius carminibus depictorum eam ipsam tunc fuisse speciem quam Homerus iis tribuisset; nomina, mensuras, numeros, temporis spatia, quae ille commemorasset, fide omnino esse digna; ipsas res divinas ex Iliade et Odyssea optime cognosci, neque quicquam, quod non et verum et bonum esset, docuisse vatem illum, quo pueri primo utebantur praeceptore.

Itaque homines, quos Homerus celebravit, quin omnes olim vixissent; loca, quae menti audientium ostendit, quin digito etiam monstrari possent cuncta, haudquaquam videbatur dubium. Phaeaces Corcyrae[b], Lotophagi in ora Libyae[c], Cyclopes in Sicilia[d] degisse credebantur; in eadem insula orisque vicinis quaerebantur Aeolus, Scylla, Charybdis, Circe, Thrinacia, et — quae hominum est credulitas — inveniebantur[e]. Scilicet doctrinam abstrusam priscus vates dulci narrationi inclusisse videbatur, ut gratam redderet hominibus,

ὼσ ὅτε τισ χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρωι ἀνὴρ
ϝίδρισ[f].

Nemo pacis bellive artes melius docuisse credebatur[g], nemo pietati

---

a § 2, 3, 13, 14, 55, 59, 71, 72, 73, 76, 92, 112, 117, 125, 126, 145, 152, 191, 195, 210, 220[2], 265, 302, 315[1], 322, 323[3], 326. *b* Thucyd. I 25 § 4 III 70 § 4. *c* Herodot. IV 177. *d* Terra Aetnaea pascuis abundans pastoris Polyphemi patria ab eo inde tempore haberi est coepta quo Sicilia Graecis melius quam antea innotuit. Etiam Typhoëus cum colonis Graecis illuc migravit, Hes. Theog. 860 Pind. Pyth. I 16 sqq. Aesch. Prom. 351 sqq. *e* Thucyd. III 88 IV 24 VI 2 Hes. Theog. 1013. *f* ζ 232 sq. Strab. 37. *g* *ὁ δὲ θεῖοσ Ὅμηροσ | ἀπὸ τοῦ τιμὴν καὶ κλέοσ ἔχει πλὴν τοῦδ' ὅτι χρήστ' ἐδίδαξε, | τάξεισ, ἀρετάσ, ὁπλίσεισ ἀνδρῶν,* — Quae verba Aeschylo poetae de poeta Homero loquenti tributa esse a poeta Aristophane Ran. 1034 sqq., est quod miremur. Iocans autem Niceratus is, qui Homerum memoriter tenebat totum similia ait apud Xenophontem: *ἴστε δήπου ὅτι Ὅμηροσ ὁ σοφώτατοσ πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων. ὅστισ ἂν οὖν ὑμῶν βούληται ἢ οἰκονομικὸσ ἢ δημηγορικὸσ ἢ στρατηγικὸσ γενέσθαι, . . . ἐμὲ θεραπευέτω· ἐγὼ γὰρ ταῦτα πάντα ἐπίσταμαι,*

vel probitati melius consuluisse[a]. Quapropter, si quid in Homeri carminibus a vero abhorrere vel cum bonis moribus parum convenire videbatur, cum recentioris aevi opinionibus utcumque conciliabatur variis artificiis, qualibus et Bibliae interpretes saepe sunt usi. Sic Thucydides, haud credulus profecto homo neque segnis in rerum veritate investiganda, cum traditum accepisset Boeotos sexaginta annis post Troiae excidium migrasse in regionem eam, quae ab ipsis dein nomen habuit, non aut hanc famam reiecit aut id quod rettulit Homerus, inter Achivos Troiam oppugnantes fuisse sex milia Boeotorum e plurimis Boeotiae urbibus oriundorum[b], sed fallaci argumentatione id efficere conatus est ut prius in Boeotia fuissent Boeoti quam illuc venissent[c]. Frugalitatis autem praeceptis, quibus ludorum magistri pueros instruebant, ne adversari videretur Achillis ad Patroclum verbum: *ζωρότερον δὲ κέραιε*[d], fuere qui *οὐ τὸ ἀκρατότερον, ὡσ οἰνόφλυξιν, ἀλλὰ τὸ θᾶττον* interpretarentur[e]. Et in versibus pulcherrimis hisce:

ὡσ δ' ὅτ' ἐν οὐρανῶι ἄστρα φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην
φαίνετ' ἀριπρεπέα, ὅτε τ' ἔπλετο νήνεμοσ αἰθήρ[f]

ne lunae fulgore premerentur ignes minores, fuere qui *novilunium* facerent litteras traditas interpretando *φάει νῆν* sive *luce novam*, contractis nominum formis ipsum Lunae lumen contractum fortasse significantes. Hoc demum est sapere! Sed cumulari exempla non est opus.

Quicquid autem non poterat ita explicari ut recentiorum opinionibus fieret congruum, aut mutandum ducebatur, si fieri id poterat, aut delendum. Itaque Aristodemus quidam grammaticus cum versuum numeros et verborum contextum a pueris tutius contemni posse arbitraretur quam pietatem et pudicitiam, negationem inseruit his verbis Phoenicis: „*mater identidem efflictim me precabatur patris mei*

παλλακίδι προμιγήμεν', ἵν' ἐχθήρειε γέροντα.
τῆι <οὐ> 'πιθόμην καὶ ἔρεξα"[g].

Conv. 4 § 6 sqq.; graviter vero hanc opinionem improbans Socrates apud Platonem: *τινῶν ἀκούομεν ὅτι οὗτοι* (Homerus et qui eum sunt insecuti) *πάσασ μὲν τέχνασ ἐπίστανται, πάντα δὲ τὰ ἀνθρώπεια τὰ πρὸσ ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ τά γε θεῖα, κτέ.*, Rep. 598 *d*. Cuius opinionis vetustae echo quaedam etiamnunc percipitur in libris quibusdam recentiorum. Exemplo sit vir doctus is, qui demonstratum ivit *medicum* fuisse Homerum, quippe artium chirurgicae atque anatomicae peritissimum, H. Frölich, die Militärmedizin Homers, 1879.

a „Poeta cum simplicem celebrat heroum vitam, *σπουδάζει ἡμᾶσ ἀποστῆσαι τῶν ἀτάκτων* „*ἐπιθυμιῶν*", Dioscorides historiarum scriptor apud Suidam in vita Homeri. — Ex cuiusmodi studiis originem duxit *Hesiodi atque Homeri Certamen*, pag. 6 *b*. Sic enim ratiocinati sunt viri docti: *vicisse* se Chalcide in certamine poetico Hesiodus ait Oper. 654 sqq., *cum Homero* autem illic eum certasse fert fama: *cur* igitur superior tunc evasit qui arte et ingenio erat inferior? Responderunt: non *artis* potissimum rationem esse habitam, sed *argumenti* et *consilii*; praeceptores enim iuventutis ceterorumque hominum esse poetas, eum igitur qui rus et pacem cecinit iure praelatum esse bellorum laudatori. *b* *B* 494—510.

c Thucyd. I 12. *d* *I* 203. *e* Aristot. Poet. 26 § 16 et schol. — In Aristotelis codice perperam traditum est *ἄκρατον*, quod e poetae verbis efficere nemo potuit, quoniam ibi sequitur *κέραιε*. *f* *Θ* 555 sq. *g* *I* 453. Simile remedium fuere qui adhiberent *N* 658

Sic videlicet hic ludimagister prohibebat ne Achilli iuveni confiteretur praeceptor se cum patris sui concubina olim rem habuisse. — At inepta et absurda sic fiunt quae addit Phoenix! — Nihil id ad illos homines: bonis certe moribus consultum erat. Vicinos autem versus quatuor, quibus Phoenix ait in eo fuisse ut ira abreptus patrem obtruncaret[a], ab Aristarcho e contextu exemti esse feruntur ne quid detrimenti inde caperent mores iuventutis[b]. Quae fabella ut sublestae sit fidei, minime tamen est neglegenda; nam nasci non potuisset, si tale quid in illud aevum non cecidisset et serio interprete indignum esset visum[c]. Complures autem Iliadis atque Odysseae versus a Zenodoto, Aristophane, aliis notati sunt ut „indecori"[d]. Multo cautior erat Aristarchus.

De dis quae parum reverenter dicta esse videbantur, graviter saepe improbarunt philosophi. Xenophanes, qui etiam rhapsodus fuit, sic conquestus est:

πάντα θεοῖσ' ἀνέθηκαν Ὅμηρόσ θ' Ἡσίοδόσ τε, . . .
κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλουσ ἀπατεύειν[e].

Etiam acrius *Heraclitus* Ephesius in poetarum de caelitibus „mendacia" invectus Homerum *ἔφασκεν ἄξιον εἶναι ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι*[f], non *malum poetam* ratus, sed rerum divinarum *malum praeceptorem*. Pythagoras autem ferebatur *κατελθὼν εἰσ Ἅιδου τὴν μὲν Ἡσιόδου ψυχὴν ἰδεῖν πρὸσ κίονι χαλκῶι δεδεμένην καὶ τρίζουσαν, τὴν δὲ Ὁμήρου κρεμαμένην ἀπὸ δένδρου καὶ ὄφεισ περὶ αὐτήν, ἀνθ' ὧν εἶπε περὶ θεῶν*[g]. Et Plato, licet Homerum optime habuerit cognitum et vivide fuerit admiratus, saepius tamen necessarium duxit eum refutare, et in perfecta civitate eius carminibus locum concedi posse negavit[h].

Itaque paratam sibi viam invenit Zoilus Amphipolitanus, vir e schola Cynicorum, qui IV° vel III° ante Chr. saeculo *Ὁμήρου ψόγον καὶ λόγουσ ἐννέα κατὰ τῆσ Ὁμήρου ποιήσεωσ* scripsit, ea acrimonia eoque vituperandi studio insignes quibus et postea odia theologorum nimis saepe flagrarunt; quapropter *Ὁμηρομάστιξ* est vocatus et poetae admiratoribus audivit *θρᾳκικὸν ἀνδράποδον ἄνω καὶ κάτω τινὰσ λήρουσ φληναφῶν*[i].

Alii *allegorice* Homeri carmina interpretando diluere conati sunt quae contra priscum vatem proferebantur crimina. Itaque demonstratum ibant Martis ex. gr. Venerisque illos amores nihil habere quod non

---

a *I* 458—461. *b* Plut. Mor. 26*f*. *c* Ipse Plutarchus verba Hesiodi Op. 757—759 *ὡσ εὐτελῆ καὶ ἀνάξια παιδευτικῆσ μουσῆσ* e contextu iussit eximi. Scilicet et nos subridemus cum audimus poetam gravi voce versuque canoro „in iugem aquam ne quis lotium faxit neve screato" vetantem. Sed neutiquam inde efficitur *spurios* esse illos versus, prisci igitur poetae id non esse praeceptum vel contextui operis parum aptum. Si cuncta, quae aevo cultiori ieiuna, vilia, superstitiosa visa sunt, e carmine vatis Ascraei resecta essent, aliquanto brevius id ad nos pervenisset! *d* *Γ* 423 sqq. *Δ* 88 sq. *Π* 89 sq. *Ω* 130 *ζ* 244 sq. *η* 311 sqq., Cobet Misc. Crit. 225—239, Römer Aristarchs Athetesen passim. *e* Diog. Laërt. I 18. *f* Ibid. IX 1. *g* Ibid. VIII 21. *h* Plat. Rep. 398*a*, 607*a* et libri III initio. *i* Heraclit. Alleg. Hom. 14.

esset innocentissimum et sapientiae gravissimae plenum, id efficientes ut e lepido poematio fierent insulsa de rebus naturalibus commenta. Sic Hebraeorum Canticum Canticorum quod dicitur non carmen pastoricium — idque suavissimum! — sed vaticinium mysticum aliquando multis est visum.

Saeculo ante Chr. VI° hanc Homeri interpretandi rationem iniit *Theagenes* Rheginus[a]; postea eandem viam tenuerunt *Anaxagoras* Clazomenius clarus philosophus et huius discipulus *Metrodorus* Lampsacenus[b], praesertim autem in deliciis habuerunt *Chrysippus*[c] ceterique philosophi Stoici, omnium maxime *Crates* Mallota, saepius ideo vituperatus ab Aristarcho aequali, qui ab eiusmodi ineptiis fuit alienissimus. Qualia autem illud studium pepererit commenta docent *Heracliti* cuiusdam, qui I° post Christum saeculo vixisse sumitur, liber *de Allegoriis Homericis* et *Porphyrii* opusculum *περὶ τοῦ ἐν Ὀδυσσείαι τῶν Νυμφῶν ἄντρου* III° post Chr. saeculo compositum. Antiquiora quaedam exempla praebet Socrates perhibens *τὴν Κίρκην ὗσ ποιεῖν . . . δειπνίζουσαν, τὸν δὲ Ὀδυσσέα . . . ἐγκρατῆ ὄντα . . . διὰ ταῦτα οὐδὲ γενέσθαι ὗν*[d], et: *τὴν χρυσῆν σεῖραν* Homero *οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον* significasse[e]; at per iocum haec dicta, illa vero serio.

In Hesiodi carminibus interpretandis veteres similia sunt moliti, cuius studii multa documenta supersunt in Procli Neoplatonici ad Hesiodum scholiis. Postea ita nugati sunt Iohannes Tzetza et Eustathius, et ne nostro quidem aevo haec studia prorsus deferbuerunt; nam paucis abhinc annis fuit qui *Achillem* interpretaretur *τὸν ἀχειλέα* sive amnem *exundantem* et veluti *labiis carentem*, *Hectorem* fluvium intra ripas *se continentem*, *Priamum* rivulum Simoëntem per aestatem torridam tarde prorepentem *καὶ πρίοντα τὸν ἄμμον*, — in aquas et lutum Iliadem sic solvens[f]. His mysteriis praeludens olim comicus quidam *Πηλέα* nomen *κεραμέωσ* esse iocose dixit[g]. Cuiusmodi commentorum primaria haec fuit causa, quod in Odyssea echo quaedam mythorum vetustissimorum ad res naturales spectantium percipitur. Ipse tamen poeta epicus primitivum illorum mythorum sensum aut sciens neglexit aut — quod vero similius — non agnovit[h].

Philosophorum autem sectae certatim dederunt operam ut sibi vindicarent Homerum illum, cuius carmina ex hominum memoria evelli non posse optime intellegebant. *Heracliteum* Socrates Platonicus per iocum dixit propter Iliadis versum quendam, ubi *Oceanus* vocatur *θεῶν γένεσισ*[i]. *Peripateticus* ab aliis est habitus propter hos versus:

---

a Schol. Γ 67. *b* Diog. Laërt. II 11. Sed de Anaxagora id falso perhibitum esse censet Zeller Phil. d. Gr. I⁴ 913. *c* Cic. de Nat. Deor. I § 41. *d* Xen. Mem. I 3 § 7. *e* Plat. Theaet. 153 *c*, Θ 69 Eur. Or. 982. *f* Forchhammer Erklärung der Ilias 1884. *g* Philetaer. fr. 4. *h* Pag. 9. *i* Ξ 201, Plat. Theaet. 152 *e*. Quapropter aliquando operae pretium visum est ad Σ 107 observasse, non verum Heracliteum fuisse Homerum, illum enim versum ab Heracliti doctrina abhorrere.

οἷος δὴ σὺ δέμας καὶ ϝεῖδος ἀγητός,
πέπνυσαί τε νόωι, μακάρων δ' ἔξ ἐσσι τοκήων [a],

hinc enim τοὺς ἀπὸ τοῦ περιπάτου duxisse τὴν τριάδα τῶν ἀγαθῶν [b], quae quid sibi velit observatio apparet collatis Aristotelis his verbis: νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῆι, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων, τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν καὶ μάλιστα ἀγαθά [c]. *Epicureorum* vero placitis addictus fuisse poeta nonnullis est visus propter Achillem deos „securum agere aevum" his verbis dicentem:

ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δϝειλοῖσι βροτοῖσι,
ζωέμεν' ἀχνυμένους· αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί [d],

et propter Ulixis ad Alcinoum haec verba:

οὐ γὰρ ἐγώ γέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι
ἢ ὅτ' ἐϋφροσύνη μὲν ἔχηι κάτα δῆμον ἅπαντα,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ
ἥμενοι ἑξείης, παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
σίτου καὶ κρεάων, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
ϝοινοχόος φορέηισι καὶ ἐγχείηι δεπάεσσι.
τοῦτό τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶ ϝείδεται εἶναι [e],

quibus verbis ipse poeta τὴν ἡδονὴν τέλος εὐδαιμονίας dixisse perhiberi potest — si nulla habetur ratio loci personaeve loquentis et χαρίεν καὶ καλόν idem quod ἀγαθόν valere videtur. Etiam *Stoicus* saepe audivit [f], et *naturali* philosophiae eum aliquot ante Thaletem saeculis operam dedisse fuere qui perhiberent [g]. De quibus interpretum commentis optimo iure hanc sententiam tulit Seneca: „modo *Stoicum* Homerum faciunt, „virtutem solam probantem et voluptates refugientem et ab honesto „ne immortalitatis quidem pretio recedentem, — modo *Epicureum*, „laudantem statum quietae civitatis et inter convivia cantusque vitam „exigentis, — modo *Peripateticum*, bonorum tria genera inducentem, — „modo *Academicum*, incerta omnia dicentem. Apparet nihil horum esse „in eo, cui omnia insunt: ista enim inter se dissident" [h].

Tanti autem quae inter Graecos habebantur carmina, eorum singuli versus, immo singula verba magis magisque digna sunt visa in quae data opera inquireretur. Inter pocula vel inter deambulandum saepe proponebantur quaestiunculae ad Homeri interpretationem pertinentes, sententiae „lepide obscurae, non anxie", — ut Gellii verbis utamur [i], — aliique ludi litterarii agebantur, in quibus excellere non poterant nisi

---

a Ω 376 sq. *b* Schol. *c* Aristot. Eth. I 8, Zeller Phil. d. Gr. II 2³ 621. *d* Ω 525 sq. *e* ι 5 sqq. — Quanto rectius indicarunt qui χρυσοῦς dixere hos versus (Cert. Hom. et Hes.)! *f* Schol. Α 405 al., pag. 36 *c*. *g* Propter Α 399 sqq. et Ξ 246, Heracl. Alleg. Hom. 22, Plut. vit. Hom. 92 sqq. *h* Senec. Epist. 88. *i* Gell. XVIII 2.

qui carmina epica memoriter tenerent[a]; saepe disputabatur *περὶ ἀποριῶν τινων Ὁμηρικῶν*, et inde a sophistarum aevo multi sic gloriolam aliquam captarunt[b]. *Satyrus* quidam Aristarchi aequalis per iocum *ὁ Ζῆτα* est nuncupatus propter sollertiam, qua huiusmodi *ζητήσεισ* proponebat *λύσιν* non facile admittentes. Romae postea propter eruditionem et ingenii velocitatem in quaestionibus solvendis inclaruit Valerius Cato, derisus tamen a M. Furio Bibaculo, cum bellorum civilium aerumnis oppressus solvendo non esset:

> Mirati sumus, unicum magistrum,
> summum grammaticum, optimum poetam,
> omnes solvere posse quaestiones,
> unum difficile expedire nomen.
> En cor Zenodoti, en iecur Cratetis![c]

Infinita autem quaestionum Homericarum copia hoc agentibus in promptu erat. Prima statim Iliadis vox occasionem disputandi praebebat. Nam rogabatur „cur a voce male ominata poeta initium fecisset"[d]. Quam quaestionem ineptam inepte solvens *Apio* respondebat: „primis nominis *μῆνισ* litteris significari rhapsodiarum numerum *μη'* sive *quadraginta octo*"[e]. Secundum verbum vituperabat *Protagoras*, Musam enim deam non satis verecunde compellari modo imperativo[f]. Sic *παροίνων ζητημάτων* plurima suppetebat materies; quae studia qui optimo iure carpsit Aristoteles[g], et ipse quodammodo iis indulsit, scripsit enim librum *Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων* sive *προβλημάτων*[h].

Vel ad regum cenas hae ludimagistrorum deliciae sunt admissae. Comanus, Ptolemaei Philadelphi *ἀρχιοινοχόοσ*, rogabat: „*πῶσ ἔμεινεν ἐν* „*τῶι πίθωι ἡ ἐλπίσ; ἔστι γὰρ τοῦτο ἐν ἀνθρώποισ*"; cui *Aristarchus* fertur

---

a Ex. gr. a singulis convivis poscebatur versus epicus ab eadem littera incipiens atque desinens, Ath. 458. Iulianus princeps de Penelope hoc proposuit aenigma: *ἐξ ποσὶν ἐμβεβαυῖα τριδάκτυλοσ ἐξεφαάνθη*, inepte sic significans *Penelopen Icarii filiam prudentem* (– – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ – –, α 329, Greg. Cor. 407 Sch.). Observatu memoratuque dignum est visum in versu *X* 59 cunctas orationis partes esse usurpatas, versum *H* 364 carere sono *σ*, versum *Γ* 182 per singula vocabula singulis syllabis increscere, versum *X* 133 verborum transpositione in sotadeum (*σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὤμον*) posse mutari, trimetrum iambicum haberi posse versum *Ψ* 644 *ἔργων τοιούτων· ἐμὲ δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῶι*. Etiam versibus *ἰσοψήφοισ* indagandis fuere qui studium impenderent vesanum, ex. gr. litteras versus *T* 306 eandem efficere summam atque sequentis (2848), item litteras versus *H* 264 atque sequentis (3498). Sic postea fuere qui computando efficerent quot litteras haberet Biblia. *b* Lehrs Arist.[2] 199 sqq. *c* Suet. de ill. gramm. 11. *d* Simile mentis temperamentum fuit Dionysio Halicarnassensi, cum Thucydidem vituperavit propterea quod bellum lamentabile sibi elegisset operis argumentum et a tristibus statim rebus esset exorsus, Epist. ad Pompeium 767—770. Quem prudenter refutavit grammaticus anonymus, qui I° vel II° post Chr. saeculo commentarios ad Thucydidem scripsit, Oxyrh. pap. 853. Hesiodus autem Homero a Chalcidis rege antepositus et praemio ornatus esse fertur ob causam similem, *ὡσ ἐπὶ γεωργίαν καὶ εἰρήνην προκαλούμενοσ, οὐ πολέμουσ καὶ σφαγὰσ διεξιών*, Cert. Hom. et Hes., pag. 34 *a*. *e* Senec. Epist. 88 § 35. *f* Aristot. Poet. 21. *g* Aristot. Soph. Elench. 4 § 8, Poet. 26. *h* Lehrs Aristarch.[2] 221.

respondisse ὅτι „ἡ μὲν τῶν κακῶν ἔμεινεν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν"[a]. *Sosibius* quidam haec poetae verba:

ἄλλοσ μὲν μογέων ἀπεκινήσασκε τραπέζησ
πλεῖον ἐόν, Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρε[b]

molesta ratus, Nestorem enim senem Aiace vel Achille validiorem non fuisse, ita hanc ἀπορίαν expediebat ut ad adiectivum ἄλλοσ mente suppleret substantivum γέρων. Quem hominem nimis acutum Philadelphus, qui Philetae Zenodotique fuit discipulus, ludibrio habuit ὡσ ἀπροσδιονύσουσ λύσεισ πραγματευόμενον[c]. At nihilo graviorem quaestionem ipse rex *Euergetes Secundus* coniectura expedire est conatus; nam cum violas apio intermixtas poeta commemorasset in prato irriguo florentes[d], rex intempestive doctus una litterula addita violis substituit σίον herbam palustrem, ἴον enim in apii vicinia crescere non potuisse[e]. Multa huiusmodi problemata servavit *Plutarchus*[f], multa saeculo sequenti collegit *Porphyrius*, e cuius opere in scholia sunt recepta[g].

Sanae mentis hominibus inepta videbantur talia si ioci causa proferebantur, si vero serio, absurda. Penitus haec studia contemnens *Tiberius* princeps Romanus grammaticos quaestionibus ridiculis saepe est expertus[h], et *Hadrianus* quaestiones ab ipso in museo Alexandrino professoribus propositas quam serio dissolverit[i] facile nobis fingimus, cum praesertim Homeri carmina Hadrianus vilipenderit[j]; vix autem est quod indignemur parum ei placuisse poëtam ita explicatum[k], neque mirum potest videri multis despicatui fuisse περίεργα γένη, ῥιζώρυχα μούσησ ἀλλοτρίησ[l], quibus Ilias esset λίμου φάρμακον[m]. Etiam Vergilii, Homeri Romani, carmina inutilibus quaestiunculis sunt obruta, et eruditus is demum quibusdam videbatur qui „forte rogatus, dum petit „aut Thermas aut Phoebi balnea", dicere posset annos Acestae vel nutricem Anchisae vel nomen patriamque novercae Anchemoli[n].

Numquam tamen defuere qui tenerent id quod artis suae principium fecerunt Eratosthenes et Aristarchus: poetas epicos non ut *docerent* homines carmina condidisse, sed ut eos *delectarent*, et ex ipso potissimum Homero Homerum esse interpretandum.

---

a Procl. ad Hes. Op. 97, Lehrs l.l. 200. *b* Δ 636 sq. *c* Athen. 493 *d*. *d* ε 72. *e* Athen. 61 *c*. *f* In Quaestionibus Convivalibus; de adverbio κακῶσ Α 25 idem Mor. 19 *b*, Lehrs Aristarch² 213 sq. *g* Ex gr. ad Ξ 216 Χ 38, 406, Lehrs l.l. 199. *h* Suet. Tib. 70. *i* Spartian. Hadrian. 20. *j* Antimachum videlicet Colophonium ei praeferebat, Dion. Cass. LXIX 4. Cf. Quinctil. X 1 § 53. *k* Idem dictum esto de *Parthenio* illo, qui πηλὸν Ὀδύσσειαν καὶ βάτον Ἰλιάδα dixit, Anthol. Jacobs III 12. *Philippus* autem poeta epigr. 43 sq. risit Ζηνοδότου σκύλακασ, συνδεσμοὺσ captantes, de vocularum μιν et σφιν discrimine disputantes, — utinam recte semper de iis disputassent, § 92! — εἰ κύνασ εἶχε Κύκλωψ inquirentes propter Eur. Cycl. 130. Multo minus in hanc partem peccarunt Aristarchei, haud quaquam digni qui ab Herodico Crateteo sic compellarentur: φεύγετ' Ἀρισταρχεῖοι ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσησ κτλ., Athen. 222 *a*. *l* Antiphan. epigr. 5 Anthol. Jacobs II 189. *m* Lucian. epigr. ibid. III 23. *n* Iuvenal. VII 229 sqq.

Sed ne aurei huius praecepti parum memores videamur ipsi, finis disputandi est faciendus. Carminum epicorum quanta fuerit vis et auctoritas in efformandis ingeniis Romanorum[a]; quantum viguerint saeculis recentioribus ad nostrum ipsorum usque tempus[b]; qui poetae quam feliciter inter Graecos aliisque in gentibus priscum vatem aemulati et imitati fuerint; qui viri eruditi eius carmina emendatius edere, interpretari, doctrinae luce undique petita illustrare conati fuerint, — haec omnia licet dignissima sint quae data opera exponantur, a nobis praetermitti nunc oportet. Laudibus autem carmina Homeri hoc loco efferre, nae *μόχθοσ περισσὸσ* hic foret *κουφόνουσ τ' εὐηθία*. Nam liber noster licet iuniorum praesertim philologorum destinatus sit manibus, non tironibus tamen est scriptus. Non eo utetur nisi qui diutius in vetustis illis carminibus fuerit versatus; quae qui cognoscit, fieri non potest quin simul amare et admirari discat.

---

a J. Tolkiehn de Homeri auctoritate in cotidiana Romanorum vita, Leipzig 1896, Suppl. XXIII Annal. Philol. *b* G. Finsler Homer in der Neuzeit 1912.

I.

DE METRO.

§ 1. Carmina constant e certis ordinibus syllabarum, quarum nonnullae, paribus intervallis disiunctae, maiore vocis contentione proferuntur. *Ictum* habere hae dicuntur; inter quas singulae binaeve syllabae solent intercedere fusca magis voce pronuntiatae.

Quae ictu percutiuntur syllabae, *in arsi* positae esse dici solent, quae ictu carent, *in thesi*. Nempe pristinam vim voces arsis et thesis amiserunt. Nam Graeci metrici in *pedes* vel in *passus* sive *dipodias* dirimebant carmina, cantum saltationi cognatum esse sic indicantes; pedes autem quoniam modo solo imponuntur, modo tolluntur, singulos pedes metricos in thesin et arsin sive *τὸν κάτω χρόνον* et *τὸν ἄνω* dividebant. Ictu igitur insignitas syllabas, quae canentis pedem solum ferientem comitantur, in thesi esse dicebant, in arsi autem syllabas quae proferuntur dum pes tollitur humo. Romani vero metrici ad *vocem* modo altius sublatam modo demissiorem nomina arsin et thesin perperam referendo rem perturbarunt. Sed quoniam verba valent usu, satius videtur eos sequi quam ad veram nominum significationem redire.

Similitudo syllabarum versus vicinos claudentium, quae in poesi hodierna ita regnat ut iusta carmina sine homoeoteleutis fieri posse vix videantur, a prisca arte fuit aliena, et si qua in veterum operibus deprehenduntur exempla, non studio poetarum debentur [a], sed caecae forti ipsiusve linguae indoli, coniecturis autem copia sonorum vicinorum

---

a Aliter est statuendum de *paronomasia*. Quod aurium lenocinium veteres non spreverunt: quid enim? Quapropter in versu ϱ 221: *πολλῇσι φλιῇσι παραστὰσ φλίψεται ὤμουσ* lectio altera *θλίψεται* reicienda videtur, quoniam sic perit annominatio. Cavendum tamen hic quoque ne specie decepti longius abripiamur. An consulto — ut hoc exemplo utamur — quater repetitum videtur *π* initiale in versu *Γ* 50: *πατρί τε σῶι μέγα πῆμα πόληΐ τε παντί τε δήμωι*? Immo casui tribuenda sunt talia!

inter se similium non est augenda[a]. Nam ibi potissimum in carminibus epicis — ut de his solis fiat sermo — auditur parechesis, ubi vitari vix aut ne vix quidem poterat, quia nominum inter se sociatorum syllabas finales concinere iubebat lingua; ex. gr.:

ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι[b].
ἐκ γὰρ Ὀρέσταο τίσισ ἔσσεται Ἀτρεΐδαο[c].
Ἀργὼ πᾶσι μέλουσα παρ' Αἰήταο πλέουσα[d].

Artis reconditioris eiusmodi homoeoteleutis nihil videtur inesse[e].

§ 2. Ars poetica apud Graecos cuiusmodi rudimenta habuerit nescimus. Vero est simile metra simplicia pridem esse usurpata, carmina popularia talibus fere numeris adstricta fuisse quales fuerunt versuum Saturniorum in lingua Latina; sed demonstrari id nequit, quoniam ex artis illa infantia nihil aetatem tulit. Ultra Homeri carmina recedere non iam licet, haec autem a poeseos incunabulis longo temporis intervallo distare cum alia testantur tum numerorum tersa et multiformis elegantia.

Misso igitur vetustissimo illo aevo, cuius nulla ad nos propagata est memoria, ipsa carmina epica consideremus. Composita sunt e versibus qui senis ictibus sunt distincti et *hexametri* ideo solent vocari.

Non omnium ictuum eadem fuit vis. Primus, tertius, quartus, sextus maiore vocis acumine sunt indicati quam secundus et quintus. Quartus a tertio non solum thesi interiecta est separatus, sed et *caesura* versum heroicum in duas partes dirimenti.

Singuli pedes, ex quibus versus heroicus constat, ita sunt conformati ut syllabam ictu insignem aut una longa excipiat aut duae breves, *spondeum* aut *dactylum* coniunctim efficientes[f]. Breves autem syllabas unam moram implere, longas duarum esse morarum, e quatuor igitur moris constare singulos dactylos et spondeos, vulgata est metricorum doctrina. Non ab omni tamen parte haec sunt vera; nam vocula *τε* citius profertur quam prima syllaba nominis *Ἀφροδίτησ*, licet brevis habeatur utraque; maius temporis spatium sibi poscit syllaba initialis substantivi *πρῆξισ* vel comparativi *λῶιστοσ* vel infinitivi *χραισμῆσαι* quam

---

a Ex. gr.: *χόλοσ δέ μιν ἄγριοσ ἄγρη* Fick Odyssee 20 Il. 372; „das alte Epos gebraucht „nur *πᾶμα, πᾶσισ*..., wie durch die anreime in *πάματα πολλά, πάματα πάντα* und *πάματα* „*πᾶσιν ὅπασσε* bestätigt wird" Il. 387; „der reim erscheint bei Homer 1. zwischen dem „ersten und dem vierten fusse: *φράζεο Τυδεΐδα καὶ χάζεο*, 2. zwischen dem dritten und dem „sechsten: *ἔνσπετε νῦν μοι, Μοῖσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχοισαι* (häufigste form), 3. zwischen dem „zweiten und vierten fusse wie *ι* 450 *μάκρα βίβαισ, πρᾶτοσ δὲ ῥόαισ ποτάμων ἀπικάννεισ*" Il. 83, 534 sq., Bekker Hom. Blätter 185 sqq. *b* *Β* 484. *c* *α* 40. *d* *μ* 70.

e Lehrs Arist.[2] 454 sqq. *f* Ne nova moliendo rem obscuremus magis quam illustremus, eos quoque versuum heroicorum pedes, qui e tribus brevibus syllabis constant (◡́◡◡), pag. 43 *a*, vocabimus dactylos, morem solitum secuti.

vocum ηώσ, εἶτα, ἐστίν, ἀδμήσ, longae tamen omnes habentur sine discrimine. Quae de mensura syllabarum observatio cum in universum valet, tum in epicis praesertim carminibus haud exigui est momenti. In his enim multae syllabae breves in arsi collocatae inveniuntur[a], ita ut aut *tres* tantum moras habeat pes, aut tres illae breves syllabae ita sint protrahendae ut coniunctim quatuor morarum expleant spatium. Multae autem vocales, quae ne unam quidem moram explebant totam, extra versuum numeros sunt collocatae et sensim oblitteratae, iamque in scripto carminum textu non comparentes *syncopen*[b] vel *elisionem*[c] vel *aphaeresin*[d] perpessae esse dicuntur. Multae denique syllabae, quae brevibus quidem longiores erant, sed ad longarum syllabarum iustam mensuram vix perveniebant, pro poetarum arbitrio modo longae modo breves sunt habitae[e].

Sed intricatiores has quaestiones si mittimus, Homericus versus dici potest constare e syllabis longis et brevibus. Thesis aut duabus brevibus efficitur aut una longa; arseos syllaba longa esse solet, haud raro tamen brevis est. Sextus pes e duabus semper constat syllabis, quarum posterior longa aut brevis est[f].

In alternandis autem pedibus trisyllabis et disyllabis poetae epici magna libertate sunt usi, iis solis legibus obedientes quas metri ferebat indoles auresve suadebant exercitatae. Modo igitur quinos dactylos continuarunt, ex. gr.:

εἴα' ἐπὶ σχεδίησ ἀδινὰ στενάχοντα φέρεσθαι.
τὸν μὲν ἔπειτα θύελλα διεσκέδασ'· αὐτὰρ ἐγώ γε
νηχόμενοσ τόδε λαῖτμα διέτμαγον, ὄφρα με γαίηι
ὑμετέρηι ἐπέλασσε φέρων ἄνεμόσ τε καὶ ὕδωρ[g],

modo unum, duos, tres, quatuor adeo spondeos in singulos versus admiserunt.

Quinque in unum hexametrum spondeos recipi vetabat aurium iudicium. In textu quidem carminum epicorum aliquot leguntur versus e longis syllabis constantes solis, quales στίχουσ ὁλοσπονδείουσ sive ἰσοχρόνουσ prisci critici non improbarunt[h] et Romanorum poetae vetustiores, Graecis exemplis decepti, in sua carmina plus semel admiserunt. Exemplo sit Ennii hic versus:

olli respondit rex Albaï longaï

vel Catulli:

qui te lenirem nobis, neu conarere[i].

---

a § 19—22. *b* § 12. *c* § 13. *d* § 130. *e* § 14, 18, 25, 35—38, Westphal allgem. gr. Metrik 283, vChrist Metrik² § 10 sqq., vHartel Hom. Studien I 408 sqq. *f* *Trochaeum* (–◡) vocabant metrici veteres. *g* η 274 sqq., item Ψ 166—170 al. *h* vChrist Metrik² 194. *i* Catull. CXVI 3.

Sed re accuratius explorata apparet priscis illis versibus, qui *δωδεκασύλλαβοι* esse videntur, singulos certe dactylos inesse[a]. Sunt enim hi[b]:

θώρηκασ ῥῆξαι δήιων ἀμφὶ στήθεσσι.
Ἀτρείδησ· τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου 'γουναζέσθην·
ψυχὴν κικλήισκων Πατροκλῆοσ δϝειλοῖο.
σίτου καὶ κρειῶν ἠδ' οἴνου βεβρίθασι.
τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιιν.
σειρὴν δὲ πλεκτὴν ἐξ αὐτοῦ πειρήναντε.
νῆσόσ τ' Αἰγίνη ναυσικλειτή τ' Εὔβοια.

Legenda autem sunt: *δηΐων*[c], *Ἀτρεΐδησ*[d], *Πατροκλέεοσ*[e], *κρεάων*[f], *ξυμβλήατο*[g], *αὐτόο*[h], *'Εὔβοια*[i].

Inter versus *ὁλοσπονδείουσ* Ptolemaeus Ascalonita hunc quoque referebat:

ἀνδρῶν λικμώντων, εὖτ' ἂν ξανθὴ Δημήτηρ[j],

sed hanc lectionem vulgatae *ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ* non esse praeferendam cum numeri docent tum particula *ἄν* parum epica[k].

In quinto pede versuum epicorum haud rarus est spondeus[l]. Quo duriores fiunt numeri, si et quarto loco spondeus est. Quamquam ne huiusmodi quidem hexametros poetae vetusti omnino spreverunt, ex. gr.:

τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχοσ καὶ Νάστησ ἡγησάσθην[m].
οὔτε ποτ' εἰσ πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι[n].
δάμνασαι ἀθανάτουσ ἠδὲ θνητοὺσ ἀνθρώπουσ[o].
ἢ κακὸσ ἢ ἀγαθόσ· Ζεὺσ δ' ἔμπησ πάντ' ἰθύνει[p].
ἐσσυμένωσ ἐπένοντο καὶ ἠντύνοντ' ἄριστον[q].

Sed non omnes hexametri, quos in tres pedes disyllabos desinentes praebet textus traditus, tales ab ipsis poetis sunt prolati. Multorum enim thesis quinta vel quarta in exemplaribus manuscriptis impleta est syllaba *contracta*, cuius soni primitivi in ipsorum poetarum lingua etiam discreti *duas* syllabas breves efficiebant; ex. gr.:

εὖτέ μιν εἰσ Ἀϝίδαο πυλάρταο προὔπεμψε[r].
χαλκοῦ τε ῥινοῦ τε βοῶν τ' εὖ ποιητάων[s].
ἀζηχὴσ ὀδύνη Ἡρακλῆοσ θείοιο[t].
πάντα τί μοι κατὰ θυμὸν ἐϝείσω μυθήσασθαι[u].

---

[a] Negavit hoc Ludwich Arist. II 314 sqq., contra Nauckium, Christium, alios disputans.

[b] *B* 544 *Λ* 130 *Ψ* 221 *ο* 334 *φ* 15 *χ* 175, 192 h. Ap. 31. [c] § 17. [d] Fortasse etiam *δίφροο*, § 76 et 59. [e] § 73, l. a. *Πατρόκλου τεθνηῶτοσ*, quod in *-κλοο* mutandum foret, § 59. [f] Fortasse et (*ϝ*)*οἴνοο*, § 72 et 59. [g] Fortasse etiam *ἐνί*, § 150^{18} et 315^{5}. [h] § 59. [i] Fortasse etiam *-κλεϊτή*, § 7. [j] *E* 500. [k] § 326.

[l] 1 : 18, vChrist Metrik² § 200 et Proleg. Il. pag. 117 sqq., Ludwich de Hexametris spondiacis et Arist. II 301 sqq. [m] *B* 870. [n] *Λ* 226. [o] *Ξ* 199. Similia sunt *Σ* 404 al.; in quibus locutionibus olim fortasse fuit *μέροπασ ἀνθρώπουσ, μερόπων ἀνθρώπων*, ut *Σ* 288 *Λ* 250 al. et l. a. Hes. Oper. 123, 253. [p] *P* 632. [q] *Ω* 124. [r] *Θ* 367.
[s] *Π* 636. [t] *Ο* 25. [u] *Ι* 645.

μήτηρ δ' οὔ με φίλη πρίν γ' εἴα θωρήσσεσθαι[a].
φευγέμεναι· τοὶ δ' αἶψα διώκειν ὡρμήθησαν[b].
Μούλιον αἰχμητήν· γαμβρὸσ δ' ἦν Αὐγείαο[c].

Quae *προέπεμψε*[d], *ἐΰ*[e], *Ἡρακλέεοσ*[f], *ἐϝείσαο*[g], *εἴαε*[h], *διωκέμεν'*[i], *ἔεν*[j] sunt proferenda. Idem fortasse cadit in hemistichia sequentia:

καί χαλκοῦ (*χαλκόο*?) *νηησάσθω*[k].
ἐῢ ξεστὰσ 'λούσαντο (*'λοέσαντο*?)[l].
'Οδυσσῆοσ θείοιο (*θεΐοιο*?)[m].
κούρησ τηλεκλειτοῖο (*-κλεΐτοιο*?)[n].

Item in alios versus his similes[o].

Graviore vitio corruptum esse Hesiodi hunc versum:

γουνοῖσιν κατένασσε Νεμείησ, πῆμ' ἀνθρώποισ[p]

testantur terminus parum epicus *-οισ*[q] et prisca clausula: *πῆμα βροτοῖσι*[r]

Dubium autem esse nequit quin verbum versus, qui in exemplaribus antiquissimis et optimis sic est traditus:

οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμασεν ἀρητῆρα[s],

perperam *ἠτίμησ'* — vel etiam deterius *ἠτίμησεν* — scriptum sit in recentioribus.

Versus spondaici plerique excurrunt in vocem *tetrasyllabam*, ut versus modo allatus in *ἀρητῆρα*, pauci in *trisyllabam*, ex gr.:

τῶι δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων[t],

paucissimi in *monosyllabam*[u], ex. gr.:

ὧσ ποτέ τισ ϝερέει· τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών[v],

nullus in *disyllabam*. Qui videntur, ita comparati sunt tantum non omnes ut dactylus in pede quinto restitui possit et debeat[w]. Ecce enim horum versuum dipodia finalis:

'Ηῶ δῖαν leg. *'Ηόα*[x].
ϝιδρῶ πολλόν leg. *ϝιδρόα*[y].
αἰδοῖ ϝείκων leg. *αἰδόϊ*[z].
Λητοῦσ υἱόσ -ῶι leg. *Λητόοσ*[a].

---

a *Σ* 189. b *K* 359. c *Λ* 739, item *N* 428. d § 131. e § 73. f § 73. g § 117. h § 191. i § 125. j § 302. k *I* 137, 279. l *K* 576, § 295. m *I* 218 *ε* 198 *π* 53, § 7. n *Ξ* 320, § 7. o *Γ* 340 *Z* 14 *N* 512 *Π* 647 *P* 670, 745 (l. a. *T* 403) *Y* 145 *Ψ* 65, 105, 221, 813 (l. a. *Ω* 604, 673) *φ* 113 al. p Hes. Theog. 329. q § 59. r *μ* 125 h. Ap. 306. s *A* 11. t *Λ* 250. u Versus *σπονδειάζοντεσ* illi, qui clauduntur particulis *ὧσ* (*B* 764 *Γ* 2 *Δ* 482 *λ* 605, § 101), *τε* (*E* 448 *ϑ* 140 al.), aliis, in vocem monosyllabam desinere non sunt dicendi, quoniam cum voce proxima hae particulae artissime cohaerent. v *Δ* 182; item *H* 238 *Θ* 150 *Λ* 741 *Π* 384 *T* 117 *Φ* 387. In versu *α* 124 Rhianus perperam scribebat *ὅττευ σε χρή* pro *ὅττεο* (*οὗ τεό*) *σε χρή*. w P. Knight Proleg. 47 et 96, Gerhard Lect. Apoll. 143. x *ι* 151 al.; similia *Θ* 565 Hes. Op. 574, § 77. *Σ* 255 *μὴ μίμνειν 'Ηῶ δῖαν* leg. *μὴ μιμνέμεν' 'Ηόα δῖαν*, § 125. y *K* 574, § 77. z *K* 238, § 77. a Hes. Clip. 202 fr. 87, § 72.

εὖ ϝειδώσ leg. *ἐῢ* [a].
Πατρόκλεισ ἱππεῦ leg. *Πατρόκλεεσ* [b].
'κνῇ τυρόν leg. *'κνέε* [c].
εἴασ' Ἕκτωρ leg. *εἴαεν* [d].
δήμου φῆμισ leg. *δήμοο* [e].
ἦν ἄλσοσ leg. *ἔεν* [f].
Πείρεω vel *Πείρεωσ υἱόν* leg. *Πειρόου* [g].
τιμῆσ ἐστι leg. *τίμιοσ* [h].
νηλιτεῖσ εἰσι recte l. a. *νηλ(ε)ίτιδεσ* [i].

In inscriptionibus quidem leguntur huiuscemodi versus:
ὃσ ἔσωσεν Ἀθηναίων τρεῖσ φυλάσ [j].
ἐπὶ γούνασι πατρὸσ μάρψασ [k].
ἐκ Βοσπόρου ἦλθεν κάμνων [l].

Sed nihil talia [m] probant nisi aures non fuisse iis qui ligneos versus composuerunt aut e bonis aliorum versibus fecerunt; nam in quadratariorum exemplis scripta fuerunt: *μάρψασ ἐπὶ γούνασι πατρόσ* et: *ἐκ Βοσπόρου ἤλυθε κάμνων* [n]. Quapropter versum, qui Antimacho Colophonio tribuitur:
Ἴδεώ θ' ὃσ κάρτιστοσ ἐπιχθονίων ἦν ἀνδρῶν [o]
revera talem ab eo prolatum esse, creditu est difficile, quoniam aut *ἔεν* poterat dicere aut *'γένετ'*, quod extat in Homeri versu quem repetebat [p]; fides autem habenda non videtur Lycophroni perhibenti Antimachum *consulto* sic mutasse prisci poetae versum, „*ὡσ διὰ ταύτησ τῆσ μετα-„θέσεωσ ἐστηριγμένου τοῦ στίχου*".

Quicquid id est, — non enim quid Antimacho aliisve inter posteros placuerit nunc rogamus, sed quid Homero, — dactylus postquam restitutus est in pede paenultimo versuum modo allatorum, has solas poesis vetusta habet clausulas spondaicas in vocem disyllabam desinentes: *κρῖ λευκόν* [q], *λὶσ πέτρη* [r], *σχεῖν θυμόν* [s], *ἄμφω κοίλησ* [t]. Quarum ultimae duae aut non debentur poetae vetusto aut non tales primitus sunt prolatae, *κρῖ λευκόν* autem et *λὶσ πέτρη* singulorum vocabulorum habebantur instar [u]. Idem dicendum est de locutione *οὐδ' ἠ βαιόν* vel *-αί* [v].

§ 3. Non nisi mensurae syllabarum habita ratione, schema hexametri hoc est:

---

a *B* 718 al., § 75. *b* *Π* 20 al., § 73. *c* *Λ* 639, § 195. *d* *K* 299; codd. plerique *εἴασεν* vitio manifesto. *e* *ξ* 239, § 59. *f* *ρ* 208, § 302. *g* *Y* 484, § 62, 8, 76. *h* *κ* 38, § 69. *i* *π* 317 *τ* 498 *χ* 418, § 73. *j* Anni 394 a. Chr., Kaibel Epigr. 26[5]. *k* Ibid. 89. *l* Epidaur. 3342[62]. *m* E sera poesi exempla congessit Hilberg Silbenwägung 14 sqq. *n* Sic in Eresione carmine vetusto perperam *κυρβαίη δ' αἰεὶ κατὰ καρδόπου ἕρποι μᾶζα* est traditum pro *μᾶζα δὲ κυρβαίη αἰεὶ κατὰ καρδόπου ἕρποι*. *o* Antimachi fr. 34 Duebn. *p* *I* 558. *q* 604 h. Cer. 453, § 84. *r* *μ* 64. *s* H. Cer. 204. *t* Cypr. fr. 9[5]. *u* Penitus igitur concreverant; uno autem accentu ornatae fuisse videntur, ut *zoethoút*, *Schwárzbrot*, similia. *v* *B* 380 al.; *οὐδ' ἠβαιόν* (*-αί*) scribendum non videtur.

$\acute{-}\smile\smile\ \ -\smile\smile\ \ -\smile\smile\ \ -\smile\smile\ \ -\smile\smile\ \ -\smile$[a],

ex. gr.:

ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο[b].

Sed huiusmodi ordines syllabarum vix unquam percipiebantur auribus; nam in tantum non omnibus versibus epicis fiebat *incisio*. Quapropter versus heroicus melius sic indicatur:

$\acute{\acute{-}}\smile\smile \mid \acute{-}\smile\smile\ \acute{\acute{-}}\smile \parallel \smile\ \acute{\acute{-}}\smile\smile \mid \acute{-}\smile\smile\ \acute{\acute{-}}\smile.$

In quo schemate duplex lineola caesurae est signum. Praeterea lineola simplici post pedes primum et quartum indicata est *pausa* saepe illic obtinens, *ictuum* autem maior minorve vis accentu duplici vel simplici est significata.

Hexameter natus est coniunctis duobus tripudiis:

$\underline{\smile}\ \acute{\acute{-}}\smile\smile\ \acute{-}\smile\smile\ \acute{\acute{-}}\smile$

$\underline{\smile}\ \acute{\acute{-}}\smile\smile\ \acute{-}\smile\smile\ \acute{\acute{-}}\smile$[c].

Quod metrum et olim inter Graecos frequens et in posterioris aevi poesi pervulgatum a rei metricae praeceptoribus *paroemiacum* est dictum, quia multae *παροιμίαι* sive dicteria illo metro sunt enuntiata[d], ex. gr.:

φιλεῖ δὲ νότοσ μετὰ πάχνην.
παθὼν δέ τε νήπιοσ ἔγνω[e].
καὶ κόρκυροσ ἐν λαχάνοισι.
ἄλλοι ’κάμον, ἄλλοι ὄναντο.

Aliquoties autem iteratos hos numeros praebet hoc carmen:

ἄγετ’ ὦ Σπάρτασ εὐάνδρου
κοῦροι πατέρων πολιηtᾶν,
λαιᾶι μὲν ἴτυν προβάλεσθε,
δόρυ δεξιτερᾶι δ’ εὐτόλμωσ,
μὴ φειδόμενοι τᾶσ ζωᾶσ.
οὐ γὰρ πάτριον τᾶι Σπάρται[f].

---

a Negleguntur nunc pedes tribreves ($\acute{\smile}\smile\smile$), pag. 42 *f*. *b* *A* 53; similia *Γ* 205, 220 *K* 453 *Σ* 191 *δ* 544. *c* Bergk über das älteste Versmass der Griechen 1854 (= kl. philol. Schr. II 392 sqq.), Usener altgriech. Versbau 1887, 64 sqq., T. Allen, über den Ursprung des hom. Versmasses, K. Zschr. 1879, 556 sqq., H. Draheim N. Jahrb. f. kl. Philol. 1897, 657 sqq., C. Hoerenz Jahresber. Berl. 1901. *d* Hephaestion de Metris 8. Etiam epicis et iambicis versibus multa sensim proverbia sunt inclusa; quapropter fuere qui metri paroemiaci nomen ad vocem *οἶμον iter* (Marschrhythmus, Rossbach-Westphal) vel ad vocem *οἴμην canticum* (Liedweise, vChrist) referrent; sed praepositionis *παρα-* vis sic non apparet. Ab una sane eademque stirpe (*i* § 308) ducta sunt *οἶμοσ, οἴμη, παροιμιακόσ*, et *carminis* sive *narrationis curriculum* significatum est voce *οἶμοσ* h. Merc. 451, voce *οἴμη* *θ* 74, 481 *χ* 347; *προοίμιον* igitur Thucyd. III 104 al. est *id quod ipsum carmen anteit*, et *παροίμιον* si extaret, significaret aliquid quod *carmina comitaretur* sive *carminibus iuxta procederet*. At non extat; quae vero extat vox *παροιμία* sive *proverbium*, huius origo quidem obscurior, at certa potestas. Ab hac igitur repetenda sunt adiectivum *παροιμιακόσ* et verbum *παροιμιάζειν*. Quae haud vetusta videntur. *e* Hes. Op. 218, item *P* 32 *Y* 198 *ῥεχθὲν δέ τε ν. ἔ.* *f* Tyrt. fr. 15 Bergk. Alia collegit Usener l.l. 44 sqq.; quod vero e scholiis

In fronte igitur hexametri suppressa est syllaba ictu carens, unde prisci versiculi ordiebantur. Etiam *finali* autem syllaba abiecta hi versiculi coierunt in *pentametros*.

Reliquias quasdam tripudiorum primitivorum in carminibus epicis repperisse sibi visus est Usener[a], ex. gr.:

ἀλλ' ἄγε νῆα μέλαιναν || ϝερύσσομεν εἰσ ἅλα δῖαν[b].
ἐκ δ' ἑκατόμβην 'βῆσαν || ϝεκηβόλωι Ἀπόλλωνι[c].
πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, || τοὶ Ϝιλίωι ἐγγεγάασι[d].
ὀχθήσασ δ' ἄρ' ἔϝειπε || πρὸσ ϝὸν μεγαλήτορα θυμόν[e].

Sed ab Iliadis Odysseaeve poeta hos similesve versus e carminibus antiquioribus desumtos esse credibile non videtur, ipsius autem Homeri arti metrica haec licentia parum congruebat. Primitus quidem — diu ante Homerum — et talia potuisse dici et in fronte hexametri exuperare potuisse syllabam eam ictu carentem, quae postea constanter est suppressa, veri est simillimum, hanc autem rem effecisse ut in carminibus epicis augmentum syllabicum hoc hexametri loco saepius quam aliis neglegeretur[f] et novae quorundam vocabulorum formae nascerentur, quibus et Homerus postea est usus, ex. gr. *πλοχμόσ*, *πρόχνυ*, *γλακτοφάγοσ*, *τίπτε*, *κενϝόσ* sive *κεινόσ*[g]. Sed diu ante, quam carmina quae ad nos pervenerunt composita sunt, penitus concreverunt bini illi versiculi, quorum iunctura versum heroicum effecit. Quorum carminum versus quin solidi integrique sint nemo, qui quidem aurium iudicio aliquid valeat, dubitare potest. Magna in iis est numerorum libertas et mobilitas, at certis legibus temperata; in incisionum autem varietate agnoscitur ars matura poetarum multo usu exercitatorum. Haec demum varietas numeros hexametros narrationibus et orationibus aptos reddidit, haec aptos verbis pingendo, aptos disputando; aptos precibus, aptos iratorum minis, aptos clamoribus desperantium, et vel anhelorum verbis intercisis aptos[h]. Prisci illi ternorum ictuum versiculi saepius iterati aures fatigabant tinnitu molesto, centies autem et millies repetitum illud ◡◡́ ◡◡ ◡́ ◡◡ ◡́◡ quis tulisset! Nauseam movissent carmina prolixiora eiusmodi metro composita. Quae ut potuissent placere, in strophas distribuendi fuissent versiculi aliave ratione in numeros nimis simplices atque aequabiles introducendum fuisset id quod artis metricae est principium: varietas legibus adstricta; et vel sic tenuiores exilioresque evasissent tripedes

---

ad Σ 570 carmen efficiebat Bergk: *ὦ Αἶνε, πᾶσι θεοῖσι | τετιμένε, σοὶ γὰρ ἔδωκαν | πρώτωι μέλοσ ἀνθρώποισι | φωναῖσ λιγυραῖσ ἀεῖσαι· | Φοῖβοσ δὲ κότωι σ' ἀναιρεῖ, | Μοῦσαι δέ σε θρηνέουσι* (carm. pop. 2), errori debetur, nam *hexametris* compositum fuisse docet schol. V. Non admodum autem est antiquum, neque inest *Lini* nomen proprium, Maass Herm. XXIII 303 sqq., vWilamowitz Herakles II 120. *a* L. l. 175 sqq. *b* *Α* 141, item *Ρ* 635, 713 *δ* 577 *θ* 34 *κ* 403 *λ* 2 *π* 348 *ρ* 479 *τ* 481. *c* *Α* 438, item *Α* 21, 294 *Ρ* 333. *d* *Ζ* 493, item *Ρ* 145 *Ε* 204 *ξ* 238 *ρ* 104. *e* *Α* 403 al. *f* § 130. *g* § 12. *h* Σ 18—21.

illi versiculi quam quibus conderetur carmen paulo maioris ambitus. Nulla vero eiusmodi artificia requirebat versus epicus, solus sibi sufficiens, quia in se ipse habebat varietatem illam, qua sine ars consistere nequit. Dactylicis numeris incipiebat; at intercedebat caesura: anapaestico exinde tenore decurrebat. Lento gressu exorsus mox laetius exultans ad exitum properabat. Inter severiores sonos dactylorum et anapaestos hilariores alternans captabat aures, nunquam obtundebat, ita ut audientes vati libenter, ut Menelao Telemachus, dicerent:

καί κ' εἰσ ἐνιαυτὸν ἐγὼ παρὰ σοί γ' ἀνεχοίμην
ἥμενοσ!

Eadem arte exquisita, quae Graecorum ingenium ad Musas colendas natum luculentissime testatur, *scenicus* postea versus est effictus, ornatus, variis consiliis adaptatus. Iambi sumantur seni et medii hi syllabarum ordines dirimantur pausa: habebimus versuum genus illud, quo patres nostri impense sunt delectati et Francogalli etiam nunc praesertim utuntur; quod metrum ne taedium pariat, versibus acatalectis interseruntur hypercatalectici, et homoeoteleutis varietati quantum satis est consulitur; et tamen versus efficiuntur ut canori et graves, sic minus molles atque mobiles. At *caesura* in dispares duas partes dividantur iambi seni — et oritur nobilis ille et grandisonus Graecorum trimeter, qui nulla praeterea requirebat aurium lenocinia, arte Aeschyli Sophoclisque condignus, idem tam flexibilis ut quotidiano vulgarium hominum sermoni aptissimum praestiterint Aristophanes et Menander.

Caesura, ut nomen indicat, *dissecabatur* pes aliqui versus; quod nisi in fine vocum fieri non potuisse per se intellegitur. Nulla igitur erat caesura post procliticas, nulla ante encliticas aliasve voculas quae sententiam ordiri non poterant[a].

Etiam in *fine* pedum quorundam saepe requiescebat vox canentis; qualis versuum incisio a metricis Graecis apto nomine dicta est *diaeresis* sive *pausa*[b].

Primitiva versus heroici caesura fuit illic ubi versiculorum in hexametrum coniunctorum alter alterum contingebat, post tertii igitur pedis brevem syllabam priorem[c]. Ex. gr. Odyssea sic incipit:

ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, || πολύτροπον, ὃσ μάλα πολλὰ κτέ.

In Homeri autem carminibus haec incidendi ratio, quae *κατὰ τρίτον τροχαῖον* sive *feminina* est vocata, non unica quidem est, sed

---

a *γάρ, δέ, ἄρα*, al. *b* Utramque dividendi rationem nomine caesurae designabat vChrist Metrik[2] 123, quasi vix quicquam interesset. *c* Versus heroicus *βαίνεται ἐν μὲν τῶι δεξιῶι ἐννέα συλλαβαῖσ, ἐν δὲ τῶι ἀριστερῶι ὀκτώ* Aristot. Metaph. 1093 *a* sive *ante caesuram habet octo syllabas, post caesuram novem*; a sinistro enim pede homines incedendi initium facere solent.

ceteris crebrior[a]. Qua in re Graecis hexametris dissimiles fuere Latini[b].

Etiam post *arsin* pedis tertii incidi poterant versus epici, quae *masculina* sive πενθημιμερής vocata est caesura. Priusne obliti sunt homines hexametrum e duobus versiculis brevioribus coaluisse quam haec caesura usu venit? An prioris versiculi non initialis tantum syllaba sed et finalis aliquando potuit supprimi, ut postea factum est in pentametris elegiacis? Quicquid id est, in carminibus epicis rarior quidem est caesura masculina quam feminina, minime tamen rara[c]. Exemplo sit Odysseae versus secundus:

'πλάγχθη ἐπεὶ Τροίησ || ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.

Frequentissima praeterea in versibus heroicis est *pausa post quartum dactylum*, quae nomine minus apto *diaeresis bucolica* vocata est ideo quod aevo Ptolemaeorum illam pausam singulari studio appetivere poetae bucolici[d]. Diu ante illos poetae epici enuntiata permulta hac versuum sede inciderunt, dactylo potissimum tunc in quarto pede usi[e], ex. gr. in Odysseae qui iam allatus est versu initiali:

ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, | ὃσ μάλα πολλὰ κτἑ.

Ipsa saepe narratio hac hexametri sede constitit, ita ut a pede quinto nova pericope ordiretur; ex. gr.:

ἣ δ' ἀϝέκουσ' ἅμα τοῖσι γυνὴ 'κίεν. — | αὐτὰρ Ἀχιλλεὺσ κτἑ.[f]
τήν ῥα βίηι ἀϝέκοντα ἀπέϝραον. — | αὐτὰρ 'Οδυσσεὺσ κτἑ.[g]
δησάμενοσ δ' ὑπὸ ποσσὶ πόλινδ' ἴεν. — | οὐδ' ἄρ' Ἀθήνην κτἑ.[h]

Etiam *post quartum spondeum* incidi poterat hexameter; ex. gr.:

ὣσ τῶν πᾶσ' ἀγορὴ 'κινήθη | τοὶ δ' ἀλαλητῶι κτἑ.[i]
ἣ νῦν ἡμέτερον δόμον ἵκει· | τῶι με μάλα χρὴ κτἑ.[j]
ὄφρα φέροι νῆάσ τε καὶ αὐτούσ. | οὐδ' ἄρ' ἔμελλε κτἑ.[k]
ϝιέμενοσ ποταμοῖο ῥοάων. | ἔνθα δὲ πολλαὶ κτἑ.[l]

---

a Ex. gr. undecies deinceps haec caesura facta est *B* 400 sqq. *b* Hoffmann Quaest. Hom. I 12 sqq., vChrist Metrik² § 213, Ludwich Arist. II 326 not., Usener l. l. 15 sq., F. G. Tisdall Origin and development of the heroic hexameter, New York 1889, qui docuit hexametrorum 1000 habere caesuram

femininam	in Iliade 545,	in Odyssea 580,	in Aeneide 106
masculinam ante ⏑⏑	„ „ 287,	„ „ 261,	„ „ 256
„ „ –	„ „ 150,	„ „ 158,	„ „ 591.

Spondeus igitur ab Homero multo rarius, a Vergilio etiam frequentius quam dactylus in pedem tertium est receptus. Hom.: Verg. = 1 : 10. *c* Masc.: Fem. = 4 : 5. Ex. gr. *Ξ* 10 sqq. quinque deinceps versus post arsin tertiam incisi et interpunctione diremti sunt. *d* „Versus dactylicus dicitur bucolicus si duobus postremis pedibus recisis „remanet tetrameter qui clauditur dactylo terminante partem orationis" Valckenaer Epist. ad Roeverum 15. *e* Negabat hoc la Roche Wiener Studien 1896, 165—179, re non satis perspecta; nam etiam post praepositionem *ἐν* vel post particulam *καί* diaeresin bucolicam fieri potuisse autumabat, ex. gr. *Θ* 346 *ἀλλήλοισί τε κεκλόμενοι καὶ | πᾶσι θεοῖσι.* Pudet referre. *f* *Α* 348. *g* *Α* 430. *h* *π* 155. *i* *Β* 149. *j* *Σ* 406. *k* *κ* 26. *l* *κ* 529.

Sed multis huiusmodi versibus leve inest vitium, ex. gr.:

ἀλλ' ἄγε, διογενὲσ Πατρόκλεισ, | ἔξαγε κούρην [a].
αἶψα δ' ἄρ' Ἑρμείαν, φίλον υἱόν, | ἀντίον ηὔδα [b].
νῦν δ' ἦλθον πεδίονδ' ἀπὸ νηῶν· | ἠῶθεν γὰρ κτἑ. [c]
ὣσ ϝειπὼν τοὺσ μὲν 'λίπεν αὐτοῦ, | 'βῆ δὲ μετ' ἄλλουσ [d].

Quibus locis legenda sunt Πατρόκλεεσ [e], υἱὸν φίλον [f], πεδίονδε νεῶν ἄπο [g], αὐτόθι [h].

Alibi in quarti spondei exitu vocabuli quidem alicuius finis est, sed non ipsa sistitur oratio, numerorum igitur non fit incisio; ex. gr.:

οἵ τόθ' ὑπὸ ζυγόφιν 'λύον ἵππουσ ἡμιόνουσ τε [i].
τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπισ πότνια Ἥρη [j].
οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον [k].
ἑστάμεν' ἠδὲ μάχησ καυστείρησ ἀντιβολῆσαι [l].
κρίνασ ἐκ Λυκίησ εὐρείησ φῶτασ ἀρίστουσ [m].
οὐ γάρ σφι σταδίηι ὑσμίνηι 'μίμνε φίλον κῆρ [n].

Cuiusmodi versuum complurium pedem quartum claudit infinitivi syllaba finalis -ειν, pro qua -έμεν'(αι) rescribendum est [o], vel genitivi terminus -ου, in -οο fortasse solvendus [p].

Nunquam autem spondei quarti thesin explevit vocalis brevis in fine vocabuli collocata et positione producta [q].

Secundus pes haud saepius quam quartus voce disyllaba est expletus, quia duriora erant huiuscemodi hemistichia:

πρῆξαι δ' ἔμπησ οὔ τι δυνήσεαι [r].
ἵπποι, αὐτὸσ δὲ κρείσσων, — hoc cum vitio metrico [s].

Cuiusmodi vocibus pes *tertius* omnino non potuit expleri, caesura enim versui sic defuisset; neque *quintus*, quia στίχοι σπονδειάζοντεσ vocem disyllabam in fine non admittebant [t].

Tertius igitur hexametri pes solebat *incidi* [u], et saepe *post quartum* pedem altera facta est incisio: tria haec membra versui heroico dedit natura [v].

Multo rarior fuit caesura *post arsin pedis quarti*, et ipsa tamen iusta, quae ἑφθημιμερήσ est vocata [w]; ex. gr.:

---

a Λ 337, item Δ 823 Π 7, 49, 126, 584, 707, 754, 839 Χ 331. *b* Ω 333 ε 28. *c* Ω 401. *d* Δ 292. *e* § 73. *f* Sic l. a. *g* Ut Β 91, 208, al. *h* § 322. *i* Ω 576. *j* Α 551. *k* Β 522. *l* Δ 342 Μ 316. *m* Ζ 188. *n* Ν 713. *o* § 125. *p* § 59. Sunt fere 150. *q* I. Hilberg Silbenwägung 112, infra § 24. *r* Α 562. *s* Ψ 578, § 14, vChrist Prol. Il. 119. *t* Pag. 45 sq. *u* Paucissimi versus neque in hoc pede neque in quarto, de quo mox dicetur, sunt incisi, ex. gr. Α 53, pag. 47 *b*. *v* Hoffmann Quaest. Hom. I 17. *w* Spitzner de versu Heroico 7, Lehrs Arist.[2] 396 sqq., W. E. Heitland Journ. of Philol. 1898, 1 sqq.

Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων || περιτελλομενάων[a].
ξείνους τε στυφελιζομένους || δμῳάς τε γυναῖκας
ῥυστάζοντας ἀϝεικελίως || κατὰ δώματα καλὰ
καὶ ϝοῖνον διαφυσσόμενον || καὶ σῖτον ἔδοντας[b].

Cuiusmodi versuum multi etiam *post arsin secundam* sunt incisi, ex. gr.:

ἢ Αἴας || ἠ' Ἰδομενεὺς || ἢ δῖος Ὀδυσσεύς[c].
πρόσθε λέων, || ὄπιθεν δὲ δράκων, || μέσση δὲ χίμαιρα[d].

Sic tripartitum evasit metrum, auribus id quoque gratissimum. In cuiusmodi versibus non prima et tertia arses sed *secunda* et *quarta* maiore vocis contentione proferebantur[e].

Post quartum trochaeum poetae Graeci hexametros non incidebant[f]. Saepe quidem finem illic habuit aliquod vocabulum, sed ita ut non interrumperentur numeri[g].

Nam *ante encliticas* aliasve voculas, a quibus sententia non poterat incipi, vox non intermittebatur[h]; ex. gr.:

οὐδέ ποθι νέφος ἐστί· τέρας νύ τεῳ τόδε φαίνεις[i].
αἷμα μέλαν 'κελάρυξε. νόος γε μὲν ἔμπεδος ἦεν[j].
δακρυόεντες ἔχυντο· 'δόκησε δ' ἄρα σφίσι θυμὸς κτέ.[k].

Neque *post* voculas cum *sequenti* arte cohaerentes[l]; quarum quae ceteris est frequentior *καί*, in plus centum versibus heroicis hanc sedem obtinet, ex. gr.: *καὶ ἀϝεικέα πήρην*[m]. *καὶ ἐπήλυθον ὧραι*[n]. *καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε*[o]. *καὶ ἐπειθετο μύθῳ*[p]. Item *praepositiones*, ex. gr.: *ἀν' ὅμιλον ἀπάντηι*[q], *ἀπ' ἔολπα τοκήων*[r], *ἐν ἀγῶνι πεσόντα*[s], *ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν*[t], *ἐς ἄγυιαν ἰοῦσαι*[u], *καθ' ὅμιλον ὀπάζων*[v], *μετ' ἐμοῖς' ἑτάροισι*[w], *παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι*[x], *πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο*[y]. *ἐπ' ὄρεσφι ϝέκαστον*[z]. Item adverbium *ἄνευθε*: *ἄνευθε πόνου καὶ ἀνίης*[a].

Pronomina quoque monosyllaba haud raro in hanc sedem sunt admissa, ex. gr.: *ὁ δ' ἀλεύετ' Ὀδυσσεύς*[b]. *τὰ δ' ἔργμα φοβεῖται*[c]. *τὸν ἄριστον Ἀχαιῶν*[d]. *οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι*[e], *σὺ δ' ἀληθὲς ἐνισπε*[f]. Item *ἐγώ γε* et *ἐγὼ δέ*: *ἐγώ γε νεώτερός εἰμι*[g], *ἐγὼ δὲ δόλους τολυπεύω*[h].

---

a Hes. Op. 383. *b* π 108—110. *c* Δ 145. *d* Z 181. *e* Lehrsio l.l. 409 sq. perhibenti vocem in pede tertio semper esse cohibitam, ex. gr. post 'I- et ante δέ in versibus supra allatis, optimo iure oblocutus est vChrist Metrik² 169. *f* Quapropter Plut. Mor. 470 sqq. hanc caesuram ne commemoravit quidem. *g* Mnemos. 1890, 265—276. *h* Hoffmann Quaest. Hom. I 4 et 6. *i* υ 114. *j* Δ 813. *k* κ 415; item I 189 χ 501 h. Cer. 453. *l* Hermann Orphic. 693, Spitzner de versu Heroico 11, Hoffmann Quaest. Hom. I 25. *m* ν 437. *n* β 107 al. *o* Δ 475 al. *p* Δ 33 al. *q* H 183, 186. *r* H. Cer. 213. *s* O 428 al. *t* H 446 al.; cum anastrophe I 482. *u* Y 254. *v* E 334 al. *w* λ 78. *x* Δ 174. *y* Δ 382. *z* Ψ 130; cum anastrophe Hes. Theog. 23. a η 192. b υ 300. Sed Δ 357 ν 254 ω 426 leg. *πάλιν δ' ὅ γε 'λάζετο μῦθον* et: *μέγα ϝέργον ἀνὴρ ὅ γε 'μήσατ' Ἀχαιούς*, ibi enim sententia non *ante* sed *post* pronomen *ὅ γε* leviter est incisa. c E 140. d E 414. e E 404 al. f γ 247. g Ψ 587. h ι 137.

Nec non *adverbia* μέγ' (α), ἄμ' (α), ὄχ' (α), ex. gr.: ϝέο μέγ' ἀμείνονα φῶτα[a], δύω δ' ἄμ' ἕποντο νομῆεσ[b], ὅπωσ ὄχ' ἄριστα γένηται[c].

Praeterea commemorandae sunt hae locutiones tam firmiter cohaerentes ut solidorum vocabulorum fuerint instar[d]: Ἀρηΐ φατοὺσ κατέδουσι[e], Ἀρηΐ φίλοσ Μενέλαοσ[f], καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην[g].

In nonnullis versibus voces περ ἐών vel ἐόντα vocabulo proximo accreverunt: θοόσ vel γέρων περ ἐὼν πολεμιστήσ[h], νέκυν περ ἐόντα σαῶσαι[i].

Eiusdem generis sunt: καὶ ἐσθλὸσ ἐὼν ἀγορεύεισ[j] et: ὀλίγοσ μὲν ἔεν, λινοθώρηξ[k].

Similis fuit ratio clausularum a voculis ἐπεί κε, ἐπεί με, ἐπεί σε, ἐπεί σφι, ἐπεί ϝοι, ὡσ εἴ τε incipientium: ἐπεί κε τέκωσι τοκῆεσ[l], ἐπεί με πυρὸσ λελάχητε[m], ἐπεί σε λέοντα γυναιξὶ κτἑ.[n], ἐπεί σφι φίλοσ περὶ κῆρι[o], ἐπεί ϝοι ἀνὴρ ἀναθείη[p], ὡσ εἴ τε πατὴρ ἑϝὸν υἱόν[q].

Etiam sequentia hemistichia uno tenore sunt prolata: ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοισ[r], Τρωσίν τε καὶ Ἕκτορι δίωι[s], κεφαλήν τε καὶ εὐρέασ ὤμουσ[t], αὐτόσ τοι ἐγὼ τάδε τίσω[u], κύνασ τε σύασ τ' ἀπερύκων[v], Διόσ τε σέθεν τε ϝέκητι[w].

Nonnulli versus clauduntur vocabulo quinque syllabarum, quarum brevis est prima. Horum complures vitium non crepant; arte enim inter se cohaerent vocabula:

> Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι[x].
> ταῦρον δ' Ἀλφειῶι, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι[y].
> αὐτὰρ ὃ μοῦνοσ ἔεν μετὰ πέντε κασιγνήτηισι[z].
> πατρί τ' ἐμῶι πίσυνοσ καὶ ἐμοῖσι κασιγνήτοισι[a].
> ἄγχι μάλ', ὡσ ὅτε τίσ τε γυναικὸσ ἐϋζώνοιο[b].

Sed sincera non sunt sequentia[c]:

> ἀντιθέωι Ὀδυσηΐ δόμον κάτ' | ἀλητεύοντι leg. κάτα αἰτίζοντι?[d]
> νῦν δέ μιν ἀκλεέωσ ἅρπυιαι | ἀνηρέψαντο leg. –◡◡–◡◡–◡ ἀνηρέψαντ' ἀρέπυιαι[e].
> μὴ μνηστεύσαντεσ μηδ' ἄλλοθ' | ὁμιλήσαντεσ, spurius?[f]

---

a Β 239. b Σ 525 al. c γ 129 al. d Ut βοὴν ἀγαθόν τε Πολίτην Ω 250 et χαμαὶ ἐρχομένων τ' ἀνθρώπων Ε 442. e Τ 31 Ω 415. Duo esse vocabula apparet cum confertur epitheton κήρεσσι φορητόσ Θ 527. f Γ 21 al. g ε 272. Imitatus est Arat. Diosem. 291: καὶ ὀψὲ βοῶντε κολοιοί, Hermann Orphic. 695, Herodian. π. μον. λέξ. 26 Dind. h Ε 571 Κ 549 Ο 585; item τ 253. i Ω 35; item Ψ 306 Β 246 Τ 82 υ 274. j Π 627 ρ 381. k Β 529. l θ 554; item Λ 168 σ 150 Β 475 Φ 575 (sed praestat l. a. κυνυλαγμόν). m Ψ 76. n Φ 483; item ο 277. o Ω 423. p Fragm. parvae Iliadis. q ρ 111. r Β 250. s Ρ 719. t Γ 227, l. a. ἠδ' εὐρ. ὤ. u θ 35. v σ 105. w υ 42. x Β 479. y Λ 728. z Κ 317.

a σ 140. b Ψ 760. Nauck ἐϋζώνοιο γυναικόσ. c Facile in huiusmodi vitia incidere potuerunt posteriores; nam *non quivis videt immodulata | poëmata semper* (Hor.). Plato ex. gr. Phaedr. 241 *d*, 252 *c* hexametros ad Homeri exemplum confingens caesuram post quartum trochaeum non vitavit. d χ 291. e α 241 ξ 371; item υ 77. f δ 684.

οὐκ ἄρ' | ἔμελλον ὀνήσειν (vel ἑταίρωι) leg. ἄρα 'μέλλον[a].
ὅτι Ἴσχυσ | ἔγημε Κόρωνι leg. ὅτι Ἴσχῦσ 'γῆμε Κ.[b].
ἔνθ' ἴθυσε | μάχη πεδίοιο leg. ἔνθα μάχη 'θυῖεν π.[c].
γυναῖκα | γαμέσσεται αὐτόσ recte Ar. γε μάσσεται[d].
ὀφείλετ' | ἐν Ἤλιδι δίηι leg. ὀφείλετο Ἤλ. δ.[e].
χαλεπῶσ δέ σ' | ἔολπα τὸ ῥέξειν leg. χ. ῥέξειν σε ϝέϝολπα[f].
'λάχ' | ἐλαυνέμεν' ἵππουσ leg. 'λάχεν ἵππω ἐλαύνειν[g].
καὶ ἀνδρὶ | 'πόρον παράκοιτιν leg. ἄνδρ' (ἀνδρὶ) ἔπορον[h].
ζωέμεν ἀχνυμένουσ, αὐτοὶ δέ τ' | ἀκηδέεσ εἰσί, l. a. -νοισ, leg. -νοισιν, ἀκηδέεσ αὐτοὶ ἐόντεσ[i]?
καὶ Λῆμνον(-σ) | ἀμιχθαλόεσσαν (-σα), l. a. μιχθαλόεσσαν (-σα)[j].
Διόσ γε | διδόντοσ ἀρέσθαι leg. διδόντοσ Ζηνὸσ ἀ.?[k]
δοίουσ δ' ἄρ' | ὑπήλυθε θάμνουσ leg. δοίω δ' ἄρα θάμνω ὑπῆλθε[l].
τρὶσ | (ϝ)ἕκαστον ἀῦσαι[m].
ἐπὶ δ' οὔατ' | ἀλεῖψαι ἑταίρων leg. ἐπαλεῖψαι δ' οὔαθ' ἑ.[n].
τῆοσ δὲ | φίληι παρὰ μητρί leg. τῆοσ δ' ἔνδον π. μ.?[o]
μὴ τοῦτο | θεὸσ τελέσειε[p].
'δίδου δ' ἄρ' | ἀθύρματα θυμῶι leg. ἀθύρματα πολλὰ διδοῦσα?[q]
ἐπεὶ οὐκέτ' | ἀνεκτὰ πέλονται leg. ἐπεὶ οὐκέτι ἀνσχετὰ ϝέργα?[r]
ὄρουσεν | ἄναξ πολυδέγμων leg. ὄρουσ' Ἀϝίδησ π.[s].
ξείνη σε | πυρὶ ἔνι πολλῶι leg. ξείνη σποδιῆι ἔνι πολλῆι?[t]
ἔτικτε πνέουσαν | ἀμαιμάκετον πῦρ, versus recens[u].

Nihili autem sunt quae statuerunt grammatici recentiores[v]: caesuram post quartum trochaeum concessam fuisse 1) si etiam post arsin pedis quinti fieret caesura, 2) si praecederet vox enclitica aliudve monosyllabum, qualia sunt μέν et δέ, 3) si versus in pentesyllabum desineret, sequentem exempli gratia proferentes versum:

Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε, λιγύσ | περ | ἐὼν | ἀγορητήσ,

in quo, ut in aliis permultis, incisiones oculis indicari possunt lineolis, auribus nullae percipiuntur.

Etiam *post primum dactylum* versus heroicus poterat incidi, ex. gr.:

ὣσ 'φάτο, | Πάτροκλοσ δὲ φίλωι ἐπεπείθεθ' ἑταίρωι[w].

Sed multo minoris momenti haec fuit pausa quam quae post quartum dactylum fieri poterat[x].

---

a Ε 205 Σ 98. *b* Hes. fr. 123, § 75. *c* Ζ 2. *d* Ι 394. *e* Λ 686, 698 coll. l. a. γ 367. *f* Υ 186. *g* Ψ 357. *h* Ω 60, § 13. *i* Ω 526. *j* Ω 753 h. Ap. 36. Adiectivum ignotum. *k* α 390. *l* ε 476. *m* ι 65. *n* μ 47. *o* ο 127. *p* ρ 399 υ 344. *q* σ 323, l. a. ἄρα ἤρματα (?). Etiam prior versus pars laborat, § 101. *r* υ 223. *s* H. Cer. 17. *t* H. Cer. 249 coll. ε 488. *u* Hes. Theog. 319 (ex. Ζ 179 et 182 metro invito contaminatus). *v* Hoffmann Quaest. Hom. 25 sq., Monro Homeric Grammar 271 sq. (²340). *w* Λ 345. *x* § 15.

Fuere qui statuerent in primo pede *spondeum* veteribus magis acceptum fuisse quam dactylum[a], in exitu autem versuum *trisyllabas* voces tetrasyllabis fuisse praelatas[b]; sed ipsis carminibus haec non comprobantur[c].

Aliae quaedam leges ex ipsa metri heroici indole profluxerunt. Obtemperatum iis est — non consulto, sed quia migrari non poterant. Sic vocum *molossum* efficientium syllaba media fere semper caret ictu (–́ – –́)[d], — studione poetarum? Non ita: ipsa res id tulit, illis ne animadvertentibus quidem. Nam media syllaba feriri non poterat nisi

ictu *secundo*, ex gr. *οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόσ*, cuiusmodi duriores sunt numeri[e],

vel *quarto*, ex. gr. *Ἀλθαίηι χωόμενοσ κῆρ*[f], quo hexametri loco spondeus rarior fuit[g],

vel *sexto*, ex. gr. *γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων*[h], ut versus fieret *σπονδειάζων*, cuiusmodi versibus poetae parce sunt usi[i].

Dispondearum autem vocum syllabae prima et tertia plerisque locis ictu sunt percussae, (–́ – –́ –)[j], sed ictum amasse non est cur credantur. Nam secunda et quarta syllabae sub ictu esse non poterant nisi in versus introitu post monosyllabum, vel ante caesuram semiseptenariam, vel post caesuram semiquinariam. Quorum schematum primum tardiores efficit versus, ex. gr. *δϝῆθ' ἀνσχήσεσθαι*[k], secundum adeo ligneos ut omnino iis abstinuerint poetae[l], tertium solum hexametro fuit aptum et haud ita raro in epicis carminibus usurpatum est, ex. gr. *ἀλλήλοισιν κοτέοντε*[m].

---

a Bekker Hom. Blätter I 138, 285, vChrist Proleg. Il. 121 et Metrik[2] 165: „Homer „zeigt eine gewisse Vorliebe für den Spondeus im 1sten Fuss, wenn auch in Folge des „Ueberschusses an dactylischen Wortformen selbst bei Homer immer noch die Zahl der „Hexameter mit beginnendem Dactylus grösser ist als der mit beginnendem Spondeus „(v. Drobisch Formen des lat. Hex. II 45)". — Lege metrica, cui ipse poeta lingua cogente non obtemperaverit, melius carebimus, § 14, 125, 191. *b* vChrist Proleg. Il. 122.

c Ex. gr. libri *Z unus* versus in vocem sex syllabarum desinit, *tredecim* in monosyllabam, *decimus quisque* in pentesyllabam, *septimus* in tetrasyllabam, *quartus* fere in trisyllabam, *quartus* vel *quintus* in disyllabam. Nullo igitur discrimine in versuum fine vocabula duarum pluriumve syllabarum a poetis sunt collocata, prouti ipsorum menti se offerebant.

d Ludwich Arist. II 244 sqq. *e* *Γ* 348 (= *H* 259 *P* 44 Hes. Clip. 415) *N* 494 *Σ* 351 (*Δ* 181 *φ* 123). *f* *I* 555. *g* Pag. 44. *h* *A* 250. *i* Pag. 45 *t*

j Ludwich Arist. II 250 sqq. *k* *E* 104. *l* *B* 653 *E* 628 *Ξ* 307 leg. *Ἡρακλεΐδησ, -δην, πρυμνωρεΐηι* pro -ει-. *m* *Γ* 345.

II.

DE LINGUAE ELEMENTIS.

CAPUT I.

DE VOCALIBUS ET DIPHTHONGIS.

I. De vocali *α*.

§ 4. Soni *ᾰ* in dictione epica idem fuit usus qui postea.

§ 5. Sonus *ᾰ* per compensationem productus fiebat *ᾱ*, ut et postea. Ex. gr.: *μέλᾱσ* e *μέλανσ*, *πᾶσ* e *πάντσ*, *τεϑαρσήκᾱσι* e *-καντι*, *γίγᾱσι* e *γίγαντσι*.

Etiam accusativus pluralis 1ae declinationis ita est conformatus. Cuius ordinis nomina in plerisque quidem formis utebantur sono *ᾱ* (*ꟸ*) suapte natura longo, sed breve fuit alpha in multorum nominativo accusativo vocativo numeri singularis, ex. gr. *μοῦσα*, *νύμφα*, *μοῖραν*, *ἱππότα*, et in omnium terminis *-αι* et *-ανσ* numeri pluralis. In *-ᾱσ* dein abiit *-ανσ*, ut et postea; sed in Cretensium Argivorumque lingua diu permansit integrum, dein abiit in *-ᾰσ*, ut in aliis dialectis Doricis[a].

Aoristorum in *-άλσαι*, *-άνσαι*, *-άρσαι* desinentium[b] sonus *α* in *ꟸ* est mutatus, tanquam sua natura longus, ex. gr. *ἶꟸλαι*, *αὖꟸναι*, *καϑꟸραι*[c]. Duorum tamen verborum aoristus, *ἀγξηράνηι*[d] et *ἐμάρᾱνε*[e], in textu

---

a § 57. *b* § 251. *c* Brugmann Gr. Gramm. § 58 suspicatus est formam *τᾰνσ* in *τάσ* *post* abiisse quam Iones et Athenienses sonum *ᾱ* in *η* mutarunt, ex aoristo *ἐτεκτανσάμην* vero *ante* illud aevum factum esse *ἐτεκτᾱνάμην*, dein *ἐτεκτηνάμην*. Atqui lingua Homeri habet accusativum in *-ᾱσ* et aoristos complures in *-λσαι* et *-ρσαι*, ex. gr. *ϝέλσαι* et *ἄρσαι*, § 251: veri igitur est dissimile aoristos *ἶηλαι*, *μιῆναι*, *καϑῆραι*, alios natu esse maiores quam accusativi terminum *-ᾱσ*. Immo haud vana videtur suspicio etiam *ἴάλσαι*, *μιάνσαι*, *καϑάρσαι*, similia Homeri aetate in hominum ore vixisse, fortasse ipsi Homero esse usurpata. *d* Φ 347, pag. 58 *k*. *e* H. Merc. 140.

tradito paret legi in ceteris neglectae[a], quemadmodum postea Athenienses ἰσχνᾶναι[b] et similia dixerunt aut dixisse feruntur[c].

Alpha suapte natura longum in carminibus epicis saepissime signo ꞕ est redditum, ex. gr. πρήσσω, πρῆξισ, ἀνιήσω, ἀνιηρόσ. quae postea πρἁττω, πρᾶξισ, ἀνιᾶσω, ἀνιᾱρόσ sunt dicta. Signum α vero invenitur in vocibus sequentibus:

Λαᾶ, Ναυσικάᾱ, Φειᾶ[d], θεᾶ[e].

Αἰνείᾱσ, Αὐγείᾱσ, Ἑρμείᾱσ[f].

λᾱόσ cum compositis[g].

Ἀμφιάρᾱοσ[h], ἵλᾱοσ[i], τετρᾶοροσ[j].

ἇμόσ vel ἀμόσ[k].

Ἀλκμᾶων, Ἀμυθᾶων, Ἀπισᾶων, Ἀρετᾶων, Ἱκετᾶων, Λυκᾶων, Μαχᾶων, Ποσειδᾶων, Ἀμοπᾶων, ὀπᾶων, διδυμᾶων, Ἰᾶονεσ[l].

πολυπᾶμων dives[m], Θεᾱνώ, ἆνέρεσ, Βιᾶνωρ[n].

ναῦφιν, ναύτησ, Ναυτεύσ, ναυτίλλομαι, ναυτιλίη, Ναυβολίδησ, ναύλοχοσ, ναύμαχοσ, Ναυσικάᾱ, Ναυσίθοοσ, ναυσικλυτόσ sive -κλειτόσ[o].

Φᾶρισ, ψᾶρῶν[p], κρᾱτόσ, al.[q], θυμᾶρησ[r], κρᾱαίνω[s], ἀᾶρ[t], λᾶασ, λᾶῖνοσ, Λᾶρῖσα.

κᾶλα[u], μᾶν[v], ἇλσο, ἇλτο.

ἐδάμνᾱ, ἐκίρνᾱ, ’πίτνᾱ, καθίστᾱ[w].

ἕᾱδα, μεμᾱώσ, ἇξαι, ἇσω, ἇσα, ἐᾶσω, εἴᾱσα[x], ἆασάμην, ἀᾶατοσ[y].

πεινᾶων et similia[z], προσηύδᾱ et similia[a].

-ᾱο et -ᾶων gen. sing. masc. et gen. plur. 1ae declinationis[b].

---

a Casus videtur effecisse ut in textu tradito duo hi aoristi dialecto Atticae assimulati sint soli. *b* Ar. Ran. 941. *c* Lobeck Phrynich. 24 sqq. *d* Ex Hesiodi carminibus accedunt Θεῖᾱ et Ῥεῖᾱ. *e* Sed -θέη in compositis: Ϝειδοθέη, Λευκοθέη, ζαθέη.

f Hic illic tamen legitur Ἑρμέησ vel Ἑρμῆσ in versibus corruptis vel spuriis, § 58.

g Λᾱοδάμᾱσ, Λᾱοδάμεια, Λᾱοδίκη, Λᾱόδοκοσ, Λᾱοθόη, Λᾱομέδων, Λᾱέρκησ, Λᾱέρτησ, λᾱοσσόοσ, λᾱοφόροσ, Ἀγέλᾱοσ, Μενέλᾱοσ. Sed vocalem η habet Λήϊτοσ, olim habuerunt Λειώκριτοσ, Λειώδησ, Λειαγόρησ (Hes. Theog. 257), quae Ληόκριτοσ (Λᾱόκριτοσ fr. Apollodori bibl., Rh. Mus. 1891, 179), Ληώδησ (vel potius Λᾱοϝάδησ), Ληαγόρησ sunt legenda. Recentiores autem poetae Ionici forma ληόσ usi esse feruntur (Anecd. Oxon. I 265; λᾱόσ tamen Archilochus in Pario quodam lapide recenti), et congruit quod legitur in lecytho Chalcidica: αγασιλεϝο sive Ἀγασίληϝο (Ion. 5292, § 55), fortasse etiam quod in amphora Chalcidica: λεοδοqοσ sive Ληόδοκοσ (Ion. 5293). Hoc tamen nomen a multis intellegitur Λεώδοκοσ, et recentioris certe Iadis fuit λεώσ, non ληόσ. *h* L. a. -ρηοσ. *i* Sed ἵληκα § 295. *j* Sed μετήοροσ, παρήοροσ, συνήοροσ. *k* Sed ἡμέτεροσ § 95 et Aeolice ἄμμε. *l* Sed Παιήων (παιηων, ἰηπαιήων) et adi. Ποσιδήϊοσ. *m* Sed Πολυπημονίδᾱο et Aeolice Πάμμων. *n* Sed Ἀγήνωρ, Ἐϋήνωρ (ἀγήνωρ, εὐήνωρ), Ϝελπήνωρ, ἠνορέη, ἀγηνορίη. *o* Sed νηῦσ, νηόσ, νηυσί, al. cum adi. νήϊοσ et compositis Ἔϋνηοσ al., § 75. *p* P 755, sed ψῆρασ Π 583.

q § 82, sed κάρη, κάρηνα, κρή-δεμνον. *r* Sed et θυμήρησ. *s* Sed ἐκρήηνα, § 267.

t Sed gen. ἠέροσ. *u* H. Merc. 112; sed κήλεοσ et περίκηλοσ. *v* Sed et μήν.

w § 191, sed et ἵστη, ’κίρνη, al. *x* Sed ἰήσομαι, al. *y* Sed ἦνον, ἦγον, al.; adi. ἀᾶατοσ leg. ἀνάα(σ)τοσ. *z* Sed πεινήμεναι et πεῖνη (subst.), § 191 et 195. a § 191, sed προσηυδήτην, al., § 195. b Etiam vox ἐάων huc referenda, § 75.

Sexcentis igitur locis carminum epicorum legitur ᾱ, ubi Iadis recentioris fuit vocali н uti. Caecae autem fortis hac in re haud exigua fuit vis, et passim incerti haeserunt veteres. Sic apud Zenodotum legebantur Ἀρ·ιάδνн (?), Ἀμφιάρнοσ, βουγήϊε, ἔнξα, κρнτόσ, ὁρнτο[a], πεντнκόσιοι, apud Aristarchum vero Ἀριάδνн, Ἀμφιάρᾱοσ, βουγᾱ̈ιε, ἔᾱξα, κρᾱτόσ, ὁρᾶτο, πεντακόσιοι[b]. Etiam nomina Βιάνωρ et Ῥείᾱσ ab Aristarcho sic scripta sed olim ab aliis vocali н ornata sunt[c].

Ad vetustos autem errores redarguendos utilia sunt exemplorum modo allatorum nonnulla. Nam *brevis* sonus α vocum Ἀριάδνн et πεντακόσιοι signo н reddi sine vitio non potuit; et simili errori debentur βαθέнν[d], ἀέλλн[e], ἑήνδανε pro βαθέαν, ἄελλα, ἑάνδανε in textu tradito scripta, neque melioris notae sunt τετραφάλнροσ, ὑψιπέτнλοσ, τριπέτнλοσ[f], quae ex -φαλαριοσ sive -φαλαρjοσ et -πεταλιοσ sive -πεταλjοσ sunt nata, -φάλᾱροσ igitur et -πέτᾱλοσ scribenda ad exemplum adiectivi ἑᾱνόσ *ductilis*, quod primitus fuit ϝεανιόσ sive ϝεανjόσ, et adiectivorum in -κέφᾱλοσ sive κέφαλjοσ desinentium[g], nec non verborum ἱκᾱ́νω, κιχᾱ́νω, φθᾱ́νω, ᾱ̈νω ex -ανιω sive -ανϝω natorum[h]. Etiam breve alpha vocum sequentium in arsi collocatum[i] signo н indicarunt librarii invito poeta: ἡμαθόεισ, ἡνεμόεισ, ἡγάθεοσ, ἡλιτόμηνοσ, ἡγερέθονται, -θεσθαι, ἡερέθονται[j] pro ἀμαθόεισ, ἀνεμόεισ, ἀγάθεοσ, ἀλιτόμηνοσ, ἀγερέθονται, ἀγερέθεσθαι, ἀερέθονται. Quarum vocum nihilo longior fuit sonus initialis quam adiectivi ἀθάνατοσ vel verbi ἀπονέεσθαι. Fortasse etiam πακτόν pro πнκτόν est scribendum[k].

§ 6. Temere igitur et fortuito in textu tradito alternant vocales ᾱ et н. Rationis hoc solum intercedit, quod sonum ᾱ saepissime sequitur aut anteit *vocalis*.

Quam inconstantiam pulcri sensui tenerrimo olim fuere qui tribuerent; poetam, cum dixisset quodam in loco: κολοιούσ τε ψᾱρ́άσ τε, alio in loco dixisse: τῶν δ' ὥσ τε ψαρῶν νέφοσ ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν[l], „secutum non communem <usum> sed propriam in quoque vocis situ iucunditatem"[m]. Sed „diversitatem e diversis ac fortuitis diversorum rhapsodorum modis

---

a Sive ὁρῆτο volebat, sive ὅρητο, § 191. *b* Σ 592 ο 244 Ν 824, 166, 257 Δ 530, 56, 198 γ 7. *c* La Roche Textkritik 301 sq. *d* Π 766, § 75. *e* Π 374.

f Simile apud Herodam est vitium τάλησ pro τάλᾱσ Mimiamb. III 35 VII 88 (recte τάλᾱσ V 55). Fortasse etiam ἀληθείην et similia § 54 huc faciunt. Vocem δήϊον πῦρ (◡◡–, § 17) Schulze Quaest. Ep. 86 scribi iubet δάϊον, et pro ὀβριμοπάτρη Hoogvliet Gramm. raadselen, 1892, 40 scribit ὀβριμόπατρα Ε 747 Θ 391 α 101; sed huic coniecturae non favet masculinum ὅπατροσ Λ 257 Μ 371. *g* Apud Hesiodum et posteros, Rzach ad Theog. 287. Sic αὐτοχόᾱνον (codd. -χόωνον, § 191) Ψ 826 primitus fuit -χοάνιον sive χόανjον. *h* § 38.

i § 21. *j* Plus quadraginta locis vitiosae hae formae leguntur, quibus e coniectura accedunt ἠνυσίϝεργοσ Ω 277 pro ἀνυσίϝεργοσ (codd. ἐντεσίϝεργοσ) et ἐϋηγρεσίη τ 114 (codd. -ηγεσίη vel -εργεσίη). *k* Κ 353 Ν 703 ν 32. *l* Schol. V ad Π 583: ψῆρασ] διὰ τὸ κακόφωνον τοὺσ ψᾶρασ· ἐκεῖ δὲ „ὥσ τε ψαρῶν" (sequuntur non nulla de aoristis ξηράνηι et θερμήνηι Φ 347 Ξ 7, pag. 56 *d*, simili discrimine seiunctis) et ad Ρ 755: ψαρῶν] διὰ τὴν εὐφωνίαν· ἐκεῖ δὲ „κολοιούσ τε ψῆράσ τε." *m* A. Gellius XIII 21 § 25.

pronuntiandi profectam et cum aliis similis inconstantiae exemplis haud cunctanter abolendam esse" optimo iure ratus Ricardus Payne Knight ψᾱρασ edidit, ut ψᾱρῶν.

At si audiendi non sunt qui exquisitas quasdam dictionis epicae veneres hic agnoscere sibi sunt visi, superest rogare undenam haec inaequalitas sit orta.

Paucis verbis responderi potest: longum alpha in iis potissimum syllabis invenitur quarum alia fuit mensura in lingua recentiore [a]. Salvis numeris dici non potuit λεώσ pro λᾱόσ, pro -ᾱων vel -ᾱο non potuit -έων vel -εω Ionice, neque -ῶν vel -ου Attice; ubi vero metrum non obstabat, irrepserunt formae recentiores, ex. gr. genitivus Πηληϊάδεω Ἀχιλῆοσ pro Πηληϊάδᾱ(ο) in primum versum Iliadis.

Hoc argumento, quod simplicitate commendatur, Augustus Fick ita est usus ut Homero passim vindicaret sonum ᾱ; hunc sonum saeculo V° ineunte ubi fieri poterat in η mutatum esse a rhapsodo Cynaetho Chio, *Aeolicam* autem carminum epicorum originem hoc argumento posse demonstrari. Cui viro docto quominus adstipulemur duae praesertim obstant causae. Quarum prior haec est, quod ᾱ in textu tradito, ut modo dictum est, etiam locis haud ita paucis invenitur unde removeri poterat salvo metro neque invita dictione aevi recentioris, ex. gr. in decantato illo ψᾱρῶν vel in voce λᾱόσ huiusque compositis [b]. Quod multo autem gravius, in iis quoque carminum epicorum partibus, quae Fickio recentissimae visae sunt, passim inveniuntur huiusmodi formae illo iudice ab Ionica dialecto alienae. — „Nempe Cynaethus artificiosa illa „dictione, quam peperit Ias cum prisco Aeolismo commixta, in iis „quoque versibus usus est, quos de suo pepigit", respondebat Fick [c]: „quod vero λᾱόσ ei ληόσ non est factum, inde efficitur illam vocem in „ipsius lingua iambum effecisse, λεώσ, quemadmodum et recentiores „Iones atque Athenienses sunt locuti." — Ergone ληόσ illud, quo Hipponax usus esse fertur, intra paucorum annorum spatium ita exoleverit ut ne in prisca quidem poesi tolerabile videretur, minusque iam offenderet sonus ᾱ ab Iade tunc alienus? Ipsi autem *Iones* in carminibus epicis audiunt Ἰᾱονεσ, et deus prae ceteris illis cultus audit Ποσειδᾱων: haec quoque nomina Cynaethus ex *Aeolicis* aliquibus carminibus transsumserit intacta? At deus ille, qui Corinthi Ποτειδᾱϝων [d], apud Aeoles Ποτίδᾱν vel Ποσείδων [e], in Thessalia Ποτείδουν [f], in Arcadia Ποσοιδᾱν, inter Dorienses Ποτ(ε)ιδᾱν vel Ποσειδᾱν dictus est, ubinam nisi inter gentem Ionicam nomine productiore Ποσειδᾱων vocari olim potuit, Ionicum autem nomen Ποσειδέων undenam oriri nisi ex antiquiore

---

a „Das lange α ... hat sich bei Homer überall da erhalten, wo sich eine entsprechende „ionische form mit η nicht dafür einsetzen liess", Fick Odyss. 16. b Pag. 57 g.
c Odyss. 279. d Corinth. 3119 a. e Lesb. 255[12]. f Thess. Nachtr. 1321, 1322, 1324.

Ποσειδάων sive *-δήων*[a]? Et gentis nomen *Ἰάονες*, quod ex Aeolum poesi vetusta in textu Homerico remansisse dicitur[b], ubi apud Homerum legitur? Uno in versu corrupto aut recenti, ubi *Ἰάονες* sive *Athenienses* — nam de his illic sermo fit — vocantur *ἑλκεχίτωνες* epitheto apto ad depingendos viros otio feriato fruentes, a militibus vero hostes repellentibus alieno[c]. Indicari autem potest locus melius iis conveniens:

ἀλλὰ σὺ Δήλωι, Φοῖβε, μάλιστ' ἐπιτέρπεαι ἦτορ·
ἔνθα τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται
αὐτοὶ σὺν παίδεσσι καὶ αἰδοίηις ἀλόχοισι,

et quae plura de ludis Deliis leguntur — ubinam? In hymno qui in honorem Apollinis *Delii*[d], numinis *Ionici*, compositus esse fertur a Cynaetho illo, quem carmina Homerica ex Aeolicis Ionica fecisse autumabat Fick. Cur igitur Ionicus hic poeta non *Ἴωνας* cives suos appellavit, si ita tunc audiebant et olim audiverant? Immo versus allati testantur gentem Ionicam aliquando ipsos se *Ἰάονας* vocasse[e], postea demum *Ἴωνας* esse appellatos.

Ergo inconstantia ea, qua in textu carminum epicorum alternant soni *ᾱ* et *η*, non inde est repetenda quod prisci vates Aeolice fuerint locuti, recentiores vero aliqui diasceuastae eorum verba Ionice utcunque verterint; vera autem causa non latet. Cum Homeri carmina litteris sive ab ipso poeta sive a posteris primum sunt mandata[f], signo 𐌇 (*H*) indicabatur sonus *h*, proprium autem signum non erat sono inter *ā* et *ē* medio[g], a quo nomen habuerunt *αἱ μηκάδες αἶγες* sive *meckernde Ziegen*[h] et apud Romanos oves *bālantes*, quae Gallice *bêler* iam dicuntur, Graece *βῆ λέγειν* olim sunt dictae[i]. Sed saeculo VII° Iones hunc sonum indicare coeperunt prisco signo soni *h*, qui in illorum dialecto audiri desierat, signo *E* uti pergentes ad reddendum sonum *e* sive natura longum, sive brevem, sive productione suppletoria extensum[j]. *Colore* igitur, non ***mensura***, inter se differebant sonus is qui signo *E* et is qui signo 𐌇 (*H*) iam indicabatur. Ex. gr. in una eademque inscriptione leguntur: *την κλινην, οικιην, καθαρην, μητερα, δημωι, ιουλιηται,*

---

a Antiquior fuit nominis forma in *-ᾱν* desinens, ut *Τιτᾱν* (Hom. *Τιτῆνες*), et suffixo *-(ι)ων* (*Κρονίων, οὐρανίων, κερδίων*, al., § 85) nondum aucta; a qua ductum est adi. *Ποσιδήϊος*, § 18. *b* Fick Odyss. 17. *c* *N* 685, Helbig Epos[1] 115 sqq. *d* H. Ap. 146 sqq.; in Asii versibus mutilis Athen. 525 *f* describitur pompa ab Ionibus Sami in honorem Iunonis celebrata. *e* Nomen *Ἰάονες* (*Iāvān* Genes. 10 § 3, *Yauna* Pers.) etiam h. Ap. 152 legitur, et Solon (apud Aristot. Rep. Ath. 5) Atticam vocavit *πρεσβυτάτην γαῖαν Ἰαονίας*. Persis autem, quibus comicus tribuit voces *Ἰᾱον, Ἰάονας*, Ar. Ach. 104, 107, undenam haec fuit nominis forma nisi ex ipsius gentis ore? *f* Pag. 10—13. *g* Qui Iliadem et Odysseam *Pisistrati* iussu primum descriptas esse perhibuerunt, pag. 14, sumebant carmina epica litteris *post* esse mandata quam Iones signo 𐌇 vocalem reddere coeperunt; *Attica* litteratura sic primum fuissent descriptae, in qua signum *H* sonum *h* significabat, pag. 17. *h* Has *μάκαδας* (sic Fick *Ψ* 31) a vocis sono unquam potuisse dici ipsae claris clamoribus negare videntur. *i* Cratin. fr. 43, Aristoph. 642. *j* Qui sonus in litteratura recentiore signis *ει* est indicatus.

σημα, κηδ[οσ], τριηκοσ[ια], θυη (neutr. pl.), *επην, κλινηι, βουληι, σιωπηι, τριτηι* et: *επιβλεματι, χρεσθαι, με* (= *μή*) *εξενεχθει, εναι, φερεν*[a]. In perantiqua autem quae sequitur inscriptione[b] signum Ⲏ vocalis sive *longae* sive *correptae* est imago[c], praeterea etiam *spiritum asperum*[d], ut olim, et cum signo *Σ* coniunctum sonum *x* (ξ) indicans:

τιμανδρⲎ μ ανεθΕκεν ⲎκⲎβολοι ιοχεαιρⲎι
ϙορⲎ δεινοδικⲎο το ναⲎσιο εⲎσοχοσ αλⲎον
δεινομενεοσ δε κασιγνΕτⲎ φⲎραⲎσο δ αλοχοσ ν . .

sive:

Τιμάνδρη[e] *μ' ἀνέθηκεν ἐκηβόλωι*[f] *ἰοχεαίρηι,*
κούρη Δεινοδίκεω τοῦ Ναξίου, ἔξοχοσ ἀλλέων,
Δεινομένεοσ δὲ κασιγνήτη, Φράξου δ' ἄλοχοσ νῦν[g].

Etiam in his saeculi VI[i] vel ineuntis V[i] titulis signa *E* et *H* sic sunt discreta:

δειναγορΗσ μ ανεθΕκεν εκΗβολοι απολλονι sive: *Δειναγόρησ μ' ἀνέθηκεν ἐκηβόλωι Ἀπόλλωνι*[h].

κλΕνογενΕσ κυδιγενεοσ ιστιΗι ανεθΕκεν sive: *Κλεινογένησ Κυδιγένεοσ Ἱστίηι ἀνέθηκεν*[i].

θεοκυδΕσ αριστα̣ιχμο αφροδιτΗι ανεθΕκεν αρξασ sive: *Θεοκύδησ Ἀρισταίχμου Ἀφροδίτηι ἀνέθηκεν ἄρξασ*[j].

Mox vero Iones signum Ⲏ (*H*) etiam ad sonum *ē* indicandum usurpare coeperunt, cui sono illud *ê* in ore gentis Ionicae sensim est assimulatum[k]. Inter se confusi igitur tunc sunt soni originis diversae et olim dissimiles[l].

Quae sonorum signorumque confusio non uno eodemque tempore apud omnes gentes Graecas est consummata. In Asiae ora littera Ⲏ (*H*) regnare prius coepit quam in insulis maris Aegei. Ad utrumvis eta

---

a Ion. 5398, saec. V[i] exeuntis (IGA. 395, Dittenberger Herm. 1880, 225 sqq.). Bis autem erratum est in exitu subiunctivi: *διαρανθηι* et *θανηι* pro *-ει*. *b* Ion. 5423 (IGA. 407) VII[i] fere saeculi, in femore statuae Dianae, quae anno 1879 Deli est reperta. *c* Ut in vocabulis epicis *Θρήϊκεσ, δήϊοσ*, aliis, § 17. Alienum hinc est *πόληασ* pentametrum claudens in inscriptione Abderitana 5643 (IGA. 349), notatu tamen dignum, quoniam *πόλῃασ* sive *πόλεασ* prolatum esse apparet. *d* Hoc etiam in recentiore aliquanto inscriptione Naxia 5422 (IGA. 410) est factum: *αλχσΗνωρ εποιΗσεν Ηο ναχσιοσ*, in qua etiam vocalis *ē* verbi *ἐποίησεν* signo *H* est reddita. *e* Non: *Νικάνδρη*. Correxit Blass Fleck. Jahrb. 1891, 335 sq. *f* Lapicidae errori debetur *ⲎκⲎβολοι* pro *ⲎεκⲎβολοι* scriptum, ut et *HKHB*... Del. 5387. *g* Blass l. l. *h* Nax. 5420 (IGA. 408). *i* Lapis Ceus 5402 (IGA. 396). *j* Ibid. 5401 (IGA. 397). *k* Simile quid habent inscriptiones Corinthiacae. In his enim cum *ĕ* (ex. gr. in *ὤλεσε*), tum *ē* (ex. gr. in *Παλαμήδησ*), tum *e* productione suppletoria extensum (ex. gr. in *εἰμί*) indicatur signo Β (*B*) sive littera Ⲏ uno ductu scripta. Antiquitus autem Corinthii etiam littera *E* usi, quae diphthongum *ει* (*ε* + *ι*) tunc iis valebat, scribebant: *δϝΕνια, κλΕτολασ, ποτΕδανι*, al., sive *Δϝεινία, Κλειτόλᾱσ, Ποτειδᾶνι*. Postea vero neglecto hoc discrimine et spreto signo *E* scribebant: *ποτΒιδαν* (*Ποτειδᾶν*), ut *Βμι* et similia. Corinthi igitur sensim crevit dominium signi Β, ut signi Ⲏ in Ionia. *l* Littera *ê* significavimus sonum qui auditur ex. gr. in nomine *mère*, signo *ē* sonum vocum *été, veel.*

indicandum usurpata est in titulo saeculi VI[i] ineuntis, qui Sigei est repertus[a], in vasis Milesiis Naucrati erutis[b], in inscriptionibus Milesiis saeculi VI[i], ex. gr.: *ΧάρΗσ ἐ(ι)μί* in imagine principis Tichiussae[c], vel: *'Ιστια[ῖοσ ἀνέθ]Ηκε τὠπόλλω[νι]* in lapide quem dedicavit Histiaeus Mileti tyrannus famosus[d]. Sed vocalem signo ⊟ (*H*) indicari ne in his quidem regionibus diu ante saeculum VI[um] coeptam esse testantur vocabula quae milites Ionici et Rhodii sub finem saeculi VII[i] rudi arte insculpserunt cruribus statuarum etiamnunc extantium[e]. Hi enim homines signo ⊟ cum sonum *h* tum vocalem indicantes scripserunt: ⊟*λθον* (*ἦλθον*), *ανι*⊟ (*ἀνίη*, verbi *ἀνίεναι* impf.), ⊟*χε* (*ἦγε*), *τ*⊟*λεφοσ* (*Τήλεφοσ*), sed etiam: ⊟*ο* (*ὁ*), ⊟*αγεσερμο* (*Ἁγεσέρμου*), ⊟*οκα* (*ὅκα*), ⊟*ελασε* (*ἤλασε*? an vitiose hoc scriptum pro ⊟*λασε* sive *ἤλασε*?).

In Doricis insulis Thera et Creta vocalis *ē* signo ⊟ indicari mature est coepta. In Therae enim titulis antiquissimis, qui ad VII[um] saeculum referuntur, nominum terminus *-κλῆσ* litteris *-κλ*⊟*σ* haud uno loco est redditus[f], et in Cretae inscriptionibus saeculi VII[i], quae litterarum figuris pervetustis sunt exaratae et signis sonorum *h*, *φ*, *χ* carent[g], sonus *ē* indicatus est littera ⊟. In uno tamen aevi recentioris edicto Gortynio[h] etiam regnat mos vetustissimus, quia ex prisco exemplo est descriptum; in hac igitur inscriptione cum *ē* tum *ĕ* indicatum est signo *E*, signum ⊟ autem non est usurpatum.

In Ionicis insulis Paro, Naxo, aliis quinto demum saeculo quodlibet ēta signo *H* indicari est coeptum. Sic usurpatum est *H* in lapidibus Pariis et aliam ob causam notabilibus, signo enim *Ω* sonum brevem (*o*) vel productum (*ου*), signo *O* longum (*ō*) habent indicatum[i].

Athenienses quamdiu *ἀττικοῖσ* suis *γράμμασιν* usi sunt, utrumque ēta indicarunt signo *E*; similis igitur inter eos obtinuit confusio atque inde ab initio saeculi VI[i] regnavit in litteratura Ionica, in qua signo *H* uterque sonus tunc reddebatur[j]. Similemne autem exitum in Ionum ore semper habuerint vocabula *φιλίη* et *νίκη*, an apud eos quoque discriminis aliquid interfuerit, ut Athenis, ubi scripto talia distinguebantur, quis pro certo hodie statuat! Si quis suspicatur non nihil etiam apud Iones alterum *η* ab altero discrepuisse, levitatis non magis tenetur quam qui arbitrantur in Attica vocalem *η* genitivi *φίλησ* (ex *ā*) non inde ab initio

---

a Proconnes. 5531. *b* Naucrat. 5756 sqq. *c* Milet. 5509. *d* Ibid. 5507. *e* 5261 (IGA. 482). *f* Ther. 4787, 4791. Aetatis prioris, qua signum ⊟ nondum usurpabatur, est *ρεξανορ* (*'Ρηξάνωρ*) 4808, transitum autem indicat ⊟*εμι* *sum* 4816 vitiose scriptum pro *ἠμί*. *g* Ex. gr. Cret. 4972. *h* Cret. 4991; scripto primum mandatum esse videtur VIII° fere saeculo, compluribus autem saeculis post est exaratum in tholi sive dicasterii pariete illo, cuius rudera aetatem tulerunt. *i* Par. 5427—5432. *j* Ex. gr.: Att. *νικΕσο* et *φιλΕσο*, Ion. *νικΗσω* et *φιλΗσω*. Hoc tamen interest, quod primitiva vocalis *ā* ab Ionibus constanter indicabatur signo ab ipsis huic vocali adaptato *H* (*φιλιH* et *νικH*), ab Atheniensibus vero signo *A* post *ε*, *ι*, *ρ*, ceteroquin signo *E* (*φιλιA* et *νικE*).

idem sonuisse atque futuri φιλήσω (= ē), licet ambae signo *E*, postea signo *H* illic fuerint indicatae. Nempe cuivis genti multo maior sonorum semper fuit copia quam signorum.

In epicorum autem poetarum dictione quis color, quae indoles fuerit eius soni, qui ā fuit primitus, nescimus. Iliadis initium utrum *mānin aeide theā* fere sonuerit in ore ipsius poetae, an *mênin aeide theē*, an vero in textu tradito vocalis pura nominis θεᾱ́ et impura nominis μῆνις recte inter se sint distinctae, quis est qui etiam nunc effici posse credat! Nam aliud est sonos depingere signis sive Graecis sive hodiernis, aliud ipsas vocis modulationes ante multa saecula litteris utcunque indicatas nostro ore reddere.

Ergo non satis constat utrum fines, intra quos coërcita est signi *H* dicio, aliquanto latius sint diducendi, an augendus sit numerus syllabarum signum α exhibentium[a]. Attamen vero multo est similius crebrum illud alpha, quod ab Iadis recentioris indole alienum fuit, vetustae dictionis vestigia servare, quam posteris id deberi. Horum errore alpha vocum Ἀτρεΐδαο et Ἀτρεϊδάων ex η esse natum nemo contendet. Recentioris aevi fuit Δεινοδίκнο illud ( ), quod legitur in epigrammate supra laudato[b], Homeri vero Δϝεινοδίκᾱο ( ), Homero autem vetustiorum poetarum aliquando fuit Δϝεινοδίκαϝο[c]. Et facile sonus н ex aevi recentioris dialecto Ionica in multas carminum epicorum voces sensim potuit irrepere. Fortasse igitur Homerus dixit ἀνιᾱ́σω, ἀνιᾱρός, similia; sed certa haec res non est, neque magni est momenti. Graece autem edoctis tolerabilem non esse nominativum Ἀτρεΐδнσ in uno eodemque carmine cum genitivo Ἀτρεΐδαο prolatum[d] si demonstrari posset[e], nihil sic efficeretur quod ad artis epicae incunabula pertineret: solam orthographiam vel orthoepiam haec quaestio spectat.

Nihil igitur novasse in re dubia satius. Cum ψῆρασ illud servavimus, tum ψᾱρῶν; servavimus δάμνᾱ et ἵστн, servavimus verbi κρᾱαίνειν aoristum κρнῆναι, quaeque id genus sunt plura[f]. Ne illae quidem voces mutandae sunt visae, quarum littera н aperto errori debetur, ex. gr. ἠνεμόεισ, ἠερέθονται, ὑψιπέτнλοσ[g]. Nulli nimirum apparebant fines, intra quos consistere posset criticus qui semel in hunc campum pedem intulisset.

Quod vero sine temeritate poterat fieri: alio signo indicatum est illud eta, quod e sono ā est natum (**Ħ**, н), alio sonus ē (**H**, η)[h].

---

a Huc Aristarchus, illuc Zenodotus magis erat propensus, pag. 58 *a*, *b*; sed non videntur ab his aliisve criticis multa, quae sunt eiusmodi, pro arbitrio esse mutata. *b* Pag. 61. *c* § 40, 55. *d* Fick Odyss. 3. *e* „Das bei Homer *in der Verbindung mit einem andern Vokal* auftretende ā ... für unionisch zu halten (Fick) liegt kein triftiger Grund vor" Brugmann Gr. Gramm. § 10. *f* Ad *augmentum* tamen indicandum etiam invitis exemplaribus manuscriptis edidimus ἦρχε et similia, § 130. *g* Pag. 58. *h* Praeeunte Fickio in hymni Apollinis Delii recensione Od. 286 sqq.

II. De contractione, synizesi, crasi[a].

§ 7. Vocales inter se contiguae in epica lingua confluere non solebant. In universum igitur contractio ab Homeri dictione aliena dici potest. Neque obscura est causa. Nam eiusmodi vocalium coniugia sono σ vel ι (j) vel υ (ϝ) diremta fuere primitus, ex. gr.: γένε(σ)οσ, γένε(σ)ι, Ἀργέ(σ)ιοσ, ἐγχε(σ)ίη, σκηπτό(σ)οχοσ, φέρε(σ)αι, μελισσά(σ)ων, Ἑρμεία(σj)ο, τιμά(j)ω, Ὀδυσῆ(ϝ)ι, τιμή(ϝ)εισ, Πηλη(ϝ)ιάδησ, ἀ(ϝ)άτη. Aliena igitur a priscis carminibus fuerunt: γένουσ sive γένευσ, γένει, Ἀργεῖοσ, ἐγχείη, σκηπτοῦχοσ, medii sive passivi forma φέρῃι (φέρει), μελισσῶν, Ἑρμείω. τιμῶ, Ὀδυσεῖ, τιμῆσ, Πηλείδησ, ἄτη. qualia suo loco tangentur singula[b]. Quae res ibi quam certissime constat ubi sonus ϝ aevo Homeri etiam intericiebatur, ex. gr. in vocibus ἀϝέκων, ἐϝάνασσε, ἐϝέϝικτο, ϝεϝικυῖα, quae in textu tradito perperam scripta sunt ἄκων, ἤνασσε, ἤϊκτο, εἰκυῖα[c].

Cum huiusmodi vocibus permiscendae non sunt eae quarum signis ει et ου indicatur *productio compensatoria* vocalium ε et ο. De quibus pseudodiphthongis distrahendis ne cogitandum quidem est, quoniam contractione non sunt natae.

Verae autem diphthongi αι, ει, οι, quas effecit suffixorum sonus initialis ι cum stirpium sono finali coniunctus, ex. gr. μαίνομαι, ἀγκοῖναι, καθαίρω, ἑταῖροσ, ἰοχέαιρα, δμήτειρα, πίειρα, μοῖρα, in dictione epica molesti nihil habent; quae primitus fuere μανιομαι—μανjομαι, ἀγκονιαι—ἀγκονjαι, καθαρjω, ἑταρjοσ, ἰοχεαρjα, δμητερjα, πιερjα, μορjα.

Neque suspicionem movent diphthongi primitivae vocum αἰεί, πείθω, ἄκοιτισ, αὐδή[d], κέλευθοσ, ἀκόλουθοσ, aliarum multarum.

Quos vero textus vulgatus praebet sonos e duarum vocalium coniunctione natos, horum multi debentur erroribus recentiorum. Quod crimen non pertinet ad terminos nominum -ᾱι, -ηι, -αι, -ηισι[e], -ειο, -οιο, -ωι, -οι, -οισι, infinitivi -μεναι, -σθαι, participii -υῖα, verborum -εισ, -ει, -μαι, -σαι, -ται, -νται sive -αται. Horum enim similiumque terminorum diphthongi cum ipsa lingua Graeca natae sunt. Et in ipsa Homeri lingua sonus ι vocali subiectus facile cum hac coaluit. Quapropter corruptum vel ipsius aevo recentius habendum non est ὑπερῷιον[f], licet etiam ὑπερώϊον in carminibus epicis sit dictum[g]. Nominis παρήϊον[h] forma contracta παρῆιον[i] poeta non est indigna, neque femininum παρηιή[j].

---

a J. Menrad de contractionis et synizeseos usu Homerico Monach. 1886, F. Bechtel die Vocal-contraction bei Homer, Hallo 1908. *b* § 55, 56, 69, 71, 73, 76, 191. *c* § 40 sq. *d* Diphthongum αυ contractio numquam peperit; nam alienus hinc est genitivi terminus -αυ ex -ᾱϝο in dialectis Cypria et Arcadica natus, § 55. *e* Melius -ησι, § 57. *f* Π 184 al. *g* Β 514 al. *h* Δ 142 al. *i* παρήιων Ω 794 al., codd. παρειῶν, § 56. *j* Γ 35 al., codd. -ει-.

Similia dicta sunto de vocibus *αἰζήϊοσ—αἰζηιόσ, ληϊστήρ—ἀγελήιη, ῥηΐδιοσ—ῥεῖα*[a], *πάϊσ—παῖσ*[b], *ἠΰ(σ)—εὖ, Τρώϊοσ—Τροίη*.

Sed postremum exemplum ad quaestionem molestam nos deducit. Diphthongus *οι* vocabuli *Τροίη* fere semper obtinet thesin, diduci igitur potest: estne autem diducenda?[c] Fortasse. Nonnullis tamen locis *in arsi* est[d], item diphthongus vocis cognatae *Τρωιάδεσ*[e], et minime dubia est diphthongus aliorum nominum, quorum similis fuit conformatio, ex. gr. *ζωιόσ*[f], *τοῖοσ, ὁμοῖοσ*. Diremta autem diphthongus vocis *Τροίη* potius *-ώϊ-* quam *-οϊ-* esset scribenda, quo regionis nomen adiectivo *Τρώϊοσ* simile fieret denuo, ut fuit primitus[g]. Parum igitur liquet utrum in carminibus epicis iota vocabuli *Τροίη* cum vocali vicina concreverit necne, item iota vocum *αἰδοῖοσ*[h], *κοῖλοσ*[i], *Προῖτοσ*[j], *Ἀθηναίη*[k], *ἐξείησ*[l], *θεῖοσ*[m], *κλείω, κλειτόσ*[n], *λούσασθαι*[o], aliarum.

In cuiusmodi quaestiunculis fidum ducem solum se praestat metrum[p]. Non quo distrahendae sint omnes diphthongi, quae in thesi semper fuerint collocatae; multarum enim vocum ea erat conformatio ut syllabae quaedam in arsi collocari vix aut ne vix quidem possent[q]. Quapropter non est satis demonstravisse vocum *Ἀτρείδησ*[r], *ἐγχείη, ἀληθείη, πολυκερδείη, σκηπτοῦχοσ*[s] diphthongum vel nominis proprii *Ὠρίων*[t] sonum

---

[a] Melius *ῥῆια*, Ahrens de particula *ῥᾶι* 1872 (= kl. Schr. I 459 sqq.). [b] Primitus *πάϝισ*, sed tam frequens in carminibus epicis est stirpis forma monosyllaba ut ante Homerum natam pateat. [c] Censuerunt Heyne et Gotthold (quibus oblocutus est Ahrens Philol. 1851, 10 = kl. Schr. I 122). A. Platt Journ. of Phil. 1890 (Kühner-Blass I 246). [d] Ω 256, 494 α 62 δ 99 ε 307. Qui versus ab hoc vocabulo incipiunt. [e] Ζ 442 Η 297 Χ 105 Ω 704. Voces *Τρῳαί* Ζ 380, 385 et *Τρῳῇσι* Ρ 273 Χ 430 (?) a nominativo *Τρῷα* recte repetivit Ahrens l. l. 6 (= 118), item voces *δμωιαί, -ᾱ́σ, -ᾱ́ων, -ῇσι* a nominativo sing. *δμῷια*. Nam uno versu Ψ 291 excepto *feminini* generis sunt omnes formae quae a sonis *Τρωι-* vel *δμωι-* incipiunt, omnes autem sunt numeri *pluralis*, *Τρῳή* vero vel *-ήν*, *δμωιή* vel *-ήν* nusquam legitur. Itaque diphthongus fortasse ne in thesi quidem est diducenda, Γ 384 al., § 17.

[f] *ζωόσ* a multis est scriptum et editum. [g] Urbis regionisque nomen est adiectivi *Τρωΐου* sive *Troiani* femininum, proprium autem urbis nomen fuit *Ϝίλιοσ* (*ville, villa*, sanscr. *vîlu*), Etym. M. 770, 15 sqq. [h] Plerisque carminum epicorum locis diphthongus *οι* potest disiungi, sed in arsi est λ 360 ρ 578. [i] Trisyllabam formam *κόϊλοσ* probavit Apollonius Pron. 111 *b* Synt. 7 Bekk., postulavit eius filius Herodianus *περὶ μον. λέξ.* 20 Dind.; *κοίιλοσ* legitur Alc. fr. 15 Mimn. 12. Primitiva adiectivi forma si fuit *κόϝιλοσ*, quod ex adiectivo latino *cavus* videtur effici, vocales *ο* et *ι* in Homeri ore confluere vix potuerunt; excepto autem χ 385 *κοϊ-* cunctis (sexaginta) locis convenit. [j] Obstat Ζ 164. [k] Quominus proferretur *Ἀθηναΐη* metrum obstare nunquam potuit. [l] Cunctis locis soni *ε* et *ι* possunt disiungi. [m] Plerisque versibus congruum est *θέϊοσ*, Β 335 Ν 694 Τ 279 etiam magis quam *θεῖοσ*; sed *θεϊ-* admitti nequit Β 22 (l. a. *οὖλοσ*) neque in locutione *θεῖοσ ἀοιδόσ* Σ 604 al. (Nauck *θέσπισ ἀ.* coll. ρ 385); α 336 al. fortasse recipienda est l. a. *δῖοσ*.

[n] Etiam *-κλειτόσ* et nomen proprium *Κλεῖτοσ*. Potest diduci diphthongus *ει*, etiam adiectivi verbalis; sed vetant passivum *κλέομαι* et verborum *θείω* similiumque analogia, § 183, Vogrinz Gramm. d. hom. Dial. 40. [o] Si *λου-* e *λο(ϝ)ε-* est contractum, distrahendum est denuo, quod fieri metrum sinit locis plerisque; si vero a stirpe *λου* ductus est aoristus *λοῦσαι*, ut *καῦσαι* a *καυ*, intacta relinquenda est diphthongus, § 295. [p] Nauck Mél. Gr. Rom. II—IV. [q] Ex. gr. nomen modo allatum *Ἀθηναίη*. Alia exempla data sunt pag. 55. [r] § 76. [s] Pag. 64. [t] Σ 486 al.

initialem salvis numeris versuum semper posse diduci, sed insuper consideranda est illorum sonorum origo.

A diphthongis modo commemoratis, quarum vocalis iota cum stirpis sono finali coaluit, discernendae sunt eae diphthongi longaeque vocales, quas effecerunt soni αε, αο, εα, εαι, εε, εο, οο confluentes; quarum longe pleraeque debentur posteris. Nam μετατρέπηι, ἔπλευ, similia, quae textus traditus hic illic praebet pro priscis vocum figuris μετατρέπεαι, ἔπλεο, cet., paucissimis versibus exceptis non nisi *ante vocales* leguntur. Contractae igitur formae aut a poetis hic illic sunt usurpatae *ad vitandam elisionem*, aut *postmodo* in textum carminum sunt invectae e lingua aevi recentioris[a]. Utra autem recipienda sit propositio dubium videri nequit reputantibus quam frequenter, quanta cum libertate poetae epici sonos finales elisione suppresserint[b]. Fieri non potuit ut duriusculum iis videretur elisum μετατρέπε᾽(αι) vel ἔπλε᾽(ο). In codicibus scripta sunt:

μνήσηι ἐμεῖ᾽ ὅτι μοι πρώτηι ζωιάγρι᾽ ὀφείλεισ[c],

ut hoc exemplo utamur, sed ipse poeta, ut nominum ἐμεῖ᾽(ο) en ζωιάγρι᾽(α), sic et verbi μνήσε᾽(αι) sonum finalem elisione pressit.

In partem contrariam olim sic disputabat Godofredus Hermannus[d]: „tantum abest ut ultimam syllabam genitivi in -οιο elisam esse unquam „putem, ut eam ne potuisse quidem elidi credam. Vehementer enim secum „ipsi pugnassent Graeci poetae, si formas vocabulorum, ob id ipsum „inventas, ut locum deficientis in versu syllabae explerent, rursus „decurtare, quam communibus formis uti maluissent. Non dixit Homerus:

„μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδα᾽ Ἀχιλῆοσ,
„non: ὃσ σέ᾽ ἄνευθεν ἐὼν μέγα κήδεται ἠδ᾽ ἐλεαίρει,
„non: τῶν δ᾽ ἄλλων οὔ τισ ἕ᾽ ἀκήδεσεν,
„non: νοστήσασ Ἰθάκηνδε κιὼν Ὀδυσῆ᾽ ἐνὶ οἴκωι | εἴποιμ᾽,
„non: ἔρχε᾽, ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι,
„non: εἰπέμεν᾽ Ἀτρείδηισ᾽, Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάωι,

„ut quidam olim legebant[e]; non:

„πῶσ δὴ ἐγώ γ᾽, ἣ φημὶ θεάων ἔμμεν᾽ ἀρίστη[f],

„quod nunc quoque in nuperrima, eaque omnium absolutissima, editione „relictum video[g] .... Mihi quidem non est credibile ultimam syllabam „huius infinitivi elisam esse, cum sine elisione dicere posset poeta „εἶναι .... Non magis adducar ut σεῖ᾽[h] et ἐμεῖ᾽[i] pro σεῦ, ut Clarkius „edidit, et ἐμεῦ veras lectiones esse credam." — Quibus verbis viri de litteris Graecis ipsoque Homero optime meriti clare indicatur ratio qua

---

a Idem dictum esto de formis *synizesin* passis, qualis est Πηληϊάδεω, § 6 et 8. b § 13. c ϑ 462. d Orphic. 722 sq., a. 1805. Assensus est Spitzn r de versu Heroico 173. e Α 1 Β 27 Ξ 27 ο 157 Ζ 280 Η 373. f Σ 364. g In editione Heyniana, 1802 idem d derat Ernesti in Clarkiana 1764. h Ζ 454. i Ψ 789 ϑ 462.

formae contractae essent defendendae —, si possent defendi. Nam poetis epicis si quis eas vult vindicare, cum Hermanno statuat necesse est formas apertas, quas „distractas" vocabant veteres[a], ob id ipsum inventas esse ut locum deficientis in versu syllabae explerent. „Inventas" scilicet! *ἄνω ποταμοί!*

Haec postquam sunt perspecta, praesto est medela multarum vocum, quibus in tradito textu tributa est forma recentior sive „communis", ut loquebatur Hermannus et diu ante eum locutus est Aristoteles. Sic prisca particula *ἧοσ*[b] passim Musis horrentibus scripta est *ἕωσ* sive iambica vox pro trochaica, ex. gr. in versu passim obvio:

ἕωσ ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν[c].

Nempe ne metrum quidem satis valebat ad talia arcenda! Apertus hic est error *τῶν μεταχαρακτηρισάντων*[d], qui non senserunt litteras *ΗΕΟΣ* aliud significasse in Iliadis Odysseaeve priscis exemplaribus, aliud in Atheniensium monumentis publicis. Attica litteratura hunc errorem peperit, cui et *δείουσ, σπείουσ, σπῆϊ, σπήεσσι, κρειῶν, ἐΰρρεῖοσ, ἀκληεῖσ, ἀκλειῶσ*, aliae vocabulorum figurae insolitae debentur multae[e]. Veteres poetae dixerunt *δϝέεοσ, σπέ(ϝ)εοσ, σπέ(ϝ)εϊ, σπε(ϝ)έεσσι, κρεάων, ἐΰρρε(ϝ)έοσ, ἀκλε(ϝ)έεσ, ἀκλε(ϝ)έωσ*, quae Attice prolata facta sunt *δέουσ, σπέουσ, σπέει, σπέεσι, κρεῶν, εὐρεοῦσ, ἀκλεεῖσ, ἀκλεῶσ*, litteris autem Atticis perscripta in textum carminum epicorum metro invito irrepserunt: *ΔΕΟΣ, ΣΠΕΟΣ, ΣΠΕΕΙ, ΣΠΕΕΣΙ, ΚΡΕΟΝ, ΕΥΡΕΟΣ, ΑΚΛΕΕΣ, ΑΚΛΕΟΣ*. Postea his numerorum mendis infeliciter est medicatum; huic enim medelae debentur formae supra allatae, quae neque epicae fuerunt neque Atticae, neque extare potuerunt unquam. Nam ex primitiva genitivi forma *δ(ϝ)έε(σ)οσ* nata sunt *δέουσ*, quod Atheniensium fuit, et *δέευσ*, quod Ionum; etiam *δεῖοσ* potuisset nasci[f], sed non est natum[g]: — *δείουσ* vero, quod e *δεέεοσ* foret contractum, Graecum esse non potuit, licet Homericum aliquando sit habitum.

Eiusdem pretii sunt *κητώεισ, ὠτώεισ, εὐρώεισ*[h], *φόωσ*[i], *ὅου*[j], *ἀδελφειοῦ*[k], *μυθεῖαι, νεῖαι*[l], alia. Cuiusmodi vitiis verborum praesertim abundat flexio. Ipsi enim poetae cum dixissent: *ἐάω, 'τρόχαον, τροπάουσα*, similia, quae verba in ipsorum lingua vivebant, postmodo haec metro invito in ore cantorum abierunt in formas contractas, quibus in Ionia et in Attica homines tunc utebantur: *ἐῶ, 'τρόχων, τροπῶσα*; priscis autem litteris haec sic sunt indicata: *ΕΟ, ΤΡΟΧΟΝ, ΤΡΟΠΟΣΑ*. Quas litteras in textu car-

---

a Aristot. Poet. 21 sq., supra pag. 31 sq. b § 323[3]. c *Α* 193 al. d Pag. 18 sq. e § 71—73. f „Das durch Ersatzdehnung von ε oder durch Zusammenziehung zweier ε entstandene ē erscheint [in tradito textu carminum epicorum] vor ε und ι als η" Brugmann Indog. Forsch. 1898, 153 sqq. g Signa *se·pe·o·se* Cypr. 31 sq. utrum *σπῆοσ* an *σπέωσ* sint interpretanda incertum. h § 69. i § 71. j § 59. k Ibid. l § 191. Pro *μυθεῖαι* *θ* 180 et *μύθεαι* *β* 202 leg. *μυθέεαι* et *μυθέε'(αι)*.

minum epicorum inventas transscriptores interpretati sunt *εἰῶ*, *τρώχων*, *τρωπῶσα*. metri videlicet peritiores quam priscae dictionis, et talia iam extant in exemplaribus quae ad nos pervenerunt, licet nemo potuerit dicere quae sonorum longorum *εἰ-* et *τρω-* fuisset origo[a]. Nimirum „ob id ipsum a poetis inventi esse credebantur ut locum deficientis in versu syllabae explerent", et poetis quicquid libebat etiam licuisse videbatur[b].

De cognato quodam vitiorum genere infra agetur[c]. Eandem originem habuerunt *γουνοῦμαι* et *αἰδεῖσθαι* pro *γουνῶμαι* (*ΓΟΝΟΜΑΙ*) sive *γουνάομαι*[d] et *αἴδεσθαι* (*ΑΙΔΕΣΘΑΙ*)[e] scripta. Nec non duplices lectiones *σκιόεντα—σκιόωντα*[f], *τροφόεντα—τροφέοντα*[g], *μητιόεντα—μητιόωντα*[h], *ῥυπόεντα—ῥυπόωντα*[i] huc faciunt; nam Attice prolata et Atticis litteris scripta haec adiectiva fiunt *ΣΚΙΟΝΤΑ* cet., quibus signis cum *-οῦντα* tum *-ῶντα* poterat indicari. Et similis fuit sors verborum in textu tradito sic scriptorum: *εἴλει ἐνὶ σπῆϊ*[j] et: *εἴλευν ἐν στείνει*[k]; quae cum litteris vetustis exarantur, fiunt *ΕΛΕΕΝΙΣΠΕΙ* et *ΕΛΟΝΕΝΣΤΕΝΕΙ*[l], — en emicant ipsa poetae verba: (*'ϝ*)*έλλε*(*ν*) *ἐνὶ σπέεϊ* et: (*'ϝ*)*έλλον ἐν*(*ὶ*) *στένεϊ*[m].

Dubium igitur non est quin soni contracti, qui poetis epicis in textu tradito hic illic tribuuntur, dissolvendi sint ubicunque id possit fieri salvis versuum numeris, ad exemplum versuum creberrimorum, ubi poetas non contractis usos esse testatur metrum; potest autem fieri locis longe plurimis, et multis sonos primitivos metrum vel flagitat[n]. *Nomina* quae refragantur, suis locis indicabuntur; *verborum* quorum stirps in sonum *ᾱ* desinit haud paucae formae solvi nequeunt et nonnullae verborum quorum stirps in sonum *η*, sed eiusmodi locis poetae flexione *athematica* videntur usi esse, nulla igitur contractione admissa dixisse *ὅρᾱται* vel *ὅρηται*, *ὁρᾱ́μενοσ* vel *ὁρήμενοσ*, *φιλέντασ*, *ὤρχεντο*, *πονήμενοσ*, similia[o].

§ 8. A contractione specie magis et nomine quam re differt *synizesis*, quae ibi fit ubi vocalis *ε* coniunctim cum vocali contigua intra fines unius syllabae longae cogitur. Metro urgente sic prolatae sunt vocales *εω* genitivorum *ἀλσέων*[p], *ἐριθηλέων*[q], *κερδέων*[r], *πελεκέων*[s], *τευχέων*[t]. Alia, quae eiusdem modi sunt, corrupta videntur: *ἐϋϝεργέων*[u], *στηθέων*[v], *χαλκεῶνα*[w], *ἀστεμφέωσ*[x], *νημερτέωσ*[y], et inutilis fuit synizesis vocis *πυρὶ κηλέωι*[z], nam

---

a § 191. *b* Pag. 26, 31, 66 sq. *c* § 191. *d* Ibid. *e* § 289. *f* *Λ* 157. *g* *γ* 290. *h* *δ* 227. *i* *ζ* 87. *j* *μ* 210. *k* *χ* 460. *l* Ab Attico *εἶλουν*, non ab Ionico *εἴλευν*, nunc est proficiscendum. *m* Levis momenti sunt paragogicum *ν* omissum et *ἐν* pro *ἐνί* scriptum, ut aliis locis sexcentis; de vitiosa forma *ΣΠΕΙ* supra est disputatum. *n* § 2, 14, al. *o* § 195. *p* *κ* 350. *q* *Ε* 90. *r* *ϑ* 164. *s* *τ* 578 *φ* 421. *t* *λ* 554. *u* *δ* 695 *χ* 319, leg. *ἐϋ ϝερκτῶν*. *v* *Κ* 95, leg. *στήθεοσ*. *w* *ϑ* 273, *'βῆ ῥ' ἴμεν' εἰσ χαλκεῶνα*, leg. *'βῆ ῥ' εἰσ χαλκειῶνα*. *x* Leg. *ἀστεμφέσ*, § 319. *y* Leg. *νημερτέσ*, § 319. *z* *Θ* 217 al.

integra adiectivi forma *κηλείωι* alibi in carminibus epicis est usurpata [a]. Poeta dativo *κηλῶι* a nomine *κηλόσ* ducto videtur usus esse, cui suspicioni favet compositum *περίκηλοσ* [b], licet non *ignis* sic dictus sit, sed *lignum*.

Longe plurimae autem formarum, quas carminum epicorum textus traditus exhibet synizesi coartandas, debentur recentiorum socordiae vel audaciae: *-εω* et *-έων* termini 1ae declinationis [c], *Βορέησ* et *Ἑρμέησ* [d], *χρύσεοσ* et similia [e], *-εωσ* in „Attica" quae dicitur flexione [f], *-εα*, *-εοσ*, *-εασ*, *-έωσ*, *-εώ* termini declinationis 3ae [g], *-εασ* et *-έων* termini pronominum [h], *ἠνώγεα* [i], *-εω-* in subiunctivo [j] et in perfecti participio [k], *ἕωσ* et *τέωσ* [l], *Αἰνέᾱσ* [m], *Ῥέᾱ* [n], *ῥέα* [o], *νέα* [p], *θυρεόν* [q], *πλέονεσ* [r], *ἐννεόργυιοι* [s], *ἐννέωροσ* [t], *πλέων* [u], *δενδρέωι* [v], *ἑωσφόροσ* [w], *τεθνεῶτι* [x], *μεμνέωιτο* [y], *χρεώμενοσ* [z], *χρεώ* [a], *θεοί*, *θεῶν*, *θεοῖσιν* [b]. Et prorsus intolerabilia sunt: *-ιασ* et *-ιοσ* tertiae declinationis termini [c], *ὄγδοον* [d], *δᾱέρων* [e], *ἐπηετανόν* [f], *Ποσειδᾱ́ων* (*-δῶν*) [g].

Etiam gravius officit synizesis — si synizesis haec vocanda — in vocum commissura, ubi ut huic licentiae indulgerent poetae, metro non cogebantur; apertis igitur vitiis laborant haec: *Πηλεΐδη ἔθελ'* [h], *μὴ ἄλλοι* [i], *εἰλαπίνη ἠέ* [j], *ὄγχνη, οὐ* [k], *δίσκου οὖρα* [l], *ἐπεὶ οὐ* [m], *ἀσβέστωι· οὐδ'* [n], *ἐμῶι ὠκυμόρωι* [o], *ἢ οὐκ* [p], *ἢ εἰσ* [q], *ἢ εἰπέμεναι* [r], *δὴ Ἀντιμάχοιο* [s], *δὴ ἀντίβιον* [t]. Quae sanabilia sunt fere omnia.

§ 9. Proxime distat *crasis*. Quae a contractione hac re discrepabat quod soni, qui confluebant, non eiusdem vocabuli erant ambo, sed verborum contextu erant coniuncti: a synizesi solo calamo scribentium est distincta.

Fieri autem non potuit ut crasin amaret lingua Homeri a contractione alienior. Nam ubi ne illae quidem vocales concrescunt, quae in uno eodemque vocabulo se contingunt, non est credibile sonos

---

a *E* 744. *b* *ε* 240 *σ* 309. *c* § 55 sq. *d* § 58. *e* § 61. *f* § 62. *g* § 71, 72, 73, 77, 83[9]. *h* § 92 et 99. *i* § 225. *j* § 122. *k* § 160. *l* § 323[3]. *m* *N* 541. *n* *O* 187. *o* *M* 381 *N* 144 *P* 461 *Y* 101, 263 Hes. Oper. 5, § 320[12]. *p* *ι* 283, § 75. *q* *ι* 240, 340. *r* *σ* 247. *s* *λ* 312, leg. *ἐννορόγυιοι*, § 12. *t* *Σ* 351 al., vox originis et potestatis ignotae; leg. *-ορ-*? *u* *α* 183. *v* *Γ* 152 Hes. Theog. 583, leg. *δένδρε'(ι)*, § 83[7]. *w* *Ψ* 226. *x* *τ* 331. *y* *Ψ* 361. *z* *Ψ* 834. a *I* 75, 197, 608 *K* 43, 85 *Λ* 409, 606 *Σ* 406 *Φ* 322 *Ψ* 308 *α* 225 *δ* 707 *ι* 136 *ο* 201, Knight *χρή*. Alibi leguntur *χρειώ* vel potius *χρηώ* (§ 122) et *χρή*. b *Λ* 18 Hes. Theog. 44 *ξ* 251. c § 74. d *η* 261, 287. e *Ω* 769, § 79; leg. *δαὴρ ἢ γάλοοσ ἢ ἐνατέρεσ εὔπεπλοι*? f Hes. Op. 607, leg. *ἐπηετάν'* (*-νά*). g Hes. Theog. 732. h *Λ* 277. i *δ* 165. j *α* 226. k *ω* 247. Sonos metro et interpunctione diremtos confluere iuberi absurdum suo iure vocavit Ahrens de Crasi 15. l L. a. *Ψ* 523. m *N* 777 *δ* 352 (*λ* 249 *τ* 314) *υ* 227. n *P* 89, nota k. o L.a. *Σ* 458. p *E* 349 *I* 537 *O* 18 *P* 450 *Y* 188 *Φ* 396 *Ψ* 670 *α* 298 *β* 312 *ρ* 376 *ω* 115; del. *ἤ* coll. *H* 448 *K* 160 al. neque invitis codicibus. q *E* 466; d l. *ἤ*. r *δ* 682; del. *ἤ*. s *Λ* 138. t *Λ* 386; sed *Y* 220 *ι* 311 *κ* 281 *μ* 330, 399 (?) *ο* 477 (?) *χ* 165 leg. *δ'(ἐ)* coll. *Λ* 131, 340, al., § 328[5].

qui per brevem temporis particulam coniungantur statim confluxuros. Itaque ne paucissima quidem craseos exempla ea, quae praebet traditus carminum epicorum textus, sincera sunt habenda: τἆλλα [a], οὑμόσ [b], ωὑτόσ [c], ὥριστοσ [d], καὐτόσ [e], καὐτή [f], χἠμεῖσ [g], κἀγώ [h], ὡρίγνωτε [i]. Lenibus autem remediis sanari possunt fere omnia.

Alia, quae huius erant generis, pridem correcta sunt; nam quae olim scribebantur ὦλλοι [j], ἐμωυτόν [k], ἑωυτήν [l], ὥλλοσ [m], in codicibus qui ad nos pervenerunt recte habent: ἄλλοι, ἔμ' αὐτόν, ἕ(') αὐτήν, ἄλλοσ. Utrum κἀκεῖθι, κἀκεῖσε, κἀκεῖθεν, κἀκεῖνοσ scribenda essent an καὶ κεῖθι, καὶ κεῖσε, καὶ κεῖθεν, καὶ κεῖνοσ, olim ambigebatur, neque codices hac in re consentiunt [n]; in lingua autem epica huic stirpi sonum ἐ- non esse praemissum demonstratu haud difficile est [o]. In codicibus δήπειτα passim est scriptum [p], sed causa nulla intercedit quominus et δή et ἔπειτα servetur integrum (⏑ ⏑ – ⏑). Idem cadit in voces τἠμῆι, τὠμῶι [q], quae τῆι ἐμῆι, τῶι ἐμῶι potius sunt proferendae.

Particulae ἤν et ἐπήν, ex εἰ + ἄν et ἐπεί + ἄν natae, sive inter craseos exempla sunt referendae sive non sunt, in Iliade vel in Odyssea non sunt tolerandae [r]. Idem dictum esto de verbis quorum praepositio προ- cum vocali sequenti confluxit, ex. gr. προὔπεμψε; nam scribenda sunt προέπεμψε et similia [s].

In Hesiodi carminibus craseos exempla leguntur τὤμισυ [t], κἀκ [u], κεἰσ [v], κἀκεῖνοσ [w], χὠ [x], quorum pleraque versibus firmiter inhaerent. Apud recentiores autem poetas crasis sensim increbruit [y], praesertim in dictione comica, sermonem quotidianum imitata; singulari vero libertate eam admiserunt Theocritus et Herodas Mimiamborum poeta, ex. gr. χὠκ = καὶ ὁ ἐκ [z], χὤγων = καὶ ὁ ἄγων [a].

Ab Ionica dialecto crasin inde a sexto ad minimum saeculo haud alienam fuisse docent nomina τωπολλωνι, ταφροδιτηι sive τηφροδιτηι, similia in lapidibus scripta.

---

a *Α* 465 *Β* 428 γ 462 μ 365 ξ 430 l. a. *Ν* 510. b *Θ* 360. c *Ε* 396. d (*Κ* 539 l. a.) *Λ* 288 *Ν* 154, 433 *Π* 521 *Ρ* 689 *Τ* 413 *Ψ* 536 *Ω* 384 ϱ 416. e *Ζ* 260 *Ν* 734 γ 255. f ζ 282. g *Β* 238. h *Φ* 108, recte l. a. καὶ ἐγώ. Accedunt κοὐ h. Cer. 227, καὐχέινασ Cert. Hom. et Hes. 100, allatum ab Arist. Pac. 1282. i ϱ 375. j *Β* 1 *Κ* 1. k *Λ* 271. l *Ρ* 551. m *Λ* 636. n *Γ* 402 α 260 *Φ* 62 *Ο* 45 al. o § 97. p *Ο* 163 al.; quae etiam *aphaeresis* (§ 11) potest vocari q *Ι* 654 δ 71, § 14. r § 326. s § 131. t Oper. 559. u Theog. 447. v Oper. 44, σε κεἰσ, Hermann καὶ εἰσ. w Oper. 295, leg. καὶ κεῖνοσ. x Theog. 284. ij vHartel Hom. Stud. III 48. z Theocr. I 72. a Herod. Mimiamb. IV 66.

III. De apocope, aphaeresi, syncope.

§ 10. Particularum *ἀνά*, *κατά*, *παρά*, *ἄρα* sonus finalis, qui ante vocales passim obscuratus est[a], etiam ante consonas saepe abest. Quam *apocopen* vocarunt grammatici Graeci, linguam epicam cum suo ipsorum sermone conferentes[b]; sed nulla est causa ob quam decurtatae habeantur voculae monosyllabae *ἄν*, *κάτ*, *πάρ*, *ἄρ*, nam in dialectis Boeotica, Laconica, aliis vulgatissimae fuerunt[c].

Exempla haec sufficient ex epicis carminibus allata:

(πάρ)	*πὰρ ξίφεοσ*	= *παρὰ ξίφεοσ*.	*κὰγ γόνυ*	= *κατὰ γόνυ*.
	παρθέμενοι	= *παραθέμενοι*.	*κὰδ δέ*	= *κατὰ δέ*.
(ἄν)[d]	*ἀγκρεμάσασα*	= *ἀνακρεμάσασα*.	*κὰκ κεφαλῆσ*	= *κατὰ κεφαλῆσ*.
	ἂμ πεδίον	= *ἀνὰ πεδίον*.	*κάλλιπον*	= *κατάλιπον*.
	ἀμβαίνειν	= *ἀναβαίνειν*.	*κὰμ μέσσον*	= *κατὰ μέσσον*.
	ἂμ φόνον	= *ἀνὰ φόνον*.	*καννεύσᾱσ*	= *κατανεύσᾱσ*.
	ἀμμίξασ	= *ἀναμίξασ*.	*κὰπ πεδίον*	= *κατὰ πεδίον*.
	ἀϝϝέρυσαν	= *ἀναϝέρυσαν*[e].	*καρρέζουσα*	= *καταρρέζουσα*.
	ἀλλύεσκε	= *ἀναλύεσκε*.	*καστορνῦσα*	= *καταστορνῦσα*[g].
(κάτ)[f]	*κάτθανε*	= *κατάθανε*.	*κάσχεθε*	= *κατάσχεθε*[h].
	κάββαλε	= *κατάβαλε*.	*κάκτανε*	= *κατάκτανε*[i].

Etiam praepositionum *ἀπό* et *ὑπό* forma monosyllaba in dictione epica vivebat, sed apud Homerum non nisi in verbis *ἀππέμψει* = *ἀποπέμψει*[j] et *ὑββάλλειν* = *ὑποβάλλειν*[k] invenitur.

Praepositionum *ἀνά* et *κατά* forma monosyllaba in editionibus hodiernis non recte scribitur. Nam fert ratio ut coniunctim proferantur *ἀμφόνον*, *ἀμβωμοῖσι*, *καγγόνυ*, similia; sed *ἀμφόνον* si unam vocem efficit, quidni etiam *ἐμφόνωι* et *συμφόνωι*[l], quidni *ἐνιμμεγάροισι* et similia[m]? Si vero divisim, ut fieri iam solet, scribuntur *ἂμ* (vel *ἀμ*) *φόνον*, *κὰγ* (vel

---

a § 13. *b* Pag. 31 sq. *c* Etiam in inscriptionibus Ionicis pedestri sermone conceptis *πὰρ τὰ ἐκγινόμενα* 5434 et *Πάρϝασ* loci nomen 5661. *d* Consona ante gutturales fit *γ*, ante labiales *μ*, sonis *ϝ* et *λ* assimulatur. *e* § 40. *f* Sonus *τ* ante *ϑ* non mutatur, aliis consonis assimulatur, binis opprimitur. *g* *ρ* 32. *h* *Λ* 702.

i *Z* 164. Item *κακτείνηι* *χ* 73 (*ἧμασ κ.*, codd. *ἄμμε κατακτείνηι*), *κακτάμεναι* Hes. Clip. 453. *j* *ο* 83. Item Alcaeus *ἂπ πατέρων* (apud Herod. *π. μ. λέξ.* 36), inscr. Thess. 345[12] *ἀττᾶσ* (= *ἀπὸ τᾶσ*). Praeterea cf. *ἄψ* (= *ἄπ-σε*) § 324[1]. *k* *T* 80. Item *ὑππροτᾶσ* inscr. Thess. 345[43]. *l* Athenienses *εγβολεσ* (= *ἐκ βουλῆσ*), *εστελειλιθινει* (= *ἐν στήληι λιθίνηι*), similia exararunt olim, Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] 81 sqq.; in recentioris autem aetatis monumentis modo *εστηληι* est scriptum, modo *εσστηληι*, modo *ειστηληι* cum soni *ε* productione suppletoria (ibid. n⁰. 833). Sic Zenodotus aliique scribebant *αδδυεται* *N* 225, *ο(λ)λεχοσ* *Λ* 609, *πασσυδιηι* *B* 12, *α(σ)στησων* *K* 32, *α(σ)στησον* *K* 176, *α(σ)στητην* *Λ* 305, *α(σ)στήσεσθαι* *B* 694; similia *E* 104 l. a. *Π* 231 *Ψ* 587, 848 Herod. Mimiamb. VIII 1, 14. Fortasse etiam *ἔσπετε* pro *ἔνσπετε* *B* 484 al. recentioribus debetur, § 149[93]. *m* § 26; ex. gr. *Ψ* 80 *τοιογγαρ* (*τοῖον γὰρ*) est in papyro pervetusta.

καγ) γόνυ, quidni ex auctoritate lapidum vetustorum restituuntur etiam ἐμ φόνωι, σὺμ φόνωι, τὴμ πόλιν, τὴγ κούρην, alia quae huiusmodi sunt plurima? Nam quam libere Graeci consonas finales assimulaverint docent ὀπόκα τιλ (= τισ) λῆι, πατρὸδ δῶντοσ (= πατρὸσ ζῶντοσ), similia in lege Gortynia exarata.

Sed longius haec discedunt a ratione hodierna; quapropter alia via fortasse ineunda. Nam si consona finalis praepositionum ἄν et κάτ non nisi *in compositione* mutetur, regnabit aequabilitas, quae nunc aegre desideratur. Itaque ἂν φόνον, ἂν βωμοῖσι, κὰτ γόνυ, κὰτ κεφαλῆσ, κὰτ πεδίον scripta malumus. Vetusti vero grammatici sonos ν et τ vicinis assimulari iusserunt[a]; sed utrum coniunctim scriptum ἀμβωμοῖσι an divisim ἀμ (ἂμ) βωμοῖσι melius congruat cum illorum opinione, vana haec est quaestio, quoniam scriptio continua tunc regnabat[b]. Eidem autem viri docti probarunt lectiones ἀνξηράνηι[c], ἀνλέξαι[d], ἀνλύεσκον[e] „διὰ τοῦ ν". Tam incerta et fluitantia haec sunt omnia.

At cum ea quam tetigimus quaestione cohaeret alia, quae aliquanto maioris est momenti et multo latius pertinet. *Truncatas* prisci grammatici ducebant particulas ἄν, κάτ, πάρ, ἄρ: non nisi iis igitur locis agnoscebant ubi sequebatur *consona*. At integras fuisse modo vidimus: sequitur ut rogemus quidni et ante *vocales* fuerint usurpatae? Qua de re cum interrogantur lapides, qui soli sunt testes locupletes, quia vocales elisione obscuratae in his non solebant omitti[f], apparet praepositionum formas disyllabas *vix unquam* ante vocales esse usurpatas[g]. Parum igitur firmi fuerunt praepositionum soni finales -α, -ι, -ο et sine detrimento poterant abici. Abici? immo: non addi. Et in *compositione* certe illarum vocalium nulla fuisse vestigia inter omnes constat: nonne igitur melius est dicere, eas inde ab initio ne adfuisse quidem? non e παρα-ἔχω sive παρ'-ἔχω natum esse παρέχω, sed integras ambas voces iuxtapositas in unum verbum coaluisse, παρ et ἔχω? Sic demum intellegitur cur sonus -ι ab elisione posteriore certe aevo alienus[h] non obstiterit quominus diceretur ἀντέχω vel ἐπέχω.

---

a Schol. Θ 441 ε 156 ε 329 sq. *b* Aliena ab hac quaestione sunt Herodiani haec verba (schol. Θ 441, Et. M. 81, 15): „ἀμβωμοῖσι] Ἀρίσταρχοσ δύο μέρη λόγου παραλαμβάνει „καὶ προπερισπᾶι. λέγει γοῦν καὶ ἀλλαχοῦ· χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν (η 100). „χρὴ μέντοι γινώσκειν ὅτι διὰ τοῦ μ γράφεται κἂν παράθεσισ ἦι, ὁμοίωσ τῶι· ἂμ φόνον ἂν νέκυασ (Κ 298)". Aristarchus obloquebatur iis qui dativum illum a nominativo inaudito ἀμβωμόσ vel ἀμβών repetebant. *c* Φ 347. *d* Φ 321. *e* τ 150. *f* § 13.

g Ad praepositionem περί haec non spectant, cuius sonus finalis non elidebatur. Quamquam in Aeolica et Dorica dialectis πέρ etiam ante consonas dictum est saepe, ex. gr. Pind. Ol. VI 65 inscr. Cypr. 60[27] Thess. 345[17,40] El. 1149 Epigr. Kaibel 870, nomina Περκλειδᾶσ Dor. 4533, Περκλῆσ n43, Πέρκαλοσ et Περφερήσ Herodot. VI 65 IV 33, et in Hesiodi Theogonia περί bis est elisum: περίαχε vs. 678 (nisi Schulzio est assentiendum περί-ϝαχε interpretato, § 41 s. v. ϝιϝάχω), περοίχεται vs. 733. Etiam alia, quae Doricae dictionis fuerunt, apud Hesiodum leguntur, § 57 et 60. Quae vero comicis Atticis tributa sunt περ-ιέναι et περ-ιών, debentur erroribus librariorum. *h* § 13.

Ergo ratio eo ducit ut aut *παρεμοί* scribatur uno tenore, quemadmodum scribitur *παρέχω*, aut *πὰρ ἐμοί*. Quae vero scribi iam solent *παρ' ἐμοί* et similia, non sunt probanda; non enim est cur arbitremur in Graecorum ore inter sonos -*ρ* et *ἐ*- vocalem furtivam sive vocalis aliquod vestigium intercessisse.

Huc igitur res redit: brevior praepositionum forma in carminibus epicis cum ante *consonas* tum ante *vocales* saepe est usurpata, recentiore vero aevo non nisi ante vocales, *elisione* autem imminuta eiusmodi locis creditur perperam; Graeci enim dicebant *ἀπ αὐτοῦ*, *ὑπ αὐτοῦ*, quemadmodum Romani dixerunt *ab ipso, sub ipso*.

§ 11. Coniunctionis *ἄρ* sive *ἄρα* tertia in dictione epica extabat forma *ῥα*, quae enclitica erat et monosyllabis potissimum vocibus subiungebatur[a]. *Aphaeresin* passa esse dicitur, abrepta igitur esse vocalis prior; sed *metatheseos* potius quae vocatur praebet exemplum[b]. Composita sunt *γάρ*[c], *αὐτάρ* sive *ἀτάρ*[d], particula posthomerica *ἆρα*[e].

Secunda figurarum, quas huic particulae tribuit textus traditus, *ἄρα*, *ἄρ'*, *ἄρ*, *ῥα*, *ῥ'*, melius careat apostropho propter ea quae sunt dicta.

Particula *ἕνεκα* aphaeresin est passa in adverbiis *οὕνεκα* et *τούνεκα*[f]. De verborum *augmento* aphaeresi obnoxio dicetur infra[g].

§ 12. In nonnullis vocabulis brevis sonus metro urgente, praesertim *initio versuum*, a poetis est suppressus[h]; quae dicitur *syncope*. Sunt haec:

τίπτε[i] = *τί ποτε*.
πρόχνυ[j] = *πρόγονυ*.
γνύξ[k] = *γονύξ*.
γλακτοφάγων[l] = *γαλακτοφάγων*.
πλοχμόσ[m], sed et *πλόκαμοσ*[n].
πότνα[o] = *πότνjα*, sed et *πότνια*[p].
κεινόσ[q] = *κενϝόσ*, sed et *κενε(ϝ)όσ*[r].

Etiam verbum *φέρτε*[s] huc facit, syncopen tamen non passum.

Similis fuit origo nominum sequentium, quae et epicae dictioni firmiter inhaerent et postea in ore Graecorum partim permanserunt:

---

a Exceptis *Ε* 15 *Δ* 249 *Ν* 410 *Ξ* 511 *Π* 820 *Ρ* 200 *Χ* 400 *ο* 60 *χ* 408 *ψ* 501 h. Ap. 190; monosyllaborum instar erant *ὅττι* et *ἐπεί* (*ὅ-τι* et *ἐπ-εί*), E. Hiller Herm. 1886, 563. *b* § 39. *c* *γε-ἄρ*. *d* *αὖ-τε-ἄρ*, § 325². *e* *ἦ-(ἄ)ρα*. Particulae *ἦ ῥα* coniunctim sic sunt usurpatae *Δ* 82 *Ε* 421 al., Monro Hom. Grammar² 316. Et apud Ionicos poetas *ἦρα* hic illic invenitur scriptum. *f* *οὗ-* et *τοῦ-ἕνεκα*, § 318¹¹. *g* § 130. *h* Pag. 48. Ad horum versuum exemplum poetae Latini fecerunt hexametros a proceleusmatico (⏑́⏑⏑⏑) incipientes, ex. gr. *capitibu'* Ennius apud Gellium XIII 20 § 13, Vergilius Aen. VIII 599 XII 905. Cuiusmodi foret: *τίποτε δεδάκρυσαι* vel: *πρόγονυ καθεζομένη*. *i* § 99. Etiam sono *ε* eliso *τίπτ'*, *τίφθ'*. *j* *Ι* 570 *Φ* 460 § 69. *k* *Ε* 68, 309, 357 *Θ* 329, 355 *Υ* 417. *l* *Ν* 6. *m* *Ρ* 52, pag. 75 *b*. *n* *Ξ* 176 et in compositis *ἐϋπλόκαμοσ* al. *o* *ε* 215 *ν* 391 *υ* 61 h. Cer. 118. *p* *Λ* 357 al. *q* *Γ* 376 *Δ* 160 *Ο* 463. *r* *Β* 298 al., § 63. *s* *Ι* 171, § 145.

κελαινεφήσ = κελαιν<ον>εφήσ [a].
θάρσυνοσ = θάρσ<οσ>υνοσ.
ξύλοχοσ = ξύλ<ολ>οχοσ.
ἁρματροχιή = ἁρματ<οτ>ροχιή.
τράπεζα = τ<ετ>ράπεζα.
τρυφάλεια = τ<ετ>ραφάλεια [b].
αἰγυπιόσ = αἰγ<ιγ>υπιόσ.
μώνυχεσ = μ<ον>ώνυχεσ [c].
κάμμοροσ = κάκ<ο>μοροσ [d].
ϝεκάτερθε(ν) = ϝεκάτερ<ω>θεν [e].
μιαιφόνοσ = μιαι<νο>φόνοσ.
αἱμοφόρυκτοσ = αἱμ<ατ>οφόρυκτοσ.
αἰπόλοσ, αἰπόλιον = αἰ<γι>πόλοσ, -πόλιον [f].

Extra Iliadem et Odysseam inveniuntur, quae eiusdem sunt generis, ἀμφορεύσ *amphora* = ἀμφ<ιφ>ορεύσ [g], Παλαμήδησ = Παλαμ<ημ>ήδησ, Ἀτλαγγενήσ = Ἀτλαν<το>γενήσ [h].

Syncopen passum non est priscum nomen Μολίονε [i], quod fuere qui perperam olim interpretarentur Μολίον<ιον>ε sive *Molionae filios* [j].

Syncopae est opposita quae nomine parum apto vocata est soni brevis (ε, rarius α vel ι vel ο) *epenthesis* sive *insertio* post vel ante consonam liquidam. Stirpium, quae ita *auctae* esse dicuntur, cum amplior tum brevior forma olim extitit, utra autem natu sit maior, id quaerere prudentis non est hominis [k]. Rei haud rarae haec sufficient exempla:

λγ: ἀλέγω, δυσ-ηλεγήσ, ἀλεγεινόσ.
ἄλγοσ, ἀργαλέοσ (= ἀλγαλέοσ).
λκ: ἀλέξω, ἀλέξασθαι.
ἀλαλκεῖν, ἀλκή, ἄλκιμοσ.
μν: ποιμαίνω, ποιμήν.
ποίμνη.
νθ: ἀνήνοθε.
ἄνθοσ.

---

a A voce φάοσ temere repetebat Herodianus, Et. M. 502, 2. *b* Simile est τετράφαλοσ *M* 384 *X* 315. An cognatum est κεκρύφαλοσ *X* 469? *c* Quia μοῦνοσ vetustior fuit adiectivi forma quam μόνοσ, § 38, hanc effecisse priorem epitheti partem negans Doederlein interpretatus est ὁμ-ώνυχεσ, de Saussure autem σμ-ώνυχεσ (= σεμ-ώνυχεσ); sed neque stirpis ὁμο § 98 neque stirpis σεμ § 91 in aliis compositis haec fuit vis, Kühner—Blass I 285. *d* Vox καμμονίη = κατ(α)μονίη sono tantum est similis. *e* § 20. *f* A ficta stirpe ἀϝι = ὀϝι (*ovis*) has voces et nomen τοῦ αἰγυπιοῦ sive *gypaëti barbati* fuere qui repeterent — cur? Mirumne videri potest homines monticolas capellarum magis quam ovium habuisse rationem? *g* ἀμφιφορεύσ *Ψ* 92 al. *h* Hes. Oper. 383, codd. -λαγενέων. *i* *Λ* 709 al. *j* Matris nomine filios in dictione epica non fuisse designatos docuit Aristarchus, schol. *Λ* 709, 750. *k* Similis est vocalis furtiva vocum latinarum *Alcumena*, *Aesculapius*, *Alexander*, *mina*, vel nostratium *vergefelijk*, *koren*. Etiam Ionica vocabula Ἀφροδίτηι inscr. 5765, Δοροπίδησ n8 II. A82, σπλάγχανα n36 huc faciunt.

νρ: ἀνέρος, ἀντιάνειρα, ἠνορέη.
ἀνδρός, ἀνδροφόνος.
ρχ: ὀρέγω, ἐννορόγυιος[a].
ὄργυια.
ρπ: ἐρέπτω.
ἅρπυια, ἁρπάζω.
κλ: κέλομαι.
ἐκέκλετο.
τλ: ταλάσσαι, τάλᾱς, ταλαϝεργός, τελαμών, τολμάω.
ἔτλην, τλήμων, πολύτλᾱς.
δμ: δάμνημι, δάμαρ, ἀδάμαστος.
δμώς, ἀδμής.
φν: φόνος, φονεύς.
ἔπεφνον, φατός (= φυτός).
τρ: ταράξαι.
τρηχύς, τέτρηχε.

Etiamne vox πλοχμός sive πλόκαμος, cuius supra facta est mentio[b], huc est referenda? Poterat forma disyllaba a stirpe verbi πλέκειν sine vitio duci addito suffixo -μος[c], in trisyllaba autem forma, quae multo magis usitata fuit, sonus α abundat. Atqui sic πλογμός erat dicendum, ut πυκνός et πυκινός sunt dicta; *adspiratio* autem soni gutturalis si ipsi debetur poetae, *syncopes* fuit indicium[d].

Infinitivi suffixum -μεναι haud raro omissa vocali ε in -μναι sive -ναι abiit, ex. gr. δόμεναι—δόμναι sive δοῦναι[e].

Etiam *participiorum* suffixum -μενο -μενα hic est commemorandum[f], cuius forma brevior -μνο -μνα agnoscitur in vocibus epicis βέλε-μνον[g], κρή-δε-μνον[h], ἀ-τέρα-μνος[i], ν-ώνυ-μνος, ἀ-πάλα-μνος, μέρι-μνα, πλή-μνη, aliis.

Denique cohaeret *metathesis* quae nomine parum apto vocatur; qua de re dicetur infra[j].

IV. De elisione.

§ 13. Sonos finales poetae epici saepissime *eliserunt* sive ante vocalem nihili fecerunt; non solum vocales -ᾰ, -ε, -ο[k], qui mos et postea in poesi Graeca permansit, sed etiam:

vocalem -ι,

---

a λ 312, codd. ἐννεόργυιος, § 8. b Pag. 73 m. c § 129. d § 161. e § 125.

f Aliena hinc sunt ἐρεμνός (ex ἐρεβ-νός, ut ἐρεβεννός ex ἐρεβεσ-νός) et ἐραννός (ex ἐρασ-νός, ut ἐρατεινός ex ἐρατεσ-νός). g § 258. h § 82[1] et 198. i Primitus ἀ-τερ-μνος, a stirpe verbi τείρω, ut ἀτειρής. j § 39. k De vocali -ο elisa § 57, 59, 92, 117, de eliso praepositionum sono finali § 10.

diphthongum -αι suffixorum verbalium -μαι, -σαι, -ται, -νται sive -αται[a], -μεναι[b], -σθαι,

diphthongum -οι pronominum μοι, σοί sive τοι, ϝοί[c],

terminos -ε(ν)[d] et -ι(ν)[e], neglecto sono ν sive nativo sive adventicio[f].

Cunctos qui in carminibus epicis elisione suppressi sunt sonos finales indicare longum et inutile, sed de elisis sonis -ι, -αι, -οι nonnulla sunt dicenda[g].

Sonus -ι in recentiore lingua perraro est elisus[h], saepissime vero in carminibus epicis, quae non nisi in voculis περί[i] et τί (τι, ὅττι)[j] stabilem habebant. Notatu autem dignum praesertim est elisum iota finale *dativi singularis*. Quae vocalis in epica dictione *anceps*[k] modo est elisa, modo ante vocalem correpta, perinde atque diphthongi -αι et -οι[l].

Elisus in carminibus vetustis invenitur sonus finalis dativorum sequentium: ἀσπίδι[m], κερκίδι[n], δαιτί[o], Αἴαντι[p], δαμέντι[q], ἐλθόντι[r], ἤματι[s], ἴθματι[t], ὄρνῖθι[u], μάστῖγι[v], κήρῡκι[w], λιπί[x], αὐχένι[y], θῖνί[z], Ποσειδάωνι[a], ἀστέρι[b], θυγατέρι[c], Ἕκτορι[d], χειρί[e], Ὀδυσῆϊ[f], Ἴσχυϊ[g]. Qualia et apud recentiores hic illic extant[h]. Addendi autem sunt dativi in -αϊ vel in -εϊ desinentes[i], ex. gr. δέπαϊ, ὑπερμενέϊ, ἔγχεϊ, πόλεϊ, πήχεϊ, qui multis locis thesin obtinent ante vocalem[j]. Cuiusmodi locis ut servetur mos qui nunc regnat in orthographia, iota finale exarandum non est, sed apostrophi signo indicandum. Nihil autem novatur ita scribendo, quoniam olim oculis non potuit effici utrum exemplarium vetustissimorum litterae ΕΓΧΕΙΑΧΑΙΩΝ, ut hoc exemplo utamur, interpretandae essent ἔγχει Ἀχαιῶν an ἔγχε(ϊ) Ἀχαιῶν. Tunc enim etiam quae voce declamantis

---

a § 119. *b* § 125. *c* § 92. *d* Suffixum -θεν § 47 sonum -ν in *adverbiis* mobilem, in *nominibus* stabilem habebat. *e* Suffixi -φι(ν) § 46 iota non nisi in adverbio νόσφ'(ι) Υ 7 est elisum. Exceptis pronominibus σφι(ν), ἄμμι(ν) sive ἧμι(ν), ὔμμι(ν) sive ὗμι(ν) et verbo ἐστί(ν) syllabam -ι(ν) semper anteit *sigma*. *f* Sono -σ sic neglecto syllaba finalis adverbii τοσσάκι(σ) elisa est λ 586, τοσσάχ' ὕδωρ, § 31. *g* Mnemos. 1885, 188 sqq., Menrad de Contractione 71 sqq. *h* Tunc enim non nisi vocum ἐστί et ἔτι iota elisionem patiebatur. Alienae hinc sunt praepositiones ἐπί, ἀντί, ἀμφί, pag. 72 *h*. *i* § 316. *j* § 103. *k* § 15, 18 sq., 65. *l* § 14 sq. *m* Γ 349 Ρ 45 Η 272. *n* ε 62. *o* Δ 259. *p* Δ 544, 589. *q* Π 854. *r* β 250. *s* Π 385. *t* Ε 778, an -τα? *u* Κ 277. *v* Ψ 500, codd. μάστῖ (μάστῖγῖ, μάστῖγα) δ', sed μάστῖγα et μάστῖγι sunt vs. 510, 642 et passim. *w* Ρ 324. *x* λίπ' ἐλαίωι, Κ 577 al.; a quorum locorum contextu alienus est accusativus λίπα, qui legitur Thuc. I 6 § 5 et in Hippocrateis. *y* Ν 289. *z* Ψ 693. a Ω 26. b Ε 5. c κ 106 ο 364. d Μ 88 Ψ 64. e ι 302 τ 480. f ε 398 ν 35 (l. a. ο 157), § 76. g H. Ap. 210. h Ex. gr. Hes. Theog. 970 Ἰασίων'(ι) ἥρωϊ, Anacr. fr. 17 παῖδ'(ι) ἁβρῆι, Pind. Isthm. II 12 ἀγνῶτ'(ι) ἀείδω, Sophocl. (?) epigr. Athen. 604 *f* σοὶ δὲ φιλοῦνθ' (-ντι) ἑτέραν, Mosch. IV 85 ἐμῶι ὑπὸ ἤπατ'(ι) ἔχοισα, CIA. 373 Παλλάδ'(ι) Ἀθηναίηι, Kaibel Epigr. 26 σώματ'(ι) ἐκείνων, 53 γυναικ'(ί) ἐσθλήν. i A nominibus quorum nominativus desinit in -ασ, -ησ, -οσ, -ισ, -υσ, § 71—75. j Menrad de Contractione 71 sqq.; sexaginta fere sunt versus ceteris autem frequentiores sunt dativi quorum nominativus desinit in -οσ, ex. gr. ἔγχει, Δ 307 Η 289 Κ 348 Λ 484 Ξ 38, 403, 483 Ρ 465 Τ 49, 218 Χ 271 κ 170 ξ 220

premendae erant vocales, a scribentibus suo signo indicabantur. In vocalibus -α et -ε inconstantiam aliquam testantur inscriptiones[a], sed ei soni, quorum rarior erat elisio, vix unquam a lapidariis vel librariis sunt omissi. Etiam in epicorum igitur carminum exemplaribus hic mos regnavit primitus, et clara eius vestigia apparent ex. gr. in libri *Υ* quodam versu[b], ubi olim fuit *ΣΑΚΕΙΕΛΑΣΕΟΒΡΙΜΟΝΕΓΧΟΣ*, quas litteras alii interpretati sunt: *σάκεϊ ἔλασ' ὄβριμον ἔγχοσ*, alii: *σάκε'(ϊ) ἤλασεν ὄβριμον ἔγχοσ*. Eadem causa effecit ut e litteris *ΗΥΙΕΜΩΙΩΚΥΜΟΡΩΙ* sive *υἷ'(ϊ) ἐμῶι ὠκυμόρωι* nasceretur lectio *υἱεῖ ἐμῶι ὠκυμόρωι* propter sonorum -ωι ὠ- synizesin vel crasin intolerabilis[c], et e litteris *ΑΣΠΙΔΙΕΝΙΧΡΙΜΦΘΕΙΣ* sive *ἀσπίδ'(ι) ἐνιχριμφθείσ* fieret *ἀσπίδι ἐγχριμφθείσ*[d].

Etiam Aristarchus integros perscribebat multos sonos elisione premendos, ex. gr. *κήρυκι 'Ηπυτίδηι*[e], quod hodie quoque legitur in codicibus, quemadmodum in vetusto quodam epigrammate exaratum extat:

ΚΗΡΥΚΙΑΘΑΝΑΤΩΝΕΡΜΗΙΣΤΗΣΑΜΜΕΑΓΟΡΑΙΩΙ[f].

Herodianum autem in errorem pertraxit prisca haec ratio scribendi, pro *dactylo* enim habebat vocem *κήρυκι*.

Etiam sequentia vocabula ab Aristarcho integra sunt scripta: *δαμέντι Ἀχιλῆοσ*[g], *κανόνεσσι ἀραρυῖαν*[h], *ἐλκήσουσι αἰκῶσ*[i], *εἶσι ὑόμενοσ*[j], *δειλέ, ἦ*[k], *δειλέ, οὐ*[l], *Σῶκε, 'Ιππάσου*[m], *ἀκέοντε, ἄλλοι*[n], *τε, ὅ*[o], *τε ὥσ*[p], *οὔτε ἁλιῶσαι*[q], *ἑλόντε ἀγέμεν*[r], *εὕδοντε ἐν*[s]. Ergo sonum finalem *ἐκ πλήρουσ* scribebat ubi sequebatur *interpunctio* vel *spiritus asper* et ubi in errorem lectores inducere potuisset omissus. Non enim iis solis qui laudati sunt locis hanc rationem secutus esse censendus est, sed et aliis qui sunt similes, licet scholia quae ad nos pervenerunt ibi taceant[t].

Neque in exemplaribus quae aetatem tulerunt frustra quaeruntur vestigia priscae huius rationis scribendi[u], ex. gr.: *δαιτιοτε* (*δαιτὶ ὅτε*)[v], *θεινιενι* (*θινὶ ἔνι*)[w], *κεκαλυπτοοδαρ* (*'κεκάλυφθ', ὃ δ' ἄρ'*)[x], *αστεριοπωρινωι* (*ἀστέρ' ὀπωρινῶι*)[y], *δῶκε δέ μοι ἐκδείρασ*[z]. In omnibus autem legitur:

ἑσσυμένωσ ἐπένοντο καὶ ἐντύνοντο ἄριστον[a],

servatum felici errore librariorum non sentientium hunc versum *σπον-*

---

a Ex. gr. *νεσθεεπ* | *ιπραγμαγαθον* sive *νεῖσθε ἐπὶ πρᾶγμ' ἀγαθόν* CIA. I 463, *σαματοδεαρνιαδαχαροποστονδολεσεναρεο* sive *σᾶμα τόδε Ἀρνιάδα· χαροπὸσ* (aut: *Ἀρνιάδα Χάροποσ·*) *τόνδ' ὤλεσεν Ἄρησ* Corcyr. 3189. *b* *Υ* 259. *c* *Σ* 458, § 8. *d* *Η* 272. *e* *Ρ* 324.

f Kaibel Epigr. 772 (CIG. 2156). *g* *Π* 854. *h* *Ν* 407. *i* *Χ* 336.

j *ζ* 131. *k* *Λ* 441. *l* *Λ* 452. *m* *Λ* 450. *n* *ξ* 195. *o* *Χ* 470.

p Schol. Genev. *Β* 330. Sic in vetusta inscriptione arae Crisaeae legitur *ΤΕΘΟΣ*, Phoc. 1537 (IGA. 314). *q* *ε* 104. *r* *Α* 323. *s* *ο* 5, Ludwich Arist. I 610.

t La Roche Textkritik 396 sqq., Friedländer Nicanor 126 sqq. *u* Multa, quae sunt huiuscemodi, praebet papyrus Herodae vel papyrus Orestis Euripidis, in qua leguntur: *χαιρεουγαρ, μητεραωσ, κατηγγυησαεταιρειαν, ομμαομιλιασ, εβουλευσαων*, Nicole Revue de Philol. 1895, 105—108. *v* *Δ* 259 pap. 136. *w* *Ψ* 693 pap. 128 (*ει* et alii olim).

x *Ν* 192 pap. 732 al. *y* *Ε* 5 Ambr. *z* *κ* 19 GFP. a *Ω* 124.

δειάζειν[a]; nam poetam vocalem -ο elisione supprimi voluisse docent hiatus et longus vocabuli ἄριστον sonus initialis. Eidem causae debentur: ἐτάνυσσα ἱμάντα, quod ἐτάνυσσ' est proferendum[b], τέξεις (τέξεαι) ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ | ἀθανάτων, in quo versu non confluxerunt voces ἐπεὶ οὐκ[c], sed vocis τέκνα alpha finale elidi voluit poeta[d], ἶσα ὄρεσσι, cuius adiectivi elisio non agnita effecit ut mutilaretur substantivum, nam primitus fuit ισαορεεσσι sive ϝῖσ' ὀρέεσσι[e].

Idem cadit in vitium tribus Odysseae locis obvium: ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο (bis) et: ἐθέλω σε φέριστε περὶ ξείνοιο ἔρεσθαι[f]. Ubi certum erroris indicium habet hiatus inter sonos -ο et ἐ- non expletus, certum autem remedium praebet alius eiusdem carminis versus in voces ἠδ' ἐρέεσθαι excurrens[g]. Scribenda igitur sunt ἀποιχομένοι' ἐρέοιτο et ξείνοι' ἐρέεσθαι. Pervetusti autem hi errores sunt; nam prisci grammatici si -οιο ἐρέοιτο et ἐρέεσθαι in libris invenissent scripta, haud taciti hos versus dimisissent, sed -ου ἐρέοιτο et -ου ἐρέεσθαι iussissent scribi, quoniam genitivi terminus -οιο in -ου iis — ut multis saeculis post Godofredo Hermanno — mutandus videbatur potius quam elisione decurtandus[h].

Etiam verbis κενὰ εὔγματα εἰπών[i] ea quae dicta est causa vitium intulit, metro et lingua epica invitis[j]. Quid esset scribendum dudum senserant critici: ecce lectio sincera inventa est in optimo codice accuratius explorato: κενεὰ εὔγματα sive κενέ' εὔγματα.

Plura quae huius sunt generis possunt afferri[k]; sed redeundum est illuc unde digressi sumus. Iota dativi finale in carminibus epicis saepe est elisum, ἐκ πλήρους autem eiusmodi locis olim fuit scriptum: ergo nostrum est statuere utrum poeta dixerit ἔγχει Ἀχαιῶν an ἐγχε'(ϊ)[l], κέραι ἀγλαέ an κέρα'(ΐ)[m]. Itaque Buttmanni verbis: „ei qui γῆρα' pro γήραι scribat[n] etiam σάκε' et τεῖχε' pro σάκει et τείχει scribenda esse", quae La Roche eo consilio olim attulit ut evinceret haud probandum esse γῆρα'(ϊ) vel κέρα'(ΐ) elisum[o], ita potius utemur ut et has formas poetis epicis vindicemus et illas[p]. Et nonnullis certe locis veteres habemus praeeuntes[q].

---

a Pag. 44 sq. b ψ 201. c § 8. d λ 249. In uno certe codice scriptum est τέκν', fortasse in pluribus. e γ 290. Correxit Bentley: in schedis delituit emendatio. Toto saeculo interlapso in sua editione id scripsit Knight: nemo aurem praebuit. Post alterius saeculi partem dimidiam tertius ita scribi iussit vHerwerden. f α 135 γ 77 α 405. g ζ 298. h Pag. 66 et § 59. i χ 249. j § 38. k Ex. gr. δαινυταιευφρων sive δαίνυτ' εὔφρων Ο 99. Sed eorum locos nonnullos eadem causa depravatos tetigit Cobet N.Lect. 192. l Η 289. m Λ 385. n λ 136 ψ 283. o La Roche Textkritik 297, Bekkero (Hom. Blätter 43) assensus. p Sic Barnes, Wolf, Knight, Roehl, Fick, Menrad. Pro Ἄρει sive Ἄρηι Φ 112, 431, § 73 leg. Ἄρη'(ΐ) ad exemplum dativi Ὀδυσῆ'(ϊ) duobus locis traditi, pag. 76 f, pro Πυθοῖ θ 80 leg. Πυθό'(ΐ). q Η 95 l. a. τεῖχε', quod in scholio male suppletum est τείχει culpa librariorum; Ψ 81 τεῖχε' L, κ 170 ἔγχε' k, γ 245 γένε' omnes, Κ 348 ἔγχεϊ (= ἔγχε') ἐπαΐσσων A.

Quae postquam perpendimus, a poetae dictione aliena videri non possunt quae sequuntur: *ἐν δὲ λέβητ'(ι) ἔπεσε κνήμη*[a], *λαμπετάοντ'(ι) ἐϝεϝίκτην*[b], *ἐνὶ χείρ' (χειρὶ) ἐτίθει*[c], *θώρηκ(ι) ἐπελάσθη*[d], similia; cuiusmodi locis in exemplaribus manuscriptis augmentum est omissum. Ad quod commendandum plus quam prolixae commentationes valet hic versus caesura post 4um trochaeum in codicibus deturpatus:

'θρέψα τε καὶ ἀτίτηλα καὶ ἀνδρὶ | πόρον παράκοιτιν[e],

ubi poeta dixit *ἀνδρὶ ἔπορον* sive *ἄνδρ' ἔπορον*.

Aliis quoque locis mendum intulit iota elidendum: *Πυθῶν'(ι)* abiit in *Πυθοῖ*[f], *τιν'(ί)* in *τοι* vel *τεωι*[g], *ἐσσί* in *εἰσ*[h].

Venimus ad diphthongum *-αι*. Quae in verborum terminis *-μαι*, *-σαι*[i], *-ται*[j], *-νται*[k] sive *-αται*, *-μεναι*[l], *-σθαι* passim est elisa, ex. gr.: *βούλομ'(αι) ἐγώ*[m], *ἧσ'(αι) ἀλλοφρονέων*[n], *γνώσετ'(αι) ἔπειτα*[o], *κείσοντ'(αι) ἐν*[p], *ἧατ'(αι) ἐνὶ*[q], *ἀκουέμεν'(αι) αἴ κ' ἐθέλῃσθα*[r], *ἔρχεσθ'(αι) οὐ*[s].

Infinitivi aoristi activi terminus *-σαι* elisione nunquam est pressus[t], neque syllaba *-αι* nominativi pluralis[u].

Diphthongus *-οι* a posterioribus non elidebatur, epici vero poetae libere elidebant pronomina *μοι*, *σοί* sive *τοι*, *ϝοι*[v]. Elisum *μοι* textus traditus praebet ex. gr. in hoc versu:

ὅσ μ'(οι) ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσηι[w].

Quae licentia postea permansit interiectioni *οἴμοι*[x], et locutio *οὔ μ' ἀρέσκει* sic videtur interpretanda[y].

Secundae personae dativum *σοί* elisione deminutum ostendit hic versus:

οὐδὲ σ'(οὶ) ὀΐω
ἐνθάδ' ἄτιμοσ ἐὼν ἄφενοσ καὶ πλοῦτον ἀφύξειν[z].

---

a κ 469. *b* Λ 104. *c* Λ 585. *d* E 282. *e* Ω 60, pag. 54 *h*.
f Ι 405. *g* § 99. *h* § 302. *i* § 117. *j* Diphthongus *ἐκ πλήρουσ* olim perscripta errorum causa fuit Z 149 Ω 554 η 204 κ 10 λ 221 h. Ap. 20. *k* Vitium hinc natum μ 43. *l* § 125. *m* Α 117. *n* Ο 245. *o* Θ 17. *p* Χ 71.
q Β 137. *r* μ 49. *s* Θ 400. *t* Φ 323 leg. *τυμβοχόησ*, non *τυμβοχοῆσ'(αι)*.
u Errori debetur *ὀξεῖ'(αι) ὀδύναι* Λ 272. *v* Mnemos. 1885, 188—215. *w* Z 165. Item Ι 673 Κ 544 Ν 481 Π 207 (nisi *μ'(ε)* illic dixit poeta) Ρ 100 Τ 213 (l. a. *τό μοι*, § 96) Ψ 579 δ 367 κ 19 (codd. *δέ μοι ἐκδ.*, pronomine *ἐκ πλήρουσ* perscripto, ut in IIIi saeculi epitaphio Kaibel 95: *οἷασ χάριτάσ μοι ἀπέδωκαν*) ψ 21. *x* Ar. Ach. 590 et passim, Soph. Ai. 354, 587 Ant. 320, 1270. *y* Ar. Ach. 189 al.; oblocuti sunt vHerwerden et Blass, antiquitus enim verbum *ἀρέσκειν* adscivisse accusativum. At non idem valebant *ἀρέσκει με* sive *placat me* et *ἀρέσκει μοι* sive *placet mihi*, ut passim dixit Aristophanes.
z Α 170. Ad Z 164 Aristarchus annotabat: *ὅσ μ'] ἀντὶ τοῦ μοι, ὡσ „οὐδὲ σ' ὀΐω."* Ubi Thiersch infeliciter *οὐδὲ σοὶ οἴω*. In vetustissimis libris scriptum fuit *σοιοιω* sive *σ'(οι) ὀΐω*, § 292*; postea vero in libris litteras *σοιω* reppererunt qui pronomen perperam interpretati sunt *σε* (schol.). Emphasis autem, quam poeta h. l. pronomini tribuisse videtur, elisioni non erat adversa; sic Soph. Oed. R. 64 *κἀμὲ καὶ σ'(ὲ) ὁμοῦ στένει*, Menandr. Discept. 2 *οὐ δεῖ σ' ἔχειν τὰ μὴ σ'(ά)· ἐπιτρεπτέον τινί*, similia passim.

Encliticam autem figuram *τοι* ex. gr. versus sequens:

οὖσ κεν ἐῢ γνοίην καί τ'(οι) οὔνομα μυθησαίμην[a].

Addendi autem sunt sequentes, in quibus pronomen integrum quidem est perscriptum, sed elisione est obterendum, ut plena proferri possit vox vicina:

αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν leg. *μ'(οι) εἴωθεν*[b].
σπεῖο μοι ὠσ κτέ. leg. *ἕσπεό μ'(οι) ὠσ*[c].
καί μοι ἕκαστ' ἐπέτελλε leg. *καί μ'(οι) ἐπέτελλε ϝέκαστα*[d].
ἀγαθή μοι ἐπίρροθοσ ἐλθέ leg. *μ'(οι) ἐπιτάρροθοσ*[e].
μοι ἑρσήεισ leg. *μ'(οι) ἐϝερσήεισ*[f].
ὠσ ὄφελεν θάνατόσ μοι ἁδεῖν leg. *ὥσ μ' ὄφελεν θάνατοσ ϝαδέμεν*[g].
ἠερίη γὰρ σοί γε παρέζετο leg. *σ'(οι) ἦ γε*[h].
ὥσ τοι ἐγώ leg. *ὥσ κέ τ'(οι) ἐγώ*[i].

Dativus *ϝοι* elisione oppressus ne e textu excideret aut voci vicinae labem inferret periculum fuit cum sonus *w* vel sonus *h* sua littera in carminibus epicis non indicabatur et *ἐκ πλήρουσ* exaratum *ΟΙ* metrum videbatur violare. Certa tamen vestigia elisi pronominis *οἱ* habent haec verba:

πὰρ δ' οἱ ἐϋμμελίην leg. *πὰρ δέ ϝ'(οι) ἐϋμμελίην*[j].
ἦ τίσ οἱ εὐξαμένη leg. *ἦ τίσ ϝ'(οι) εὐξαμένη*[k].
αὐτάρ οἱ αὖτισ ἐγώ leg. *αὐτάρ ϝ'(οι) αὖτισ ἐγώ*[l].
τοίη οἱ ἐπίρροθοσ ἦεν leg. *τοίη ϝ'(οι) ἐπιτάρροθοσ ἦεν*[m].
ἔνθ' οἱ ἔσαν πέπλοι leg. *ἔνθα ϝ'(οι) ἔσαν πέπλοι*[n].
ἵππειον δέ οἱ ἦξε θεὰ ζυγόν leg. *δέ ϝ'(οι) ἔϝαξε*[o].
οὐδέ οἱ ἦν ἴσ leg. *οὐδέ ϝ'(οι) ἔεν ϝίσ*[p].
ἀλλ' οὐ γάρ οἱ ἔτ' ἦν ἲσ ἔμπεδοσ leg. *ἀλλ' οὐ γάρ ϝ'(οι) ἔτ' ἔεν ϝὶσ ἔμπεδοσ*[q].
οὐ γάρ οἱ εὔαδεν ἔργα leg. *οὐ γάρ ϝ'(οι) ἔϝϝαδε ϝέργα*[r].
αἰεὶ γάρ οἱ ἔωθεν leg. *αἰεὶ γάρ ϝ'(οι) εἴωθεν*[s].
μὴ ἀγαθῶι περ ἐόντι νεμεσσηθέωμέν οἱ ἡμεῖσ leg. *μή ϝ'(οι) ἀγαθῶι περ ἐόντι νεμεσσηθήομεν ἆμεσ*[t].
'μέγηρε γάρ οἱ τό γ' Ἀπόλλων leg. *τὸ γάρ ϝ'(οι) ἐμέγηρεν Ἀ.*[u].
ἐγείνατο ϝῖσον ἑαυτῆι leg. *ἔϝ'(οι) αὐτῆι*[v].

---

a Γ 235. Item Φ 585 Ψ 310 (schol.: *τὸ τέλειον τῶ τοι οἴω*, sed leg. *τῶι ὀΐω*, § 292*) α 60, 347. *b* Θ 408, § 218. Item *ϝ'(οι) εἴωθεν* vs. 422, nota *s*. *c* Κ 285, § 149[35]. *d* Ψ 107. *e* Ψ 770, item *ϝ'(οι) ἐπιτ.* Δ 390, nota *m*, Mnemos. 1885, 194—196. *f* Ω 757, § 41. *g* Γ 173, § 329. *h* Λ 557. *i* Π 83.

j γ 400, l. a. *δ' ἄρ' ἐϋμμ.* *k* ζ 280. *l* ι 360. *m* Δ 390, nota *e*.

n ο 105, l. a. *ἔσαν οἱ.* Iustus ordo verborum (§ 329) etiam ο 556 est servatus: *ἔνθα ϝοι ἦσαν ὕεσ.* Ad quorum versuum exemplum Ζ 289 pro *ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι* leg. *ἔνθα ϝ' ἔσαν πέπλοι* et ω 208 pro *ἔνθα οἱ οἶκοσ ἔην* leg. *ἔνθα ϝ' ἔεν ϝοῖκοσ.* *o* Ψ 392. *p* σ 3, § 302. *q* λ 393, § 302. *r* H. Ven. 10. *s* Θ 422, nota *b*. *t* Ω 53, § 122 et 329. *u* Ψ 865. *v* Hes. Theog. 126, § 94.

Aliis locis pronomen ϝ'(οι) intercidisse testatur hiatus:

νήπιοσ οὐδὲ τὸ 'ϝείδε' ὃ <ϝ'(οι)> οὐ πείσεσθαι ἔμελλε[a].

ἠνία <ϝ'(οι)> ἤχθησαν[b].

Quapropter veri est simile pronomen et sequentibus locis addendum esse, ubi solo contextu flagitatur:

μή <ϝ'(οι)> ἅμα πάντεσ ἐφίετε δούρατα μακρά[c].

ὥσ <ϝ'(οι)> ἐπέτειλε[d].

εὖ <ϝ'(οι)> ἐπιτείλασ[e].

<ϝ'(οι)> ἐν χέρσ' ἐτίθει[f].

ἀγχοῦ δ' ἱστάμενοσ vel *-μένη* leg. *ἄγχι δέ <ϝ'(οι)> ἱστ.*[g].

ὅ τ' οὐ 'δύνατο προσαμῦναι leg. *ὅ <ϝ'(οι)> οὐ 'δ. πρ.*[h].

V. De hiatu.

§ 14. *Hiatus* est ubi vocem vocali clausam excipit vox a vocali incipiens[i]. In epica autem dictione hiatus post vocem diphthongo longave vocali clausam non displicebat[j], vel, si quis ita loqui mavult, hiatus esse non censebatur[k]. Sonus finalis cum *in thesi* erat collocatus, quod locis longe plerisque factum est[l], *brevis* habebatur; ex. gr.:

οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί· θεοί νυ μοι αἴτιοί εἰσι[m].

Praesertim diphthongi *-αι* et *-οι* sic sunt correptae[n], saepe etiam diphthongi *-ει* et *-ου*[o], hae tamen aliquanto rarius quam in textu tradito videntur; nam in computatione ratio neque soni *-ει* ex *-εϊ* nati[p] habeatur oportet, cuiusmodi locis *-ε'(ι)* est proferendum[q], neque adverbiorum in *-ου* desinentium, horum enim sonus finalis in *-οθ'(ι)* est mutandus[r]. Sonus *-ευ* autem ubi correptus esse videtur, in *-ε'(ο)* est solvendus[s].

Diphthongorum in vocabulorum commissura correptarum vocalem posteriorem in spirantem affinem abiisse fuere qui sumerent, ex. gr. *μοȷαιτιοȷεισι*[t], sed ad rem illustrandam haec coniectura parum prodest, quoniam correptio sonorum *-η* et *-ω*[u], ut *αἰτίη ἐσσί* in versu allato, vel

---

a Υ 466 γ 146. b Π 404, § 15. c χ 251. d Ε 320. e Κ 72 f Α 446 al. g Β 172 al., § 318¹. h Π 509, ut Β 238. Accedit Hes. Theog. 399 *περισσὰ δὲ δῶρα δέδωκε*, si *ϝ' ἔδωκε* (Rzach) legi sinit ordo verborum, § 329. i C. A. I. Hoffmann Quaest. Hom. I 53 sqq., 1842. j Quomodo singuli soni finales in carminibus epicis se habeant ante vocalem, post Hoffmannum l. l. et Hartelium Hom. Studien accurate exposuit O. Grulich, de quodam hiatus genere in Homeri carminibus 1876. k Hermann Orphic. 720: „in epicis is tantum censetur hiatus, si vocabuli in „vocalem exeuntis ultima vocalis ante vocalem, qua sequens verbum incipit, non est in „arsi, neque, si longa est, corripitur". l Plus octo milibus versuum huiusmodi hiatus insunt. m Γ 164, Dionys. Thr. § 10. n Locis fere 6500. o Locis 1000. p Locis 60. q § 13. r § 322, locis 80. s Locis 100. t vHartel Hom. Stud. III 46. u Locis fere 400.

diphthongorum -нι et -ωι[a], ex. gr. *καλнι ὑπὸ πλατανίστωι* vel: *μύθωι Ἀθнναίнσ*, sic explicari nequit.

Quilibet sonus longus ut ante hiatum posset corripi effecitne analogia, cum olim solae diphthongi -*αι*, -*ει*, -*οι* placuissent correptae[b]? An sonus -н vel -ω correptus Homeri aetate coepit minus placere, quemadmodum postea poetae ab omni huiuscemodi correptione abstinuerunt? Neutra suspicio verum tangere videtur; nam sonos -*αι* et -*οι* multo saepius quam alios esse correptos mirum videri nequit reputantibus quam infinita in lingua Graeca fuerit multitudo vocum in ⏑*αι* vel ⏑*οι* desinentium.

Vitium sonat longus sonus finalis in thesi ante vocalem *non* correptus[c]. Quae labes haud paucis textus traditi versibus est illata. Quintus pes immunis mansit, duplex nimirum sic factum esset vitium, spondaicus enim versus sic clauderetur voce disyllaba[d]. Secundus autem tertiusque pedes quia longa syllaba finali rarius sunt clausi, hiatus illiciti illis versuum sedibus multi fieri non potuerunt. In primo vero quartoque pedibus sunt crebriores.

In *primo* pede facillime emendari possunt *ζώγρει*[e], *ταρβεῖ*[f], *νωμᾶι*[g], *δαμνᾶι*[h], *πειρᾶι*[i], *ἡρῶ*[j], *εἶα*[k], *μνᾶσθαι*[l], *μνῶνται*[m], *Ἄλτεω*[n], *μηροῦ*[o], *ῥυμοῦ*[p], *θρήνου*[q], *κείνου*[r], *ζωιοῦ*[s], *Πάνθωι*[t], *Ζεὺσ σφώ*[u], *Πнλεῖ*[v], *ὦ γρнῦ*[w], *ἢ εὖ*[x], *αὐτοῦ*[y], *ὑψοῦ*[z], restituendae enim sunt formae *non contractae* *ζώγρεε*, *ταρβέει*, *νωμάει*, *δάμνασαι*, *πειράε᾽(αι)*, *ἡράε᾽(ο)*, *εἴαεν*, *μνάεσθ᾽(αι)*, *μνάοντ᾽(αι)*[a], *Ἄλτα᾽(ο)*[b], *μηροῖ᾽(ο)*, *ῥυμοῖ᾽(ο)*, *θρήνοι᾽(ο)*, *κείνοι᾽(ο)*, *ζωιοῖ᾽(ο)*[c], *Πανθόωι*[d], *σφῶ᾽(ϊ)*[e], *Πнλέϊ* vel *Πнλῆ᾽(ϊ)*[f], *γρнῦ*[g], *ἐΰ*, *αὐτόθι*, *ὑψόθι*[h]. Post *τεύξει* alicubi intercidit pronomen *ϝ᾽(ε)*[i], alibi non *θέλγει* sed *θέλγεισ* est legendum[j]. Restant haec: *λευκοί* leg. *λευκοῖ᾽(ο)*[k], *ἀγρῶι* leg. *ἀγρόθι*[l], *εἰ* <*σὺ*> *δὴ ἐξ αὐτοῖο*[m], *σκαιῆι ἔγχοσ ἔχων* leg. *ἔγχοσ ἔχων σκαιῆι*[n], *πρόσσω* <*ἐπ*>*αΐξασ*[o], *εἰ μὴ Αἴαντόσ γε*[p], *Ἥρн ἀπτοϝεπέσ*[q], denique hae voces ante orationis incisionem collocatae: *Σμινθεῦ* leg. *Σμίνθιε*[r], *κεῖσθαι ἀλλ᾽ ἐπάμυνον* leg. *κεῖσθαι ἀτάρ μ᾽(οι) ἐπάμυνον*[s], *ἵπποι αὐτὸσ δέ* leg. *ἵ. ἐῶν αὐτόσ*[t], *ϝнχῆι*[u], *θνнτῶι*[v], *ἕλκει*[w], *ἧμαι*[x].

---

a Locis fere 500. *b* Sic Grulich. Non nullis locis potest dubitari utrum sonus finalis correptus an sequens vocalis *ἱ*- suppressa fuerit, § 11, ex. gr. *᾽πλάγχθη ἱπεί*, *Κρήτηι ἱν εὐρείηι*, *τῆι ἱμῆι*, *τῶι ἱμῶι*, Apollon. Pronom. 51 *a*, Hoffmann l.l. 59, Grulich l.l. 60 sqq., vChrist Metrik² § 46. In codd. *I* 654 *δ* 71 sunt *᾽μῆι* et *᾽μῶι*, pag. 70 *q*. *c* Aliena hinc sunt: *Ἄλτα᾽(ο) ὃσ Λελέγεσσι* *Φ* 86 et similia, ubi inter -*α᾽* et *ὁ*- intercedit vocalis -*ο* elisione pressa quidem sed non demta. *d* Pag. 45. *e* *Z* 46 *Λ* 131. *f* *M* 46 *Φ* 575. *g* *φ* 400. *h* *Ξ* 199. *i* *Φ* 459. *j* *σ* 176. *k* *τ* 201. *l* *ξ* 91. *m* *φ* 326. *n* *Φ* 86. *o* *E* 666. *p* *K* 505. *q* *Ω* 721. *r* *γ* 123. *s* *ρ* 115 *τ* 272. *t* *P* 40. *u* *O* 146. *v* *Ω* 61. *w* *τ* 383. *x* *B* 253. *y* *B* 332. *z* *ι* 164. a § 191 et 117. b § 55. c § 59. d § 61. e § 92. f § 76. g ⏑⏑, § 75. h § 322. i *Ξ* 240, § 92. j *π* 195. k *Λ* 35. l *λ* 188, § 48. m *α* 207. n *Π* 734. o *P* 734. p *Σ* 193. q Nisi a sono *ϝ* incipiebat hoc adiectivum originis ignotae. r *A* 39. s *E* 685. t *Ψ* 578. u *B* 209. v *P* 444. w *Ω* 52. x *ξ* 41. Etiam versus proximi sunt vitiosi.

Itaque, ut plurimum dicamus, poetae epici in fine pedis primi fortasse semel et iterum huiusmodi hiatum admiserunt imprudentes, si praesertim sequeretur interpunctio; sed ne hoc quidem veri est simile[a]. Neque ex his aliisve versibus efficitur id quod suspicatus est Schulze, primam thesin versus heroici expleri potuisse syllaba brevi[b]. Illorum autem criticorum, qui haec et similia vitia metrica imputarunt librariis, his annis egregie confirmata est sententia, invento prisci voluminis fragmento, in quo versus quidam Apollonii Rhodii, qui sic erat traditus:

ναῦται εἰσ Ἑλίκην τε καὶ ἀστέρασ Ὠρίωνοσ,

scriptus est [*ναυ*]*τιλοιεισελικην*[c]. En poetae Rhodio redditum *ναυτίλοι* illud quod dudum coniecerat Porson.

Pes *secundus* haec habet: *δήμου* leg. *δήμοι'*(ο)[d], *δίσκου* leg. *δίσκοι'*(ο)[e], *δίφρου* leg. *δίφροι'*(ο)[f], *οὐδοῦ* leg. *οὐδοῖ'*(ο)[g], *Πάνθου* leg. *Πανθόου*[h], *ζεῖ* leg. *ζέει*[i], *τίμησόν μοι υἱόν* leg. *υἱόν μοι τίμησον*[j], *ϝῶι ἔγχε'*(ϊ) leg. *ἑϝῶι ἔ.*[k], *γημαμένη ϝῶι υἷι, ὃ δ' ὃν* leg. *ὃ δὲ ϝὸν* correpto dativo *ϝῶι*[l]. *αἳ μὲν ἄρ' ἄλλαι ηὗδον* leg. *ἄλλαι μέν ῥα καθηῦδον*[m], *αὐτὰρ ἐγὼ σοί εἰμι* leg. *τεΐν εἰμι*[n], *οὐ μὰν ϝοῖδ' εἴ* <*κ'*> *αὖτε*[o], *Κρήτη* <*τ'*> *ἐντὸσ ἔχει*[p], *τέττα σιωπῆι ἧσο*[q], *δέδϝια γὰρ μὴ οὖλοσ ἀνήρ*[r], *ὥσ δ' ἐν ὀνείρωι οὐ δύναται*[s].

In pede *tertio* haec inveniuntur vitia sanatu omnia fere facillima: *ϝοῦ* leg. *ϝοῖ'*(ο)[t], *τοῦ* leg. *τοῖ'*(ο)[u], *καὶ εἰ μάλα καρτερόσ ἐστι* leg. *εἰ καὶ*[v], *ῥεῖ* leg. *ῥέει*[w], *εὗει ἀτὲρ δαλοῦ καὶ ὠμῶι γῆραϊ 'δῶκε* leg. *δαλοῖο*[x], *ὡσ δή μιν σῶι ἐν χροΐ* leg. *τεῶι ἐν* aut *σῶι ἐνὶ*[y], *σῶι υἱεΐ* leg. *τεῶι*[z], *μεγάλοι* <*τε*> *καὶ ὄβριμοι*[a], *Πανόπη καὶ εὐϝειδὴσ Γαλάτεια* leg. *Πανόπεια*[b], *πολλοὶ ἀπειρέσιοι καὶ ἐνενήκοντα πόληεσ* leg. fortasse *ἐνενήκοντα πτολίεσσι*[c].

In *quarto* denique pede haec offendunt[d]: *τρεῖ* leg. *τρέει*[e], *ἐρωεῖ* leg. *ἐρωέει*[f], *αἰδῶ* leg. *αἰδόα*[g], *σανίδοσ 'βῆ ἔνθα* leg. *ἔβη*[h], *-ου* in fine aliquot

---

a Plus triginta hiatus in fine primi spondei carmina epica habere cum diceret vChrist Metrik² 166, in computationem recipiebat hos locos: *πόντου Ἰκαρίοιο B* 145, *κούρη Ἰκαρίοιο α* 329 *δ* 840 *λ* 445 *π* 435 *τ* 375 *υ* 388 *φ* 321, *κούρηι Ἰκαρίοιο ρ* 562 *σ* 159, 188, 245, 285 *φ* 2; at *Icarii* nomen a sono *ϝ* coepisse inde efficitur. Ceterum versus *B* 145 ne spreto quidem sono *ϝ* hiatu laborabit; tunc enim scribendum erit *πόντοι' Ἰκαρίοιο*, § 59.

b Schulze Quaest. Ep. 8 et 411 sqq., etiam voces sequentes huc trahens: *πολλά Ω* 755 *E* 358 *Φ* 368 *X* 91, *πυκνά ν* 438 *ρ* 198 *σ* 109, *Αἶαν Ψ* 493, *ποῦ δέ* (l. a. *δή, δαί*) *ω* 299, *εἶ κεν αὐσταλέοσ* (codd. *ἀϋστ.*) *τ* 327, *νῆα μέν μοι ἔαξε* (codd. *νέα* vel *νῆα μ. μ. κατέαξε*) *ι* 283, *ἧεν* (codd. *ἤην*) *τ* 283 *ψ* 316 *ω* 343, *ὄφρα* (codd. *ὄφρ' ἄν*) *Α* 187, 202 *ε* 361 *ζ* 259, *ἄττα ρ* 393. *c* Apoll. Rh. III 745 in Oxyrh. pap. IV 137 saec. III p. C. *d B* 198. *e Ψ* 431. *f Ω* 578. *g δ* 718. *h O* 522 *P* 9, 23, 59. *i Φ* 362. *j Α* 505. *k Δ* 484. *l λ* 273. *m υ* 109. *n λ* 252. *o O* 16. *p* H. Ap. 30. *q Δ* 412. *r Φ* 536. *s X* 199. *t Ω* 122. *u γ* 140. *v N* 316, ut vs. par. *E* 410. Idem vitium est Batrach. 197. *w* H Ven. 238. *x* Hes. Oper. 705; sic Stobaeus. *y X* 286, § 95. *z π* 438, § 95.

a Hes. Theog. 148. b Ibid. 250. c *τ* 174. d Christio Metrik² 179 sq. hiatus hoc hexametri loco minus displicebat si vocis post eum fieret intermissio; sed non nisi perpaucorum versuum haec est ratio. e *Λ* 554 *P* 663, ut *ῥεῖ* leg. *ῥέει B* 754. f *μ* 75, § 191. g *B* 262, § 77. h *φ* 51.

genitivorum leg. *-οι'(ο)* aut *-οο*[a], *δείλη* leg. *δείελος*[b], *πολυωπῶι οἵ* leg. *τοί*[c], *κακὸν ἐσθλῶι ἀντιφερίζει* leg. *ϝισοφαρίζει*[d], *καὶ* leg. *ἠδ'* in verbis *καὶ αἴθοπα ϝοῖνον*[e], *καὶ ἤπιος ἔστω*[f], *καὶ αἴσυλα ῥέζοι*[g], *τῶι οὔ τινα ϝοῖδα* leg. *τῶν δ'*[h], *ϝάναξ εἰ αὐτόθ' ἐγήρα* leg. *εἰ ϝοίκοθ'*[i]. *με κέληι σοὶ ἤπιον εἶναι* leg. *με τεῒν κέλε'(αι)*[j]. Incertum est remedium verborum *οἷόν κ' ἠὲ φέροιεν Ἀχαιοὶ ἤ κεν ἄγοιεν*[k], *Ἀχαιοὶ εἰσοράουσι*[l], *ὁμοίηι ἔνθεο τιμῆι*[m], *φαεινῶι ἐν πυρὶ θείην*[n], *ἀλωιῆι ἐρρίζωται*[o].

Post arsin hiatus in arte epica multo rarior fuit quam post thesin, haud rarus tamen[p]; ex. gr.:

ὦ Ἀχιλεῦ, κέλεαί με, Διὶ φίλε, μυθήσασθαι[q].
ἡμετέρωι ἐνὶ ϝοίκωι, ἐν Ἄργεϊ, τηλόθι πάτρης[r].
σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα[s].
αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι[t].
ἡ μὲν δὴ πρὸς τεῖχος ἐπειγομένη ἀφικάνει[u].
'νύξ', ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος· ὁ δ' αὖθ' ἔπεσεν μελίη ὥς[v].

Multis locis, ubi huiusmodi hiatus inveniuntur, paullisper sistitur vox canentis[w]; diphthongis autem levioribus *-αι*, *-ει*, *-οι* quae clauduntur voculae cum voce insequenti arte cohaerentes, quales sunt *καί* et *ἐπεί*, vix usquam in arsi ante vocalem sunt collocatae[x].

§ 15. *Post brevem vocalem* hiatus iis tantum hexametri locis licitus erat ubi incidi poterant numeri[ij]:

post *primum dactylum*, ex. gr.:

ἀλλ' ἄνα! | εἰ μέμονάς γε καὶ ὀψέ περ υἷας Ἀχαιῶν[z].

post *tertium trochaeum*, ex. gr.:

ὅσσα μοι ἠνείκαντο || ἀέθλια μώνυχες ἵπποι[a].

post *quartum dactylum*, ex. gr.:

νῆα μὲν ἂρ πάμπρωτα ϝερύσσατε | ἤπειρόνδε[b].

Recentioris autem aevi hominibus improbati eiusmodi hiatus multorum vitiorum causa fuerunt[c], ex. gr.:

χῶρον ἀν' ὑλήεντα, || ὅ τε προθέηισι μεμηκώς, codd. *ὑλήενθ', ὅ δέ τε*[d].

---

a Θ 120 Ο 23 Π 226 Ψ 441 η 70 ο 425, § 15 et 59. *b* Φ 111. *c* χ 386. *d* Hes. Theog. 609. *e* Ω 641. *f* β 230 ε 8. *g* β 232 ε 10. *h* η 25, ut ζ 176. *i* ξ 67. *j* κ 337, § 117. *k* Ε 484. *l* υ 166. *m* Δ 410. *n* Ε 215. *o* η 122. *p* In *arsi* sonus finalis est locis ± 1660, quorum fere septingentis in arsi *tertia*; in *thesi* autem locis 8260 (1/5). *q* Α 74. *r* Α 30. *s* Γ 218. *t* Γ 40. *u* Ζ 288. *v* Ν 178, § 101. *w* Grulich l.l. 15 sq., 56 sqq. *x* *Thesin* ante vocalem obtinet *καί* locis 2400, *arsin* 7 (Ο 290 Ω 60, 570 λ 113, 161 μ 140 χ 372); *ἐπεί* *thesin* locis 240 *arsin* 3 (ε 364 ϑ 585 τ 314), Hoffmann l.l. 72 sq.; nominativi terminus *-αι* in *thesi* ante vocalem collocatus est locis 160, in *arsi* 4 (Υ 422 ϑ 263 υ 123 ω 58). *ij* § 3. *z* Ι 247. a Ι 127.

b κ 403. c Ahrens Philol. 1851, 11 sqq., La Roche Zeitschr. f. öst. Gymn. 1860, 749 sqq., Nauck Bulletin de St. Petersb. 26, 210 sqq., Cauer praef. Odyss. XXII Iliad. XXVII. d Κ 362. Contextu requiritur pronomen *relativum*, non *demonstrativum*.

ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνα ‖ ἁλὸσ πολιοῖο ϝθέσκον, codd. ῥηγμῖνοσ[a].
δώῃσι Τροίην ἐϋτειχέα | ἐξαλαπάξαι, codd. ἐϋτείχεον[b].
Ἀργεῖοι ἰόμωροι, ἐλέγχεα, | οὔ νυ σέβεσθε, codd. ἐλεγχέεσ[c].

Hic illic minus certa est res, ex. gr. in verbis:

οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπερράγη ἄσπετοσ αἰθήρ[d],

ubi fortasse deleta particula ἄρα legendum est οὐρανόθεν δὲ ὑπερράγη, sed demonstrari talia non possunt.

Post primum dactylum ut concessus esset hiatus, sententia illic incideretur necesse erat, ut in exemplo supra allato[e]. Artius vero cohaerentes voces ubi eiusmodi hiatu sunt diremtae, ex. gr.: ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃσ[f], δεινὸν ὃ οὐ[g], νῶϊ δὲ ἔνδον[h], ὅρκια ἔσσονται[i], εἰσ ἅλα ἆλτο[j], ἐν δ' ἄρα ἕρματα[k], παῖδα δὲ ὥσ[l], subest vitium. Multorum autem versuum initio[m] hiatum fecit pronominis demonstrativi forma vulgaris substituta vetustae: αὐτὰρ ὅ leg. αὐτὰρ ὅσ[n]. E verbis ἡνία <ϝ(οι)> ἠΐχθησαν excidit pronomen[o], sed licitum hiatum habent verba οὐδέ τι ἔκφασθαι[p] et: τίσ δέ σύ ἐσσι[q].

Post quartum vero dactylum in carminibus epicis omne genus hiatuum passim est admissum[r]; ex. gr.:

(post -α) φρένα ὥσ[s], αἰδόα ἀμφικαλύπτει[t], ἔγχεα ὀξυόεντα[u].
(post -ε) τε Ὀρσίλοχον[v], ϝεϝοικότε ὑψηλῆισι[w], ἀνέρε ηὖρον[x].
(post -ι) ἐπὶ οὖρα ϋ[y], ἔνι ὅσσοι[z], ϝεκάστοθι ἐννέα[a].
(post -ο) ἀέξετο ἱερόν[b], διέπτατο ὠκέα[c], ἐπέσσυτο οἴδματι[d].
(post -υ) ἐΰ ἐξείνισσα[e].

Alia fuit ratio dativi declinationis 3ae; huius enim sonus finalis -ι poetis epicis *anceps* fuit[f], qualibet igitur in thesi vocali praemitti poterat, ex. gr.:

πατρὶ ἐμῶι Πηλῆϊ, ὃ δ' αὖτ' ἐμοὶ ἠγγυάλιξε[g].
ἔγχεϊ ὀξυόεντι, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε[h].
ἀμφ' Ὀδυσῆϊ ἐμεῖο μετ' Αἰθιόπεσσιν ἐόντοσ[i].

---

a Υ 229; non coëunt accusativus ἄκρον et genitivus ῥηγμῖνοσ. *b* Α 129, § 83[10]. *c* Δ 242, § 73. *d* Θ 558 Π 300. *e* Item Α 393 Β 332 Ε 723 Ν 300 Ο 227, 365 Υ 152 Ψ 71 γ 480 δ 543, 654 η 217 ο 327. *f* Α 203. *g* Ν 100. *h* Λ 767. *i* Χ 266. *j* Α 532, § 44. *k* Ξ 182, § 44. *l* σ 323, § 101. *m* Α 333 Β 105, 107 Γ 379 Ε 142 Θ 271, 446 Φ 33 ζ 224 η 230 ξ 1 τ 1, 51, 231 υ 1. *n* § 96; correxit Brandreth. Heyne aliique ad exemplum versuum Ν 399 Ψ 42 inserebant particulam γε; sed veri est dissimile hanc tot locis excidisse, poetam autem particulam inutilem inseruisse potius quam proba et antiqua pronominis forma usum esse. *o* Π 404, pag. 81 *b*. *p* κ 246, § 99 sq. *q* Ζ 123 al., pag. 86 *k*. *r* Hermann Orphic. 727, Spitzner de versu Her. 145 sq., vChrist Metrik[2] 179, alii supra pag. 84 *c*. *s* Β 3. *t* Β 262. *u* Ε 568. *v* Ε 542. *w* Ε 560. *x* Μ 127. *y* Κ 351. *z* Ρ 368. a γ 8. b Θ 66. c Ο 172. d Φ 234. e τ 194. f § 18, 19, 65, Hermann Orphic. 726, 730, Ahrens Philol. IV 593 sqq. g Ψ 278. h Π 309. i ε 287.

ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, φίληι ἐν πατρίδι γαίηι[a].
ἐν δ' ἔπεσε ζωστῆρι ἀρηρότι πικρὸς ὀϊστός[b].
πατρὶ φίλωι ἐπὶ ϝῆρα φέρειν Διί, ὄφρα μὴ αὖτε[c].
πατρὶ φίλωι ἔπορον· ὃ δ' ἄρα ϝῶι παιδὶ ὄπασσε[d].
χάλκεα, ὀκτώκνημα, σιδηρέωι ἄξονι ἀμφίε[e].

§ 16. Expositae sunt leges quibus sonorum finalium cum initialibus concursus in poesi epica temperatus fuit: extra hos fines non ius poeticum auriumque iudicium regnabant, sed licentia effrena. Ex. gr. hic versus:

χειρὸς ἑλοῦσα, | ἀτὰρ βελέων ἀπερύκοι ἐρωήν[f]

vitio laborat manifesto. Neque tolerabilia sunt: ἀστέρα ἧκε[g], ῥέα ἵππος[h], ἔθνεα εἶσι[i], similia[j]. Quae sanatu facilia sunt omnia.

Post -υ, quae vocalis elidi non poterat, hiatus nonnusquam toleratus est[k], item post praepositionem πρό[l].

Nonnullis locis hiatus molestus quomodo sit explendus non satis constat[m]. Infinita vero ea copia hiatuum, quibus versus epici discissi esse olim videbantur[n], non iam apparet, postquam sono ϝ suum signum est restitutum[o]. Non iam credit quisquam poetis vetustis vel eorum auditoribus tolerabiles visos esse versus hiulcos, laceros, immo ne versus quidem, qualia sunt ista: φίλε ἑκυρέ, ὡς ὅδε οἶνος, ἐξαπάφοιτο ἔπεσσι. Veteres vero critici vi soni ϝ non agnita eo sunt delapsi ut vix ullos hiatus a poetarum vetustorum arte alienos ducerent[p].

Etiam liciti hiatus multi textus traditi revera hiatus omnino non sunt, quia syllabae finales -αι, -ει, -ευ, -ου, -ηι, -ω, aliae passim sunt diducendae, dein elisione imminuendae, ut ipsorum poetarum dictio restituatur: -α'(ἰ), -ε'(ἰ), -ει'(ο) vel -ε'(ο), -οι'(ο) vel -ο'(ο) vel -οθ'(ι), -ε'(αι), -α'(ο), al.[q].

Separatim commemoranda est particula ἤ vel ἦ. Quae ubi in thesi ante vocalem longa manet, manifestum est poetam disyllaba forma ἠέ vel ἦε usum[r], ex. gr.:

ἢ Αἴας ἤ' Ἰδομενεὺς ἢ δῖος Ὀδυσσεύς[s].
Ἀτρεΐδη, ἦ' ἄρ τι τόδ' ἀμφοτέροισιν ἄρειον[t].

---

a Γ 244. b Δ 134. c Λ 578. d Ρ 196. e Ε 723. f Δ 542. g Δ 75. h Λ 24. i Μ 58. j Β 87, 90 Γ 46 Δ 75, 345 Ν 22 Τ 194, 288 Χ 339, 347 Ψ 73, 263, 274, 585 Ω 349 α 135, 405 γ 77, 290 κ 320 τ 185 υ 348 φ 211, 216 ω 351, 430 Hes. Oper. 352. k ἐΰ Β 253 Ξ 162 Π 191 Ω 269, ϝάστυ Κ 348 Ω 696, πάγχυ ν 133, πρόχνυ ξ 69, σύ Ζ 123 Λ 787 Ο 247 Υ 205 Ω 387. l Δ 156, 382 Κ 224, 286. m Hoffmann l. l. 92 sq. n Numero sunt 2500, vHartel Stud. III 74. o § 40 sq. p Et his vitio quis vertat quod usi non sunt doctrina ipsis ignota! Sed ridiculus est Spitzner de versu Her. 147, postquam versuum hiulcorum congeriem struxit tam ingentem quam inutilem, „hiatum usu vetustissimo non fuisse interdictum" scribens. q § 7, 13, 59, 71, 92, 117, al. r Hoffmann l. l. 63 verum abiecit repertum, negavit enim contra codicum auctoritatem ἤ' legendum esse. Codicum in huiusmodi quaestiunculis auctoritas nulla est. s Λ 145. t Τ 56.

Huiusmodi versibus facile adaptari possunt alii complures in textu tradito particulam ἥ correptam habentes, ex. gr.:

ἠὲ διοπτεύσων ἥ ἐναντίβιον πολεμίξων,

ubi est l. a. ἀντίβιον[a]. Sed quoniam etiam ante *consonas* monosyllabum ἥ multis locis est usurpatum, ex. gr. ἣ δῖος in versu modo allato, non omnino damnandum est ἥ correptum[b]. In *arsi* igitur ἠ'(έ) scribi non est necesse, ex. gr. ἠ' Αἴας in exemplo supra laudato, licet credibile sit poetas etiam huiusmodi locis disyllabam formam elisione versui adaptasse: credibile est, non certum.

Similis est condicio genitivorum in -ου desinentium. Quorum sonus finalis multis textus traditi locis ante vocalem in thesi longus est metro invito. Priscus terminus -οι'(ο) ibi est restituendus; sed multum abest ut brevior genitivi terminus -ου Homero omnino sit abiudicandus[c].

VI. De correptione quae fit in thesi.

§ 17. Vocales longae et diphthongi cum thesin obtinebant ante vocalem, *breves* habebantur *semper* in vocum exitu[d], *saepe* autem in mediis vocibus, ex. gr. prima syllaba vocum δήϊος[e], Θρήϊκες[f], οἷος[g], υἱός[h], secunda vocum ἵλᾱος[i], ἀκρᾱέα[j], ἔμπαιον[k], χαμαιευνάδες sive -εῦναι[l], ἥρωϊ et -ος[m].

Etiam substantivorum termini -ίη[n] et -ῡος[o] et comparativi terminus

---

a Κ 451; similia Π 515 Φ 576 γ 94 δ 324 ρ 472. *b* Ζ 367 Φ 113 Ψ 724 δ 714 ι 497 λ 58 π 217 ρ 252 ω 430; corruptus est υ 63. *c* § 59. *d* § 14.

e Β 544 al., Knös de digammo 153, Nauck Mél. IV 127, vChrist Prol. Il. 112 sq.; item Dioscorides in epigr. 34 δηΐων. In papyris vetustis leguntur δηΐοιο et δηΐοισιν (sic) Β 415 Ω 684. Sed discernenda esse adiectiva δά(ϝ)ιος sive δή(ϝ)ιος *hostilis* et δά(ϝ)ιος *flagrans* coniecit Schulze Quaest. Ep. 66 et 86. Qui si verum vidit (de permixtis η et α supra pag. 58 *f*), praeterea δᾱλός Ν 320 al. in δαελός est mutandum; et Lacones certe δαβελός dixerunt teste Hesychio, nunc dicunt *davelé*, Tudeer de digammo 21. *f* Δ 537 al.; longa est prima syllaba Κ 559 al., disyllabum vero Θρηκῶν Ε 462, qui versus et aliam ob causam suspectus est (pag. 99 *w*), vix fuit dictionis epicae. Steph. Byz.: „τὸ ἐθνικόν φασι καὶ Θρέϊκες καὶ θηλυκῶς Θρέϊσσαι", quae recentiori Iadi sunt relinquenda, ut στέομεν Δ 348 Χ 231, quod στήομεν vel στάομεν est scribendum, § 122. *g* Ν 275 Σ 105 η 312 υ 89.

h Α 489 al.; cuiusmodi locis sunt qui litteram iota expungant. Athenienses sane vocalem ι huic voci non tribuebant postea, Schanz Platon. XII VIII, Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] 47 et 113; sed in illorum ore *longus* erat sonus υ, eo igitur ducit haec via ut in carminibus epicis *nusquam non* scribatur ὑός (ῠ) aliaeque voces elemento iota spolientur, ex. gr. Εἰλείθυ(ι)αι, κυνάμυ(ι)α, ἐκγεγαῦ(ι)α, κά(ι)ω, ἀ(ι)εί, — ad Atticae videlicet qualis aliquot post Homerum saeculis fuit dialecti exemplum. *i* Ι 639. *j* β 421, codd. ἀκραῆ, § 73. *k* υ 379. *l* Π 235 κ 243 ξ 15. *m* Η 453 θ 483 ζ 303, item Pind. Pyth. I 53 III 7 IV 58 Nem. VII 46 fr. 110, 5, inscr. Ion. 5585. *n* § 54. *o* § 75.

-*ίων*[a] hic sunt commemorandi, nec non stirps *κτεατ*[b]. Nam collatis *κτάομαι, κτῆσις, κτῆμα, κτητός, Κτήσιππος* libenter *κτηάτ(εσσι* cet.) scripserit quispiam, et veri haud dissimile est in libris vetustis revera scriptum fuisse *ΚΤΗΑΤΕΣΙ*, ut *ΑΛΗΟΝ* sive *ἀλλήων* (*ἀλλέων*) in prisco lapide[c]. Satius tamen videtur talia in editiones hodiernas non invexisse, cum praesertim vocalis *ε* etiam in verbo *κτερεΐζειν*[d] et in substantivo *κτέρεα* inveniatur, ibi autem ante consonam.

Praeterea frequentissima fuit haec correptio in flexione verborum; saepe enim correpti sunt soni *i* et *u*[e], ex. gr. *ὀΐω*[f], *ἵδρυε*[g], saepissime soni *a*, *e*, *o*[h], ex. gr. *τιμάω, φιλέω, σαόω*. Etiam verba biformia *χείω* sive *χέω*, *ἀκείομαι* sive *ἀκέομαι*, alia sic sunt nata[i].

Ante flexionis terminum quae correptam habent syllabam verba et nomina, iis in exemplaribus scriptis non tributa est longa ea vocalis vel diphthongus, quae erat propria, sed brevis sonus *ᾰ, ε, ο, ῠ*; non *auribus* igitur solis sed et *oculis* agnoscitur correptio. Quorum sonorum plerique in aevi recentioris dictione breves manserunt aut contractione etiam magis sunt mutati. Ex. gr.

ἑσταότος	pro	*ἑστηότος*[j].	*χρύσεος*	pro	*χρύσειος*[q].
νέας	„	*νῆας*[k].	*νεός*	„	*νειός*[r].
Ἄρεος	„	*Ἄρηος*[l].	*βαθέης*	„	*βαθείης*[s].
ἐῢς	„	*ἠῢς*[m].	*ἐμέο*	„	*ἐμεῖο*[t].
Πηλέος	„	*Πηλῆος*[n].	*ὅο*	„	*οἷο*[u].
ἕαται	„	*ἥαται*[o].	*φῡσίζοος*	„	*φῡσίζωος*[v].
κέαται	„	*κείαται*[p].	*ἀμφίγυος*	„	*ἀμφίγυιος*[w].

Ergo vocales longae et diphthongi leviores *αι, ει, οι* consona nulla fultae ad *arsin* quidem explendam satis amplae erant, sed in *thesi* binas moras non aequabant integras. Neque tamen intra unam theseos moram cogi semper poterant neque in arsi semper collocari; quapropter poetae in thesi eas modo pro longis modo pro brevibus habuerunt, prouti versuum ferebat ratio. In tradito autem textu syllabae ita correptae haud satis aequabiliter sunt depictae; nam vocum *initio* intactae manserunt locis longe plurimis, in *mediis* vero vocibus brevi vocali sunt designatae. Si quis autem verba tradita hanc ob causam emendanda censeat, secernendae erunt eae syllabae, quas poetae nonnunquam in thesi corripuerunt[x], ab iis quas correptas iis praebuit gentis aevique dictio. Sic reputantibus syllaba paenultima adiectivi *χρύσειος* et cogna-

---

a § 85. *b* § 70. *c* Pag. 61 *b*. *d* § 222[10]. *e* § 162. *f* *A* 558. *g* *B* 191. *h* § 190. *i* § 173 et 286. *j* § 160[5]. *k* § 75. *l* § 73. *m* § 75. *n* § 76. *o* § 220. *p* § 169. *q* § 61. *r* § 88. *s* § 75. *t* § 92. *u* § 59. *v* § 194. *w* A substantivo *γυῖον*. Item *ἀμφιγυήεις*. *x* In *arsi* non potuisse corripi, inutilis videtur observatio et paene ridicula; in tradito tamen textu hoc vitium hic illic extat: *νέα* *ι* 283, *ῥέα* *N* 144 *Υ* 263 Hes. Theog. 5, § 8.

torum ibi quoque, ubi brevis est, signo iota ornanda videbitur[a], et verbis ἥαται, κείαται, similibus ibi quoque ubi anapaestum efficiunt tribuenda erunt signa η et ει; neque dubitabitur quin οἶο recte scribi possit etiamsi syllabam initialem corripi iubeant numeri.

Multa probabiliter sic poterunt constitui; sed incerta manebunt alia, quia linguam Homeri nisi ex Homeri carminibus non habemus cognitam. Longa, ut denuo hoc exemplo utamur, est vocis κτῆσισ syllaba prior: sonus ε nominis cognati κτεάτεσσι poeticaene libertati debetur, an in ipso populi ore iam erat correptus? Quis dixerit! Quapropter novas hic res non molietur qui sapit[b].

Poetae Attici sonos αι et οι vocali praemissos in mediis vocabulis saepe corripuerunt, ex. gr. in δείλαιοσ vel in οἴει[c]. Pro ποιεῖν in lapidibus saepe scriptum est ποεῖν, sic igitur homines sunt locuti. Etiam Φωκαεύσ, Εὐβοεύσ, similia huc faciunt. In Ionica autem dialecto perpetua fere fuit huiusmodi correptio, ex. gr. ὡρμέατο, ἔωθα, adiectivorum termini -εοσ[d] et -έᾰ[e], genitivi termini -έω͜ et -έω͜ν. Nec non dialectus Aeolica plurima praebet exempla diphthongorum αι, ει, οι in mediis vocibus correptarum[f].

§ 18. Nonnullarum vocum soni α, ι, υ consonae praemissi modo *arsin* obtinebant, modo in thesi *breves* habebantur, ex. gr. Ἀπόλλων[g], ἀνήρ[h], πρίν[i], χρύσεοσ[j], ὕδωρ[k]. Volventibus autem annis quoniam decrescunt voces linguarum humanarum, necesse est statuamus sonos, quos dicimus, longos fuisse primitus, Homeri vero aevo in hominum ore ita fuisse imminutos, ut dubium videretur longane audiretur vocalis an brevis; ictu quidem adiuvante syllabam longam aequare etiam potuisse, in thesi vero cum ad longae syllabae iustam mensuram vix pervenirent, pro brevibus esse numeratas. Non uno autem eodemque tempore hanc tabem omnes eiusmodi sonos invasisse, neque pari vi in cunctis grassatam esse, per se intellegitur; epicorum autem poetarum

---

a In Pindari codicibus χρύσειοσ et χρυσεία ibi quoque sunt scripta ubi correpta est media syllaba, Mommsen ad Ol. XIII 78, vChrist Metrik² 27. *b* Sed *I* 408 scribendum est λῃΐστή, non λεϊστή, quia in versu vicino 406 pluralis ληϊστοί efficit molossum. *c* Etiam φιλαθήναιοσ, Βοῖωτόσ, similia habet Aristophanes Vesp. 282 Eq. 479 sq. al. *d* βόεοσ Herodot. II 168, ἐπιτήδεοσ II 174, ἱερέον inscr. Ion. 5315, alia passim. *e* βαθέα τε καὶ εὐρέα Herodot. I 178, δασέα III 32, βραχέα V 49, τρηχέα VII 33. *f* Meister Dialekt. I 90 sq., vHartel Hom. Stud. III 19 sqq. *g* α in arsi *A* 14 al., in thesi *A* 43 al.

h α in arsi *B* 553 al., in thesi *A* 287 al., § 79. *i* ι in arsi *B* 348 al., in thesi *B* 344 al., pag. 90. *j* υ in arsi *A* 15 al., in thesi *Z* 320 al. *k* υ in arsi *B* 755 al., in thesi *H* 425 al.; etiam adverbii ἀντικρύ haec fuit ratio: υ in arsi *Γ* 359 al., in thesi *E* 130, 819. Cuius adverbii duas formas extitisse ἀντικρῠ́ et ἄντικρῠσ, ait Herodianus in schol. *E* 100; Bentleio autem sonus υ semper, nisi positione produceretur, brevis fuisse visus est, ut in μεσσηγύ(σ). Sed non est iusta causa traditam adverbii formam ἀντικρύ locis cunctis vel plerisque mutandi.

aetate alii usque adeo extenuati erant ut nisi arsi aucti ad duarum morarum mensuram non pervenirent[a], aliis tantum corporis permanebat ut etiam thesin possent explere. Ex. gr. dativi terminus -ι et in arsi passim est collocatus[b] et multis locis thesin obtinet ante vocalem[c], sed et brevis multis locis est habitus ante consonam.

Idem cadit in particulam πρίν. Quam olim longam fuisse, ad oculos demonstrat πρείν in lege Gortynia exaratum[d]. Apud Homerum autem multis locis explet arsin, in thesi vero passim brevis est; hic illic tamen thesin explet, ex. gr.:

τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνησ, πρὶν ἐλθέμεν υἷασ Ἀχαιῶν[e].

Alibi vero legitur πρίν γ'(ε)[f], quapropter fuere qui suspicarentur poetam etiam in versu modo laudato et similibus voculam πρίν subiuncto γ'(ε) firmavisse[g]. Sed veri est similius particulam γ'(ε) invito poeta in versus unum et alterum irrepsisse[h].

Etiam adiectivum χρύσεοσ eiusmodi quid habet[i]; cuius vocalis υ in thesi nusquam quidem longa est habita, — salvis enim numeris non poterat, — sed formae plenioris χρῡσειοσ sonus υ etiam in thesi longus fuit semper, ex. gr. ἀμβρόσια χρῡσεια[j]

Oculis sonus correptus ostenditur in particula biformi αὐτάρ sive ἀτάρ[k].

Sonorum *e* et *o* mensura multo rarius quam sonorum *a*, *i*, *u* ante consonas variavit. Quaedam tamen et huius rei exempla habent carmina epica:

ἀργῆτα[l], ἀργῆτι[m]	ἀργέτα[n], ἀργέτι[o].
ξηραίνω[p]	ξερόν[q].
Κύθηρα[r]	Κυθέρεια[s].
ἀσκηθήσ[t]	ἀσκεθέεσ (?)[u].

---

[a] Ex. gr. iota vocum ἵππουιν *T* 396, Χλῶριν λ 281, § 19 et 74. [b] § 19. [c] Longus igitur haberi poterat in dictione epica, § 14. [d] Cret. 4991 VII[40]. Sed πρίν I[9] al. [e] *I* 403 *X* 156. Item *Z* 81 *N* 172 *Π* 322, 840 δ 668, Hoffmann Quaest. Hom. I 99, vChrist Metrik[2] 175, vHerwerden Mnemos. 1889, 134. Similia sunt ἱμάσ (ι in arsi *Θ* 544, ῐ in thesi *K* 475 al., ῐ *Γ* 371 al.) et ϝείκελοσ—ϝῐ́κελοσ § 41. [f] ζ 288 *Π* 840 al.; πρίν γε ante consonam *Z* 465 *O* 74 α 210 δ 255 η 196 σ 289. [g] Heyne ad *X* 156, Hermann Orph. 700, Knight, La Roche Hom. Unters. 257, Nauck, alii. [h] Ex. gr. *E* 288. [i] Lehrs Quaest. Ep. 263; cui oblocuti vChrist Prol. Il. 180, Menrad de Contr. 47 sqq., Schulze Quaest. Ep. 117, Rzach ad Hes. Clip.[1] 199 (praeeunte Spitznero de versu Her. 96) non χρύσεοσ sed χρῡ́σεοσ dixerunt huius adiectivi formam epicam. At correptio longi soni a dictione epica multo minus fuit aliena quam synizesis inutilis, § 8 et 61; lyrici autem poetae syllabam χρυ- saepe brevem habuerunt (Pind. Pyth. IV 4 IX 56 X 40 Nem. VII 78 Bacchyl. V 174 Soph. Ant. 103 Oed. R. 157, 188 Eur. Herc. 350, 396 Ar. Nub. 272, Elmsley ad Eur. Heracl. 916), ipsi igitur Graeci quin quinto saeculo in Homeri carminibus χρῡ́σεοσ recitaverint non est dubium. [j] ι 45. Hesiodi l. l. legitur χρῡσείην, cuiusmodi formae hexametro inseri non potuerunt nisi post brevem sonum finalem. Talia prisca ars vitavit, § 25. [k] § 325[2]. [l] *Θ* 133. [m] *Γ* 419 al. [n] *Φ* 127. [o] *Λ* 818 et l. a. ρ 241. [p] *Φ* 345 sqq. [q] ι 402. [r] *O* 432 ι 81; item Κυθήριοσ, Κυθηρόθεν. [s] ϑ 288 σ 193 et in hymnis. [t] *Π* 247 al. [u] ξ 255, § 73.

γῆρᾰσ	γεραιόσ, γέρων, γρηΰσ, al.
μήδομαι	μέδομαι[a].
μήν, δή	μέν, δέ[b].
χῶροσ	εὐρύχοροσ (et καλλίχοροσ?).
δύω	δύο[c].
Διώνῡσοσ	Διόνῡσοσ[d].

Adiectivi ἀλγινόεισ[e] vero sonus ι non ex ει metri causa est correptus, non enim ab adiectivo ἀλ(ε)γεινόσ sed linea recta a stirpe ἀλγ, cuius superlativus est ἄλγ-ιστοσ, ductum est, ut ἀργινόεισ a stirpe ἀργ[f].

Adiectiva φοινικόεισ[g] autem et Ποσιδήϊοσ[h] pro φοινῑκόεισ et Ποσειδήϊοσ dicta sunt cogente metro.

VII. De syllabis brevibus in arsi collocatis.[i]

§ 19. Brevis vocalis vel syllaba, vocem claudens, in dictione epica *arsin* explere poterat[j]; sed tum potissimum hac libertate usi sunt poetae cum *incidebatur versus* vel *sententia*. Ex. gr.:

ἐκ γὰρ Ὀρέστᾱο ‖ τίσισ ἔσσεται Ἀτρεΐδαο[k].
εὑρὼν ἢ ἔλαφον κεραὸν ‖ ἢ' ἄγριον αἶγα[l].
πῶσ ἦλθεσ, Ὀδυσεῦ; τίσ τοι κακὸσ ἔχραε δαίμων[m];

Multo rarius syllaba sic producebatur ubi neque versus neque orationis fiebat incisio, ex. gr.:

ὃ ξεῖνοσ ἐμέθεν· ἐθέλω δέ μιν ἐξερέεσθαι[n].
νεβρὸν ἔχοντ' ὀνύχεσσι, τέκοσ ἐλάφοιο ταχείησ[o].
πρὶν μὲν γὰρ Πριάμοιο πόλιν μέροπεσ ἄνθρωποι[p].
Τρῶεσ μὲν κλαγγῆι τ' ἐνοπῆι τ' ἴσαν ὄρνιθεσ ὥσ[q].

---

a § 215. b § 328[5]. Longior forma etiam in thesi saepius est usurpata. c § 91, ex. gr. δύω νύκτασ δύο τ' ἤματα. d Διο- λ 325 et in hymnis. e Hes. Theog. 214, 226, § 69. f Sic Solmsen, Schulze Quaest. Ep. 10. g Κ 133 al., § 69. h Β 506 ζ 266. i Hoffmann Quaest. Ep. I 102 sq., vHartel Hom. Stud. I 447 sqq. j *Prima* arsis in censum huc non venit. k α 40. Item Χ 303 al., -α Δ 321 al., -ε Δ 155 φ 219, -ι ψ 110 (post correctionem), -αν Β 841 al., -ον Α 226 al., -υν ε 481, -ασ Δ 76, -οσ Α 153 al. l Γ 24. Item -αν (?) υ 260, -εν ι 62 al., -οσ Κ 540 al., -αρ δ 126, -α Ε 887. m κ 64. Item Η 232 Π 269, -αν Η 206 σ 75, -εν κ 269 μ 446, -ον Κ 7 Σ 591, -ασ Υ 45, -οσ Α 244 al. n τ 99. Item Ζ 443, -αν ι 413, -εν τ 477 υ 313, -ιν Ε 622 al., -ον λ 576 (ρ 35 φ 224 χ 499 ϝ'(ε) videtur excidisse), ἀτάρ ε 108, -ασ Ζ 366 Σ 589, -εσ Γ 40 ο 248, -οσ Β 233 Ε 499 Σ 168 Χ 22 Ω 313, -υσ δ 845. Suspicionem movent κεν Η 77 Υ 243, μέν l. a. Χ 482, μιν Ζ 176, 501, γάρ Β 39 al.; pro πάτερ ϑ 408 σ 122 υ 199 leg. πατήρ. o Θ 248. Item Θ 359 al., -αν κ 471 π 358 χ 449 ω 311, -εν Δ 263, -ιν Α 67, -ον Β 190 Τ 43 al., -αρ Ξ 503 Τ 49 τ 273, -εσ Ε 476 Κ 264 λ 413, -ισ Χ 412 δ 32. p Σ 288. Item Ψ 74 λ 190, 571, -ον Ν 495 ν 78 (§ 44[3]), -ασ Ε 752 Θ 396 (§ 44[6]) β 65, -οσ Ξ 139 al.; de locutione μῆτιν ἀτάλαντοσ § 44[2]. q Γ 2. Item Δ 172, -ασ Β 764, -οσ Γ 230 al., -ον Ι 302 al.

Vocales autem breves finales ad arsin explendam non sufficiebant nisi *ante caesuram*, ut in versu supra laudato Ὀρέσταο ‖ τίσισ, et *ante semivocales*, qua de re dicetur infra[a]; ceterae de quibus nunc sermo fit syllabae claudebantur *consona*[b]. Quapropter parum tuta est coniectura Ἀσκληπιόο δύο παῖδε pro vitiosa lectione -πῖου[c], neque recipienda est lectio altera ὣσ ᾽φάθ᾽, ὃ δὲ τόξον pro: δ᾽ αὖ[d] vel: τότε δεσμοῖσι διδέντων pro: τότ᾽ ἐν[e].

Nonnullis tamen locis arsis expleta est sono finali -α *neutri pluralis*; ex. gr.:

πορφύρεα καθύπερθ᾽, ὑπένερθε δὲ λῖθ᾽ ὑπέβαλλε[f].
τόξ᾽ ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην[g].

Alieni hinc sunt versus in quibus arsis expleta est dativi sono finali -ῐ[h], ex. gr.:

Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε[i].
κάρτεϊ τε σθένεϊ τε διακριδὸν ἔμμεν᾽ ἄριστοσ[j].
ὦ Ἀχιλεῦ, κέλεαί με, Διὶ φίλε, μυθήσασθαι[k].
δενδίλλων ἐσ ἕκαστον, Ὀδυσσῆϊ δὲ μάλιστα[l].
τὸν Λυκόϝοργοσ ἔπεφνε δόλωι, οὔ τι κράτεϊ γε[m].

§ 20. Sonus -ο- comparativorum ἀνιηρότεροσ[n], κακοξεινότεροσ[o], ὀϊζυρότεροσ[p] et superlativi ὀϊζυρότατοσ[q] metro cogente in arsi est usurpatus. Qui vero hanc excusationem non habet superlativus λᾱρώτατοσ[r] proferendus est λαερώτατοσ[s], positivus enim in dictione epica non λᾱρόσ erat, quod in libris est scriptum[t], sed λα(ϝ)ερόσ.

Contraria res obtinet in adverbio ϝεκάτερθε(ν)[u] metri causa pro ϝεκατέρωθε(ν) dicto.

§ 21. Syllaba initialis vocum quae a tribus syllabis brevibus exorsae his subiectam habent syllabam sive natura sive positione longam, in carminibus epicis passim obtinet arsin (⏑́⏑⏑–). Quam licentiam textus traditus in aliis vocabulis ostendit oculis, in aliis ita habet oblitteratam ut lectorem lateat[v]. Nam vocis ἀπονέεσθαι vel ἐπίτονοσ quae sit ratio

---

a § 26 et de clausula θυγατέρα ϝήν § 44³. b -αν, -εν, -ιν, -ον, -αρ, -ασ, -εσ, -ισ, -οσ. c Β 731, § 59. d Ο 478. e μ 54. f κ 353. Item Ω 7 μ 396 v. l. Υ 255, et post interpunctionem ξ 343. g Α 45. Item Ψ 240 ι 147 ψ 225 Hes. Op. 130. Ante *caesuram* sonus -α arsin explet Ε 576 al., sed illic nihil insoliti habet productio, pag. 91 *k*, neque ante semivocalem, ex. gr. Ε 547, § 26. h § 15 et 18. i Ξ 459. j Ο 108. k Α 74. l Ι 180. m Η 142. n L. a. β 190. o υ 376. p Ρ 416. q ε 105. Epicam hanc libertatem imitatus comicus in hexametro versu Lys. 776 dixit καταπυγονέστερον r β 350. s Schulze Quaest. Ep. 26. t Ρ 572 Τ 316 μ 283 ξ 408. Hes. fr. 207 pro vitioso οὐκέτι δὴ βαίνουσι λαροῖσ ποσίν Ruhnkenius tentavit: βαῖνον λιπαροῖσ, et alia conici possunt multa, ex. gr.: οὐκέτι δὴ βαίνουσι ⏑– λιπαροῖσι πόδεσσιν vel: οὐκέτι δὴ βαίνουσι ποσὶν λιπαροῖσι ⏑–́–. u Pag. 74 *e*. v Ahrens Conj. auf μι 35 (= kl. Schr. I 29).

nemo non videt, sed *ἠγερέθονται*[a], *εἰλάτινοσ*, *ἐννοσίγαιοσ*, *πουλοβότειρα*, *θυσσανόεσσα* nullum habent signum libertatis metricae; sedulo tamen re perpensa intellegitur harum quoque *breves* fuisse syllabas initiales, poetam enim dixisse: *ἀγερέθονται*, *ἐλάτινοσ*, *ἐνοσίγαιοσ*, *πολυβότειρα*, *θυσανόεσσα*.

Voces quas dicimus hae sunt:

(α) *ἀγοράεσθε*[b], *ἀθάνατοσ*, *ἀκάματοσ*, *ἀπάλαμοσ*[c], *ἀφασίη*[d], *ἀλάοο*[e], *ἀνέφελοσ*[f], *ἀϝίϝαχοι*[g], *ἀσινέασ*[h], item *ἀπαράμῡθοσ* apud Aeschylum[i], *ἀποδίωμαι*[j], *ἀπονέεσθαι*, *-οντο*, *-οίμην*, *ἀποπέσησι*[k], *παναπάλωι*[l], *πλανοδίασ*[m], *Δαναΐδησ*[n], *ἠγερέθονται*, *-θεσθαι*[o], *ἠερέθονται*, *ἠγάθεοσ*, *ἠμαθόεισ*, *ἠνεμόεισ*, *ἠλιτόμηνοσ*[p], *ἠνυσίϝεργοσ*[q].

(ε) *ἐπίτονοσ*[r], *Ζεφυρίη*, *ϝεαρινόσ*[s], *ἐλάτινοσ*, *ἐνατέρεσ*, *ἐνεσίησι*[t], *ἐνόδιοσ*, *ἐνοσίγαιοσ*, *ἐνοσίφυλλοσ*[u], *ἐρεσίη*, *Ἐρέτρια*, *Τερεσίησ*, *Περίθοοσ*, *ἐρύμεναι*[v].

Etiam praepositio *ἐν* cum nomine suo arte cohaerens sic poterat usurpari, ex. gr. *ἐν ἀγορῆι*[w].

(ι) *διογενήσ*, *Πριαμίδησ*, *Σιδονίων*, *Φιλυρίδησ*[x], *διθανέεσ*[y].

(ο) *Ὀαρίων*, *βοτιάνειρα*[z], *ὀλεσίκαρποσ*[a], *Ὀρεΐθυια*, *Δολίχιον*, *δολιχόδειροσ*, *πολυβότειρα*, *πολύποδοσ*, *Πολυδάμᾱσ*, *ὀλόμενοσ*, *ὀϝέτεασ*[b]. In codicibus sunt: *Ὠρίων*, *βωτιάνειρα*, *ὠλεσίκαρποσ*, *Ὠρείθυια*, *Δουλίχιον*, *δουλιχόδειροσ*, *οὐλόμενοσ*[c], *οἰέτεασ*, in vocibus a *πολυ-* incipientibus variant ο et ου[d]: *πο(υ)λυβότειρα*, *πο(υ)λύποδοσ*, *Πο(υ)λυδάμᾱσ*. Addendum videtur *προφανέεσθαι*[e].

---

a Causa, ob quam in nostra editione signum *η* huic similibusque vocibus relictum est, dicta est pag. 63. *b* *B* 337. *c* Hes. Oper. 20. *d* *P* 695 *δ* 704, l. a. *ἀμφασίη* (nota *f*). *e* *κ* 493 *μ* 267, § 59. *f* *ζ* 45. Alteram lectionem *ἀννέφελοσ* sanam ducebat Wackernagel Bezzenb. Beitr. IV 299 sqq., syllabam negativam huius adiectivi (§ 90) suo iure longam fuisse cum Buttmanno ratus, olim enim dicta esse *ἀνθάνατον* et similia; etiam *ἀμφασίη* igitur probam esse lectionem, quam secutus Isyllus Epidaurius *ἄμποροσ* dicere ausus est pro *ἄποροσ*, inscr. Arg. 3342[66]. At nititur haec opinio vocibus dudum emendatis *ἀνάεδνοσ* (leg. *ἀνέϝεδνοσ*, § 43) *I* 146, 288 *N* 366, *ἀνάπνευστοσ* (leg. *ἄμ' ἄπνευστοσ*) Hes. Theog. 797, *ἀνάελπτοσ* (leg. *ἀνέϝελπτοσ*, § 43) Hes. Theog. 660, quibus e coniectura addi Wackernagel iussit fictam vocem *ἀνάσχετοσ* id quod *οὐκ ἀνασχετόσ* ei significantem *E* 892. *g* *N* 41, codd. *αὐίαχοι*. *h* *λ* 110 *μ* 137, deleta textus traditi particula *μέν*, § 73. *i* Aesch. Prom. 185. *j* *E* 763. *k* *ω* 7.

l *ν* 223, § 28 in fine, Harder de *α* vocali 96, Schulze Quaest. Ep. 173. *m* H. Merc. 75.

n Hes. Clip. 229. *o* *Γ* 231 *K* 127. *p* *T* 118. Si vocali *α* in eiusmodi syllabis revocata profertur *ἀλιτόμηνοσ*, pag. 58, etiam melius apparet vitii origo Hes. Clip. 91: Hercules *ᾤχετο τιμήσων ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα*, ubi Bentley restituit *Εὐρυσθῆ' ἠλιτόμηνον* coll. *T* 118. *q* *Ω* 277 e coniectura. *r* *μ* 423. *s* § 70. *t* *η* 119. *u* *E* 894.

v Hes. Op. 818. *w* Codd. *εἰν ἀγορῆι*, § 315[5]. Sed adiectivi *εἰνάλιοσ* *δ* 443 *ε* 67 *ο* 479 h. V 3 diphthongus *ει-* productionis *suppletoriae* signum est, ut in *εἰν ἁλί*. Primitus enim fuerunt *ἐνσάλιοσ* et *ἐν σαλί*, § 44. *x* Hes. Theog. 1002. *y* *μ* 22, codd. *διοθανέεσ*. *z* *A* 155 (l. a. *τ* 408) h. Ap. 363 Ven. 266. a *κ* 510. b *B* 765.

c *ὀλόμενοσ* Eur. Hel. 231 Phoeniss. 1029 Orest. 1364 al.; praesens *οὔλομαι* fingebant Curtius et alii. d Ex. gr. *Γ* 195 *πολυβοτειρῆι* (ου supra scriptum) papyrus 126. e *μ* 230, codd. *πρῶτα φανεῖσθαι*, § 147.

(υ) κυάνεοσ, κυανόπεζα, κυανοχαίτησ, θυγατέρεσ al., φυταλίη, ὑλακόμωροσ, Φυλακίδησ, δυναμένοιο, θυσανόεσσα.

Nominibus Δουλίχιον, Εἰνοδία[a], Τειρεσίησ, Πειρίθοοσ haec productio etiam postea inhaesit; hominis, quem famosissimum fecit causa Hermocopidarum, nomen fuit Πουλυτίων[b], in lapidibus commemorantur Πουλυδάμᾱσ Smyrnaeus et homonymus Euboeus, Πουλυχάρησ Euboeus[c], *loligo* dicta est πουλύπουσ[d], Fειαρινώ mulieris nomen extat in cippo Boeotio[e], viri Εἰάρινοσ in Pydnaeo[f], δούρ(ε)ιοσ ἵπποσ *equi Troiani* fuit nomen apud posteros[g], Διόσκουροι *Dioscūri* audiverunt Iovis filii[h]. Etiam adiectivi ἀθάνατοσ similis fuit sors, nam poetis scenicis syllaba initialis longa fuit[i].

Recentiores vero poetae cum rei rationem parum perspexissent, non solum εἰαρινόσ dicere sustinuerunt, quod necessarium erat licitumque, sed etiam εἶαρ[j], εἴαροσ[k], εἴαρι[l], quae inutilis fuit productio et Homero iudice soloeca.

Quae modo sunt exposita[m], pro parte longe maiore eo redeunt ut *quinque* syllabarum *brevium* deinceps in versu heroico collocatarum *media* arsin obtinere potuerit si esset *finalis* aut *initialis*. Frequentes igitur in carminibus epicis sunt hi numeri: ◡◡◡́◡◡, neque tamen rari –◡́◡◡, multo vero rariores sunt huiuscemodi numeri:

εὑρὼν ἢ ἔλαφον κεραὸν ἠ' ἄγριον αἶγα (◡◡◡́–).

Κίρκηι ἐπήϊξα ὥσ τε κτάμεναι μενεαίνων (–◡́–).

Etiam *tribrevi* voce dactylum potuisse expleri, *non* cogente igitur metro, demonstratum ivit Schulze[n], voces οὔνομα, φᾶεα[o], ἄορι et -ρα, μείλανι[p], τείρεα[q], πείκετε[r] parum probabiliter sic explicans.

Stirpes disyllabae et polysyllabae, a vocali brevi neque positione producta incipientes, in longam vocalem hanc mutabant cum nominis compositi vel verbi decompositi partem posteriorem efficiebant:

(α) ἀασ ἀνᾱα(σ)τοσ.
ἀγερ ὁμ-, πολυηγερήσ, ὁμηγυρίζω, θῡμηγερέω, νεφελ-, στεροπηγερέτα.
ἀερ μετήοροσ, ἀπήωροσ.
ἀκεσ ἀνήκεστοσ.
ἀλεγ ἀπηλεγέωσ[s], τανηλεγήσ[t].
ἀμειβ ἐξ-, ἐπημοιβόσ.

---

a Eur. fr. 310, Valcken. Diatr. 167. b Pherecrat. fr. 58. c Smyrn. 5616 Eub. 5311b et 5312[259]. d Aristoph. fr. 235 Pherecrat. 13 al. apud Athenaeum 316. e Boeot. 771. f Epigr. Kaibel 515, § 70. g Ar. Av. 1128. h Διὸσ κόρω Eur. Hel. 284 al. i Ex. gr. Ar. Av. 1224. j Bion. VI 15. k H. Cer. 174 Theocrit. VII 97 XII 30 XIII 26 Bion. VI 1. l Theocrit. XXIII 29 Bion. VI 17. m § 19—21. Cf. § 38 in fine. n Quaest. Ep. 203 sqq. o § 71. p Ω 79. q Σ 485. r σ 316. s Ι 309 al., l. a. ἀνηλεγέωσ. t Θ 70 al., Bechtel ἀνηλεγήσ.

	ἀμελγ	ἀνήμελκτοσ, Ἱππημολγοί.
	ἄνεμοσ	ποδήνεμοσ, νήνεμοσ.
	ἀνυσ	ἀνήνυστοσ.
	ἀρο	ἀνήροτοσ, πρωτηρότησ[a].
	ἄφενοσ	ἐϋηφενήσ[b].
(ε)	ἐλα	ἐξήλατοσ, βοηλασίη, ἱππηλάτα, -λατοσ, -λάσιοσ.
	ἐνεκ	δι-, δουρ-, κεντρ-, ποδηνεκήσ.
	ἐρα	ἐπ-, πολυήρατοσ.
	ἐρετ	δολιχ-, ἐπ-, φιλήρετμοσ.
	ἐρεφ	ἀμφ-, ἐπ-, κατ-, ὑψηρεφήσ.
	ἐρι(δ)	ἀμφήριστοσ, Ἐπήριτοσ.
(ο)	ὀβελόσ	πεμπώβολον.
	ὀϊσ	ἀνώϊστοσ, -στί.
	ὄνομα	ἀν-, δυσ-, ἐπ-, ὁμώνυμοσ, νώνυμ(ν)οσ.
	ὄνυξ	γαμψ-, κρατερῶνυξ, μῶνυξ.
	ὄροσ	πρυμν-, ὑπωρεΐη, Ἀνεμ-, Λιμνώρεια.
	ὀροφή	ὑπωρόφιοσ.
	ὀρυχ	κατωρυχέεσσι.

Etiam stirpium praefixo negativo *ν-* ornatarum sonus initialis sic augebatur[c].

Permansit autem hic mos in dictione aevi posterioris, ex gr. ἔπηλυσ, τριήρησ, κατήγοροσ, τριώβολον, ἀνώνυμοσ, συνωμότησ.

Breves tamen manserunt nonnullae huiuscemodi syllabae: ἀλεξάνεμοσ[d], ἐπαμοιβαδίσ[e], ἀνόλεθροσ[f], ὑψερεφήσ[g], ὑψόροφοσ[h], ὀψαρότησ[i]. Perperam autem adiectivis ὠμεστήσ et ἀλφεστήσ a *monosyllaba* stirpe ἐδ ductis in textu tradito vocalis η pro ε est tributa[j].

§ 22. Initio versuum binae ternaeve voces arte cohaerentes et tres syllabas breves cum longa coniunctim efficientes vocabulorum solidorum instar habebantur (⏑⏑⏑–): διὰ μὲν ἀσπίδοσ[k], διὰ μὲν ἄρ ζωστῆροσ[l], ἐν ἑνὶ δίφρωι[m], φίλε κασίγνητε[n], ϝεανοῦ ἁπτομένη[o], ᾿λύτο δ᾿ ἀγών[p], τὰ περὶ καλὰ ῥέεθρα[q], ὄϊεσ ἄρσενεσ[r], τὸν ἕτερον[s], δρυὸσ ἔλῡμα[t].

Praeterea versus nonnulli aperiuntur vocibus ἴομεν[u], ἐπεί[v], δαΐζων[w].

---

a Hes. Oper. 490. *b* Λ 427 Ψ 81. *c* § 90. *d* ζ 529. *e* ε 481. *f* Ν 761. *g* Ε 213. *h* Γ 423 al. *i* Hes. Oper. 490. *j* Correxit Wackernagel. Etiam adiectivi νῆστισ sonus η displicet si etymologiae habetur ratio. Haec tamen vocalis non est mutanda, analogiae enim debetur (§ 90) et permansit postea in νηστεία, νηστεύειν. *k* Γ 357 Η 251 Λ 435. *l* Δ 135, Heyne διὰ sive ζὰ μὲν ἄρ᾿ ἀσπίδοσ ἦλθε et: διὰ sive ζὰ μὲν ἄρα ζωστῆροσ, § 28 et 90. *m* Ε 160, § 315[5]. *n* Δ 155 Ε 359 Φ 308. *o* Π 9, codd. εἱανοῦ. *p* Ω 1. *q* Φ 352. *r* ι 425. *s* ε 266. *t* Hes. Oper. 436, § 75. *u* Β 440 Ι 625 Μ 328 Ξ 374 Φ 438 ω 432; ἴ in thesi Ζ 526 al., § 308. *v* Χ 379 Ψ 2 δ 13 θ 452 φ 25 ω 482. *w* Λ 497.

Corrupta sunt verba ὃσ ἔτλησ ἐμεῦ εἵνεκ'(α)[a], aliena autem hinc sunt verba ὅσ <ϝ'> ἄξει[b].

Priscis grammaticis huiusmodi hexametri audiebant ἀκέφαλοι. Antehomerica autem aetate in carminibus epicis crebriores fuisse versus ἀκεφάλουσ veri est simile; sed qui in ipsis Iliade et Odyssea passim huius moris vestigia invenire sibi visus est Schulze[c], nonnulla huc traxit quae ad rem non faciunt[d].

Sextae arsi eandem quam primae libertatem concessam fuisse veteres grammatici autumarunt, μειούρουσ eiusmodi versus vocantes[e]. Sed unicum quod Iliadis Odysseaeve textus traditus huius rei praebet exemplum:

Τρῶεσ δ' ἐρρίγησαν ἐπεὶ 'ϝίδον αἰόλον ὄφιν[f]

quin vetusto errori debeatur non est dubium. Specie illi sunt decepti[g].

§ 23. Multis denique textus traditi locis syllabae breves arsin explere videntur, quas positione productas esse accuratius intuentibus liquet[h], ex. gr. ὅσ <ϝ'> ἄξει[i], οὔ τι μάλα δ(ϝ)ήν[j], θυγατέρα (ϝ)ῆν[k].

VIII. De syllabis positione productis.

§ 24. Brevem vocalem consonae duae pluresve subiectae producebant[l]. Ex. gr.:

Ξάνθου δινήεντοσ, ὃν ἀθάνατοσ 'τέκετο Ζεύσ[m].

Tribus autem modis distribui poterant consonae syllabam producentes; nam

aut ambae erant eiusdem vocabuli atque syllaba quae positione producebatur: δινήεντοσ,

aut syllaba finalis desinebat in consonam et sequens vox a consona incipiebat: ἀθάνατοσ 'τέκετο,

aut vox claudebatur vocali brevi, sequens autem duabus tribusve consonis aperiebatur: 'τέκετο Ζεύσ.

Modo igitur ipsius vocis conformatio productionis causa erat, modo alia vox subiuncta.

---

a Χ 236, leg. ὃσ 'τλῆσ εἵνεκ' ἐμεῖο. b Ω 154, § 92. c Quaest. Ep. 374 sqq. d ἰανθῇ χ 59, ἀείδῃ ρ 519, κλῦθι et κλῦτε § 149[8], σαόσ Χ 332, Ὀλυμπόνδ'(ε) Θ 439 ζ 42, ὄρεοσ Γ 34 al., 'στροφάετ'(ο) Ν 557 Hes. Oper. 528 h. Cer. 48. e Ex. gr. Plut. Mor. 397 *d*.

f Μ 208. g Fidem iis habuerunt Ahrens Conj. auf μι 36, Schulze l. l. 430 sqq., qui ad versus allati exemplum in versuum exitu scribi iussit ἔῃ et ἔω Η 340 Ι 245 Hes. Oper. 577 al., κάνεα κ 355, συφεοῦ κ 389, φατέοσ Hes. Theog. 10 Clip. 144, 161, κέων ξ 425, νεμέσι Ζ 335, θόακοσ et -κοι β 26 μ 318, ὀδόν ρ 196, ἐάγη Λ 559, κέαται Χ 510 λ 341 π 232, etiam ἐφιεῖσ Α 51 et ὕδωρ Ξ 435 al. huc trahens. h § 24. i Ω 154. j Α 416 al.

k Ε 371 al. l Litteris ζ (§ 28), ξ, ψ binae consonae significantur. m Ξ 434.

In *arsi* syllabas finales multo saepius quam in *thesi* a poetis Graecis productas esse positione, singulari diligentia demonstravit Isidorus Hilberg[a], cuius duae hae ad Homerum pertinent observationes[b]:

ad *secundam thesin* explendam ᾰ, ε, ῐ, ο, ῠ finale substantivi, adiectivi, adverbii adiectivalis, verbi non sufficiebat positione productum[c].

ad *quartam thesin* explendam ᾰ, ε, ῐ, ο, ῠ finale nullum sufficiebat positione productum[d].

Praeterea Wernicke docuit in thesi quarta ne eam quidem positionem, quam efficiunt consonae terminalis et initialis, satis viguisse *si intercederet pausa*[e]. Ubi vero continuabatur sententia, offensioni non erat syllaba sic producta[f].

§ 25. In dictione recentiore vocalis brevis non producebatur cum sequebantur muta et liquida vocabuli sive eiusdem sive proximi[g], nisi muta erat media (β, γ, δ) et liquida λ vel μ vel ν[h].

In epicis vero carminibus huiusmodi syllabae *arsin* obtinere solebant[i], in *thesi* autem collocatae *non corripi*; metro tamen iubente poterant breves haberi, si sonus posterior erat λ vel ϱ[j], ex. gr.:

---

a Das Princip der Silbenwägung und die daraus entspringenden Gesetze der Endsilben in der gr. Poesie, 1879. *b* L. l. 18 et 20. *c* Ergo Χ 101 metrum claudicat nisi additur -ν: ὅσ μ' ἐκέλευε(ν) Τρωσί. Sed verum ibi videtur ὅσ Τρωσίν μ' ἐκέλευε (Nauck) aut: ὅσ με Τρώσ' ἐκέλευε. *d* Non recte igitur habet ex. gr. Hes. fr. 166 ἑτέρηι δὲ σκῆπτρον ἀείρασ, leg. σκῆπτρον δ' ἑτέρηφιν ἀείρασ, vel huiuscemodi coniecturae: Ο 626 ἀνέμου δὲ δϝεινὸσ ἀήτησ pro ἀνέμοιο δὲ δεινὸσ ἀ., β 66 θεῶν δὲ δϝείσατε μῆνιν pro θεῶν δ' ὑποδείσατε μ., ο 444 ὕμιν δὲ φράσσετ' ὄλεθρον pro ὕμιν δ' ἐπιφρ. ὄ. *e* Ad Tryphiodor. 173 sqq.; recipi igitur nequeunt hae coniecturae: Ν 738 οἳ μὲν ἀφεστᾶσιν σὺν ὄχεσφιν, τοὶ δὲ μάχονται pro σὺν τεύχεσιν οἳ, Η 277 μέσσωι δ' ἀμφοτέρων σκῆπτρ' ἔσχον, 'ϝεῖπέ τε μῦθον pro ἔσχεθον εἶπε, Ψ 741 ἀργύρεον κρητῆρ' ἐῢ τυκτόν· ϝὲξ δ' ἄρα μέτρα pro ἀργ. κρητῆρα τετυγμένον· ἕξ, Σ 583 ἔγκατα καὶ μέλαν αἷμα 'λάφυσσον· τοὶ δὲ νομῆεσ pro 'λαφύσσετον· οἳ, π 385 δασσάμενοι κατὰ μοῖραν ἐφ' ἥμασ, ϝοικία δ' αὖτε pro ἡμέασ, οἰκία. *f* Α 551 Β 522 Δ 83 Σ 400 Φ 126 Ψ 259 ζ 93 π 435 τ 576 ω 364 al., Hilberg l. l. 112 sqq.; vitio igitur carent etiam haec et similia hemistichia: Η 467 παρέσταν ϝοῖνον ἄγουσαι, ι 530 πτολίπορθον ϝοίκαδ' ἱκέσθαι, η 326 καὶ ἄνυσσαν ϝοίκαδ' ὀπίσσω, λ 484 ἔτιον ϝῖσα θεοῖσι, π 375 ἐφ' ἥμιν ϝῆρα φέρουσι, ο 431 ἅμ' ἥμιν ϝοίκαδ' ἕποιο, Α 579 σὺν δ' ἥμιν δαῖτα ταράξηι, ω 387 σὺν δ' υἷεσ τοῖο γέροντοσ, δ 531 ἄνωγεν δαῖτα πένεσθαι. *g* Muta finalis cum liquida initiali non nisi in praepositione ἐκ poterat concurrere, ex. gr. μάχησ ἐκ νοστήσαντε. Cuiusmodi locis ἐκ longum semper est habitum, etiam in poesi Attica. *h* Acumini Dawesii Miscell. Crit. 1745 sect. V hoc praeceptum debetur. Qui in Aristophanis fabulis non congruunt versus, partim ad epicae tragicaeve dictionis imitationem sunt conformati: Eq. 1178 ὈΟβριμοπάτρα, Lys. 742, 833, Eccl. 369 πότνια, Pac. 140 ῡγρόν, Thesm. 859 πᾱτρίσ, partim corrigendi sunt: Pac. 1201 Plut. 1019 δρᾱχμᾶν, Vesp. 151 Κᾱπνίου, Eq. 207 μᾱκρόν, Nub. 1468 πᾱτρωίων, Thesm. 1184 τυγᾰ́τριον, Nub. 869 κρεμᾱθρῶν, Av. 591 κῑχλῶν, Av. 579 ᾱ̓γρῶν. Tragici autem poetae priscum morem hic illic sunt secuti; apud Aeschylum ex. gr. octogesimo quoque versu exemplum huiusce productionis invenitur, praesertim in vocibus τέκνον et πατρόσ et in obsoletis aliquot vocabulis, quale est μέλαθρον, Tucker Class. Review 1897, 341 sqq.

i Ratio est: 4 in arsi /1 in thesi. *j* Attica quae vocatur correptio in carminibus epicis invenitur ante sonos πλ, κλ, χλ, βρ, δρ, πρ, κρ, τρ, φρ, χρ, θρ. Vitium sonat vocis σχετλίη syllaba prima correpta Γ 414; ceterae huiusmodi correptiones aut omnino a Graecis vitatae sunt, aut in epica certe poesi non extant. De positione debili disputarunt Hermann Orphic.

longae:	breves:
ἀρνύμενοσ πατρόσ τε[a].	παρέθηκε τράπεζαν[d].
τὰ πρῶτα[b].	Ἀφροδίτη[e].
πεπρωμένον[c].	τειχεσιπλῆτα[f].

Ubi sonus posterior erat μ vel ν, longas dictio epica etiam in thesi habuit semper[g].

Inde ab Homeri igitur aevo — neque propius ad linguae Graecae incunabula licet accedere — potestas sonorum κλ, πρ, similium in ore Graecorum infirmior fuit quam ut brevem vocalem praemissam posset producere[h]. In epica autem arte huiusmodi syllabae medium quoddam genus efficiebant inter vere longas, ad quamlibet sive arsin sive thesin explendam aptas, et syllabas sine controversia breves.

Hanc ob causam poetae epici in *arsi* potissimum eas collocarunt; sic enim syllaba debilior sustentabatur impetu rhythmi. In *thesi* raro posuerunt sine necessitate, rarissime sine necessitate corripuerunt[i].

Quid velimus docent exempla quae supra sunt allata. Participium πεπρωμένοσ ut metro dactylico posset adaptari, syllaba πε- in thesi esset necesse erat; produci autem eam sinebat metrum: ergo non corripiebatur. Vetustum vero epitheton τειχεσιπλῆτα nisi correpta syllaba media in versu heroico usurpari non poterat. Voci τράπεζα in carmine epico non erat locus nisi post syllabas breves[j]. Dea Ἀφροδίτη suo nomine designari non potuisset in carminibus quae sunt de bello ab ipsa suscitato, si nominis syllabam initialem produci necesse fuisset.

Quatuor igitur inter sex vocabula laudata non carent correptionis causa idonea; duorum vero syllaba positione debili producta citra necessitatem thesin obtinet: πατρόσ et τὰ πρῶτα. Talia apud Homerum rara sunt[k]; rarissima autem fuit *correptio* Attica ubi vitari poterat, ex. gr. in vocibus σχετλίη[l], Πάτροκλε[m], ϝείπῃσι· πατρόσ[n], πρωτόπλοον[o], φαρέ-

755 sqq., Spitzner de versu Her. 88 sqq., La Roche Hom. Unters. 1 sqq., vHartel Hom. Stud. I, Buth Philol. 39, 551 sqq., Usener Altgr. Versbau 22 sqq. *a* Ζ 446. *b* Α 6. *c* Γ 309. *d* ι 92. *e* Passim. *f* Ε 31.

g Hesiodus etiam ante -κν- syllabam brevem habet Oper. 567: ἀκροκνέφαιοσ, et ante πν- Theog. 319: ἔτικτε πνέουσαν. *h* Pag. 42. *i* Correptio potissimum in *tertiae* et *quintae* thesium syllabam *priorem* est admissa, ex. gr.: ὣσ οἳ μὲν τοιαῦτᾰ πρὸσ ἀλλήλουσ ἀγόρευον et: καί μιν φωνήσασ ϝέπεα πτερόεντᾰ προσηύδα, vHartel Hom. Stud. I 443. Sed non omnia quae sunt eiusmodi ipsis poetis debentur, πρόσ(-) autem in illorum ore eiusmodi locis πότ(-) sonuisse videtur, § 315[1]. *j* Vocabula multa ita sunt conformata ut in poesi dactylica poscant correptionem Atticam syllabae praemissae; ex. gr.: προπάροιθε θρόνων ἐτίταινε τραπέζασ κ 354, αὐτὰρ ἔπειτα θρόνουσ περικαλλέασ ἠδὲ τραπέζασ χ 438, 452, quibus locis — neque alibi usquam — bis intra unius versus spatium correptio Attica est admissa. *k* Necessitatis metricae ratione non habita — sed habuisse satius erat! — vir doctus Buth l. l. docuit apud Homerum breves vocales ante mutam cum liquida *in arsi* esse locis 2673 (Il. 1613, Od. 1060), *in thesi productas* esse locis 90 (Il. 58, Od. 32), *correptas* locis 556 (Il. 267, Od. 289), sive – : ⏑ = 5:1. Paucas igitur syllabas in thesi positione debili productas esse apparet (1/36). *l* Γ 414, pag. 97 *j*. *m* Τ 287.
n Ζ 479, recte l. a. ϝείποι πατρόσ. *o* θ 35.

τρησ[a], δακρυπλώειν[b], προσέκλῑνε[c], καὶ νῶῑ κεκρυμμένα[d], Ὀτρυντεΐδην et Ὀτρυντῆῑ[e], „quae tantopere ab Homerica consuetudine abhorrent ut „dubitari non possit quin correptio criticis debeatur"[f]. In vocalibus *finalibus* paulo minus incommodi habebat res, neque corrupta aut recentia sunt omnia quae ita sunt conformata, ex. gr.: τύπτετε κληΐδεσσιν[g], δὲ χλαῖναν[h], μέλι χλωρόν[i], τε Κρόνοσ τε[j], οἴχοιτο χρέοσ[k], ἄγε χρήματα[l], δὲ ᾿χρῖεν[m], γε χρυσείην[n], ὅ γε πρίν[o], ἐμὲ πρίν[p], ἐξολέσειε πρίν[q], καὶ ᾿βάλε Πριαμίδᾱο[r], Πριάμοιο τρίτοσ[s], φαληριάοντα πρό[t], ὅρμενα πρόσσω[u], καί τινα Τρωϊάδων[v]. Compluribus vero locis correptio Attica vitii indicium habet aliis vitiis vicinum, ex. gr.: ἡγήτορι Θρηικῶν[w], οὔδεῖ ᾿πλῆντο[x], δὲ πλέον[y], εἶπε πρὸσ ὃν μεγαλήτορα θυμόν[z].

§ 26. Brevis vocalis finalis ad *arsin* explendam sufficiebat sequente semivocali[a]. Ex. gr.:

(ϝ) πατρὶ φίλωι ἔπορον· ὃ δ' ἄρα ϝῶι παιδὶ ὄπασσε[b].
(λ) εἷλκ' ἐπὶ ϝοὶ μεμαώσ, ὥσ τε λίσ, ἐκ δ' ἄρα χειρὸσ | κτἑ.[c].
(μ) αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι | κτἑ.[d].
(ν) αἶψα δ' ἐπὶ νευρῆι κατεκόσμεε πικρὸν ὀϊστόν[e].
(ρ) ϝάστυ δέ μοι δεῖξον, δὸσ δὲ ῥάκοσ ἀμφιβαλέσθαι[f].
(σ) ἐγκατά τε σάρκασ τε καὶ ὄστεα μυελόεντα[g].

Thesin vero brevis sonus finalis semivocali praemissus *non* explebat, ex. gr.:

πλάζων· οὐδέ τί μιν σθένεϊ ῥηγνῦσι ῥέοντεσ[h].

§ 27. Stirpibus a sono ρ incipientibus primitus praemissus fuit sonus ϝ aut σ. *Duorum* igitur sonorum vice postea functum est ρ-, quapropter syllaba antecedens in vocabulorum compositione et in formis verborum augmento ornatis est producta. Quod littera ρ *geminata* oculis indicari iam solet.

Etiam in *thesi* sonus ρ ita poterat extendi, ex. gr.: οὐδ' ἔρρηξε[i],

---

a Θ 323. *b* ι 122. *c* φ 138, 165, leg. πρόσκλινε, l. a. προσέθηκε. *d* ψ 110, del. καί. *e* Υ 383 sq.; in vs. 389 non: κεῖσαι Ὀτρυντεΐδη sed κεῖσ'(αι) proferri poeta voluit, § 117. *f* Hermann l. l. *g* μ 215. *h* ξ 529. *i* κ 234. *j* Θ 479. *k* ϑ 353. *l* ν 363. *m* Ψ 186. *n* Ω 795. *o* Δ 97. *p* ξ 334. *q* ϱ 597. *r* Γ 250. *s* Μ 95. *t* Ν 799. *u* Δ 572. *v* Σ 122. *w* Ε 462, pro Θρηΐκων, pag. 87 *f*. *x* Ξ 468, pro ᾿πλήατο, § 119. *y* υ 355, pro πλεῖον. *z* Δ 403 al., pro ϝόν. a De *secunda, quarta, quinta* arsibus sermo nunc fit potissimum. Nam in *tertia* quae sunt huiusmodi, ad § 19 sunt referenda; monosyllaborum brevium, quae *primam* arsin explere poterant, perpauca in vocalem desinebant; *sextam* autem arsin ut efficere posset sonus finalis, versus voce monosyllaba clauderetur oportebat. b *P* 196. c Δ 239. d α 56. e Δ 118. f ζ 178.

g ι 293. Similia *P* 463 Υ 434 Ψ 198 κ 238 λ 219 σ 77. Alia res est φ 219, § 19.

h *P* 751. Excipienda sunt: πολλᾰ λισσομένη, -νοσ, -νω Ε 358 Φ 368 (l. a. Φ 492) Χ 91 et πυκνᾰ ῥωγαλέην ν 438 ρ 198 σ 109, § 27. Pro πολλᾰ ῥυστάζεσκεν Ω 755 leg. πόλλ' ἐρρυστάζεσκεν § 130 et 146, κ 324 autem pro καί μ' ὀλοφυρομένη non est recipienda l. a. καί με λισσομένη. i Γ 348.

οἴκι δ' οὐκ ἔρρεξε[a]. Saepe tamen syllabam praemissam *non* produxit: ἐρύετο, ἔρῦτο, ἐρῦσατο, ἐράπτομεν[b], ἀναροιβδεῖ[c], κυνοραίστησ[d], προρέω[e], ἀμφίρυτοσ, καλλίροοσ, χειμάροοσ[f], ὠκύροοσ, καλλιρέεθροσ, εὐρυρέεθροσ. Pro ἔρεξον, ἔρεξα, ἄρεκτον fortasse legenda sunt: ἔϝερδον, ἔϝερξα, ἄϝερκτον[g].

Eadem quae sono ρ, sonis ϝ, λ, μ, ν, σ vocum sequentium erat vis in compositione et post augmentum, cum sustentabantur *arsi*[h]:

(ϝ) ἔϝϝαδε[i].
[ἀποϝϝειπών][j].
[ἀποϝϝέρσῃι, -σειε][k].

(λ) ἔλλαβε[l], ἐλλάβετ'(ο)[m].
ἐλλίσσοντ'(ο)[n], ἐλλισάμην[o], πολύλλιστοσ[p], τρίλλιστοσ[q], ἐλλιτάνευε[r], -νευσα[s]. — Suspecta est locutionis ἐλλίσσετο γούνων syllaba ἐλλ- in *thesi* producta[t].
ἀπολλῆξαι[u], μεταλλήξᾱσ[v], ἄλληκτοσ[w]. — Sed et ἀπολήγειν[x].
ἐπιλλίγδην[y].
ἄλλοφοσ[z], καταλλοφάδεια[a].

(μ) ἔμμαθεσ, -θεν[b].
ἔμμορε[c], ἄμμοροσ[d], δυσάμμοροσ[e], ἀμμορίη[f], διεμμοιρᾶτο[g]. — Sed αἰνόμοροσ, ϝῑσόμοροσ.
φιλομμειδήσ[h].
ἐϋμμελίησ[i].

(ν) [καταννεύων][j]. — Sed et κατανεύσομαι, -σαι, -σον[k].
ἀπεννίζοντο[l]. — Sed et ἀπονίζουσα[m].
ἀγάννιφοσ[n].
[ἐΰννητοσ][o].

(σ) περισσαίνειν[p]. — Sed et ἔσηνε[q].
ἐσσείοντο[r], ἐπισσείω[s], περισσείω[t], ὑποσσείω[u].
ἔσσευα[v], ἐσσεύοντο[w], ἔσσυμαι[x], ἐπισσεύω[y], μετασσεύω[z], λᾱοσσόοσ[aa], ἐπίσσωτρον[bb], ἐΰσσωτροσ[cc].
ἐΰσσελμοσ[dd].

---

a *I* 536. *b* § 132. *c* *μ* 105. *d* *ρ* 300; *θυμορρ.* *N* 544 al. *e* *E* 598 al. *f* § 61. *g* § 132. *h* Aliena hinc sunt: *ἀϝίϝαχοσ* *N* 41, § 21, *ἔν-νεον* *Φ* 11, et vitiosum *ἠείδει(σ)* *X* 280 *ι* 206. *i* *Ξ* 340 al., § 149[65]. *j* *T* 35, pag. 104 *a*. *k* *Φ* 283, 329, § 150[5]. *l* *Γ* 34 al. *m* *ε* 325. *n* *I* 585. Alienus hinc est *M* 49, ubi non *ἐλλίσσεθ'* est legendum, sed *εἱλίσσεθ'* sive *ἐϝελίσσεθ'*. *o* *λ* 35 *ν* 273. *p* *ε* 445. *q* *Θ* 488. *r* *X* 414. *s* *κ* 481. *t* *Z* 45 *Φ* 71 *κ* 264 (leg. *μιν 'λίσσετο γ.*?). *u* *O* 31 al. *v* *I* 157 al. *w* *B* 452 al. *x* *Z* 149 al. *y* *P* 599. Simplex *λίγδην* *χ* 278. *z* *K* 258. a *κ* 169. b *σ* 362 *ρ* 226, leg. *κακὰ 'μάθεσ, -θε*, § 26, vel *'μάθεσ, -θεν κακά*? c *Λ* 278 al. d *Z* 408 al. e *T* 315 al. f *υ* 76. g *ξ* 434. h *Γ* 424 al. i *Δ* 47 al.; item Mimnermus fr. 144 *φερεμμελίησ*. j *ι* 490, *κρατὶ καταννεύων*, leg. *κράατι καννεύων*? k *Λ* 514 al. l *K* 572. m *ψ* 75. n *Λ* 420 *Σ* 186. o *Σ* 596 *Ω* 580 *η* 97; melius *ἐῢ νητόσ*, ut *ὅθι νητόσ* *β* 338. p *κ* 215 *π* 4, 10. q *ρ* 302. r *Υ* 59. s *Δ* 167 *O* 230. t *T* 382 *X* 315. u *ι* 385. v *E* 208 al. w *B* 808 al. x *Λ* 173 al. y *O* 347 al. z *Z* 296. aa *N* 128 al. bb *E* 725 al. cc *Ω* 578, l. a. *ἐϋξέστου*. dd *B* 170 al.

Fortasse addendum est ignotae originis nomen proprium Ἐΰσσωροσ[a].

Ex Hesiodo accedunt ἀνασσείσασα[b], δορυσσόοσ[c], φερεσσακήσ[d], ex hymnis ἔλλαχε[e].

Eadem sonorum λ et σ vis fuit in nominibus propriis Ἀχι(λ)λεύσ et Οδυ(σ)σεύσ, quorum syllaba media saepe in arsi est collocata, sed et saepe in thesi, ubi brevis fuit. Alia quae sunt huiuscemodi tangentur infra[f].

Quae igitur causa effecit ut producerentur syllabae, quae supra sunt indicatae[g]?

Post multorum inconsiderata tentamina demonstratum ivit Hoffmann[h] „multis in vocibus, quae in scriptis Homeri carminibus nunc a „singulis litteris consonis incipientes feruntur, eo tempore quo facta sunt „haec carmina binas fuisse consonas initiales"[i], et evicit geminatum sigma verborum σαίνω et σείω servare vestigia formae priscae σϝαίνω et σϝείω[j], stirpes a sono ῥ orsas primitus a sonis ϝῥ vel σῥ coepisse, ex. gr. verbum ἔῤῥηξε olim fuisse ἔ-ϝῥηξε; nec non liquidas geminatas adiectivorum φιλομμειδήσ et ἀγάννιφοσ ex σμ et σν esse natas. Verbum εὔαδε autem sive ἔϝϝαδε aliquando fuit ἔ-σϝαδε, et stirpis ληγ formas ἀπολλῆξαι aliasque primitus sonos -σλ- habuisse credibile est[k].

Aliarum vero vocum iterata semivocali insignium stirpem primitivam qui ex epica dictione efficere sunt conati, in tenebris micabant. Adiectivum ἐΰσσελμοσ fuitne olim ἐΰσϝελμοσ? Adiectivi ἄλλοφοσ figura pristina aliis ἄ-γλοφοσ fuisse visa est, aliis ἄ-σλοφοσ, aliis ἄ-νλοφοσ. Verbum λίσσομαι, cuius augmentum etiam in thesi productum hic illic invenitur, fuitne ϝλίσσομαι?[l] An γλίσσομαι?[m] An σλίσσομαι?[n] Huiusmodi quaestiones complures sunt motae; nemo autem dicere habuit in μάλα μεγάλη vel in ἐνὶ μεγάροισι qui tandem sonus ante liquidam interiisset, et ducentis tamen fere locis brevis vocalis ante nomina μέγασ et μέγαρον producta est[o].

Faciamus autem demonstrari posse omnes stirpes, ante quarum sonum ϝ, λ, μ, ν, σ vocalis brevis hic illic arsin obtinet, a binis consonis coepisse primitus, — quid hoc conferet ad Homeri artem melius cognoscendam? Meliusne sic intellegetur quomodo particulis δέ et μάλα in

---

a Z 8. *b* Hes. Clip. 273. *c* Ibid. 54. *d* Ibid. 13. Huius adiectivi exemplum sequitur φερέσβιοσ h. Ap. 341 Hes. Theog. 693. *e* H. Cer. 86 sq. *f* § 36. *g* § 26 et 27. *h* Quaest. Hom. I 110 sqq., 1842. *i* Item Ahrens Rh. Mus. 1842, 167 sqq. et Philol. 1849, 592 sqq. (= kl. Schr. I 89 sqq.). *j* Tertii verbi σεύω formam pristinam fuisse σϝευω statuerunt Hoffmann et Ahrens, τσεύω (primitus τϳεύω sive κϳεύω) Brugmann Gr. Gramm. § 38, Kühner-Blass I § 19 Anm. 3. Et adiectivum φερεσσακήσ primitus fuisse φερε-τϝακήσ sumserunt L. Meyer coll. sanscr. *tvac* sive *cutis* et Schulze Quaest. Ep. 20. *k* L. Meyer Bezzenb. Beitr. VI 305 confert Angl. *slack*. *l* Dawes Misc. Crit. 160. *m* Hoffmann. *n* Schulze Quaest. Ep. 413. *o* vHartel Hom. Stud. initio.

versiculis αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι vel χειρὶ μάλα μεγάληι expleta sit arsis? Minime! Nam huiusmodi versibus ut lucem illud inventum possit afferre, necesse est aut sumatur initiales illos sonos culpa posteriorum e carminibus epicis evanuisse, rescribenda igitur esse δὲ σμαλακοῖσι et similia, aut vocalibus brevibus, quibus arsin expleri non sinerent leges metricae, interdum tamen id iuris ab ipsis poetis esse tributum propterea quod vox sequens a duabus consonis .... non inciperet quidem, sed ante aliquot hominum aetates coepisset. Quarum opinionum posterior eo tendit ut Ilias et Odyssea non veris poetis deberi credantur, sed imitatoribus servilibus, qui ne versus quidem pangere integros longasve syllabas a brevibus discernere scirent. Prior vero coniectura illa, secundum quam σϝόσ, σλαπάρη, σνευρή, ϝράκοσ, alia huiusmodi plurima — nam quis erit finis? — in textu carminum epicorum forent scribenda, caret ratione idonea et defensoribus[a]; ipse autem Hoffmann eiusmodi temeritati non indulsit, sed sumsit: „imaginem tantum sive umbram litterae superfuisse tempore Homerico"[b], eleganter magis scribens quam perspicue et imaginem sive umbram opinionis proferens potius quam claram evidentemque sententiam. Nam extat elementum aut non extat, scribitur littera aut non scribitur, vel potius, — quoniam de vivae vocis modulationibus agitur, non de signis exemplarium manu exaratorum, — auditur sonus aut non auditur: tertium non datur. Aut igitur consonae illae initiales aetate Homeri in sermone quotidiano etiam proferri solebant, certe in dictione poetica sonorum priscorum tenaci proferebantur, aut ante illam aetatem interierunt. Ut exemplo utamur, Homerus dicebatne σνιφόεισ domi cum suis confabulans, certe in carminibus dicebat, an νιφόεισ? Illud si sumimus, *scribamus* illud sigma! Scribamus igitur ex. gr. Τμώλωι ὕπο σνιφόεντι[c], quemadmodum scribimus δϝήν et δϝέοσ et δϝεινόσ, quia in poetarum ore sonum *w* vixisse certum ducimus, licet littera ϝ in textu tradito non compareat[d]. Sin adiectivum νιφόεισ in lingua poetae carebat initiali sono σ, ad carmina pangenda nihil ei potuit prodesse forma antiquior σνιφόεισ, qua neque ipse uteretur neque aequales.

In *mediis* vero vocabulis geminati soni ϝϝ, λλ, μμ, νν, ρρ, σσ servant prisci aevi vestigia; item *praepositionum* soni finales producti, quoniam praepositiones cum suo nomine unam vocem efficiebant. Exemplum ut proferamus, κατὰ λαπάρην revera sonuit καταλλαπάρην, ex antehomerico autem aevo, quo dicebatur κατὰ σλαπάρην, repetitae sunt hae similesque locutiones, ut in epico εἰν ἁλί superest priscum ἐν σαλί[e].

Sic plurimis vocalibus brevibus arsin ante liquidam obtinentibus parata est defensio[f]; sed quis credat etiam in versu αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ

[a] Non omnino ab ea alienus erat Ahrens l. l. 610 (= kl. Schr. I 112). [b] L. l. 157. Simile dictum Jebbii infra § 40. [c] Υ 385. [d] § 42. [e] § 44¹. [f] In versibus 409 ex 671 (vHartel).

αἰμυλίοισι λόγοισι[a]. ut hoc utamur exemplo, particulam δέ productam esse propterea quod adiectivum μαλακόσ a duabus consonis coepisset primitus? Non enim unam notionem δέ et μαλακοῖσι coniunctim constituebant, non potuerunt igitur aevo antehomerico concrescere in unam vocem, quae in δεμμαλακοῖσι abiret, ut ἔσμεναι in ἔμμεναι. Haud rari autem sunt huiuscemodi versus[b], quos ad ceterorum exemplum factos esse non est credibile.

Restat ut ea quae praebet textus traditus ipsis poetis deberi existimentur; in epicorum igitur poetarum arte metrica brevem sonum finalem ante consonas initiales ϝ-, λ-, μ-, ν-, ϱ-, σ- suffecisse ad arsin explendam[c]. Quae explicatio nihil habet incommodi, quoniam breves soni finales etiam *non* sequente semivocali arsin multis carminum epicorum locis obtinent[d].

Ita si rem nobis informamus, non est cur in versibus epicis ὅθι νητόσ vel ἐνὶ μεγάροισι minus apte scriptum videatur quam ἐνιμμεγάροισι una voce continuatum, qualia et olim saepe sunt exarata et passim etiamnunc inveniuntur in papyris[e] et in codicibus[f].

In *compositione* vero et post *augmentum* semivocalis melius iteratur[g]; recte igitur habent ἔϝϝαδε et quae tradita sunt ἀπολλῆξαι, φιλομμειδήσ, ἀγάννιφοσ, ἀγάρροοσ, ἐσσείοντο[h]. Fortasse autem ἔλλαβε, ἔμμαθε, -θεσ, ἔλλαχε ex ἐλέλαβε, ἐμέμαθε, -θεσ, ἐλέλαχε sunt nata, ut latina *reccidi, reppuli, rettuli* e *rececidi, repepuli, retetuli*[i].

---

a α 56. *b* Locis 135 particulae δέ et τε arsin sic obtinent. *c* „Eine der „Aussprache überlassene Schwellung des folgenden Consonanten, die einer Doppelung „gleich kam", Mehlhorn 1843 progr. Ratib., vHartel l.l. I 407, G. Meyer² 177 et 279 sq., Schulze Quaest. Ep. 465, Blass in Kühneri libro I 311. Ad cuiusmodi sonos depingendos in vetustis inscriptionibus compluribus litterae initiali λ vel μ subiecta est littera *H* sive *h*: *Λhέων* Att., *Λhεοντίσ* Corinth. 3140 *a*, *λhαβών* Aegin. 3416, *μhεγάλου* et *Mhόψοσ* Att., *Mhεγαρεύσ* Selin. 3045 et Prot. (Mnemos. XXXII), *Mhείξιοσ* Corcyr. 3190, *μhειάλη* Pamphyl. 1267. *d* § 19. Sono ϱ- in Attica poesi permansit potestas syllabam praemissam producendi, ex. gr.: οὐκ ἔσθ' ὅπωσ ὁ χρησμὸσ εἰσ τοῦτο ῥέπει Ar. Plut. 51, μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν Nub. 416, τοῦτ' ἐστὶν ἤδη τοὔργον εἰσ ἐμὲ ῥέπον Soph. Oed. R. 847, τί δὲ ῥυθμίζεισ Ant. 318; quin etiam in *thesi*, ex. gr.: αὗται δὲ ῥῖνασ ἔχουσιν Ar. Nub. 343, ἴσα καὶ τὰ ῥήματα τίκτειν Ran. 1059. Non tamen σρέπει aut ϝρῖνασ dixerunt Athenienses aevo Periclis, licet *ϝρhῖνασ* et similia iis tribuerit Dawes Misc. Crit. 161. *e* Ex. gr. δεννοτιοσ et υδατιλλιερωι (-αρωι) pap. Genev. *Λ* 811, 830, ενιμμεγαροισι pap. Bankes. *Ω* 219, 236, 427, 497, 603, 664, 768, schol. β 94, 338.

f Ex. gr. ἐπιρρηθέντι υ 322 F P, ἐνὶμ μεγάροισι α 27, 269 F, β 411 γ 186 P, 256 G P, 354, 360 P, δ 587, 624 G² P, al.; in F raro ita est scriptum, saepius in G, saepissime in P.

g Aristarchus liquidam ne in compositione quidem iterabat, scribebat igitur μεταλήξαντι *I* 299, ἄλοφον *K* 258, ἀπολήξῃσ *O* 31, διαραίσει *I* 78, πολύρηνεσ *I* 154. Sic *B* 752 in pap. Oxon. scriptum est καλλίροον. Et primitus, cum nullae duplicabantur litterae, aliter scribi ne potuit quidem. Quapropter *P* 37 dubitatum est utrum ἄρρητον sive *ineffabilem* dixisset poeta an ἄρητον sive *funestum* (Soph. Ant. 712). *h* Formae priscae ἐσϝείοντο, περισϝαίνω, similes in Homeri lingua fortasse etiam vixerunt integrae, neque est cur signum ϝ in his verbis magis displiceat quam in δϝήν vel δέδϝοικα § 42. Sed quoniam certa haec res non est, melius servatur formarum traditarum sigma geminatum. *i* Reduplicationem integram exhibent aoristi λελαβέσθαι § 149[23], λελάχητε, -χωσι § 149[25].

Non recte denique critici complures Homero tribuerunt aoristi formam dactylicam ἔϝϝιδον. Nam sonus ϝ *internus* ad vocalem producendam non satis valebat[a].

§ 28. Duarum consonarum concursus neglectus est in vocibus nonnullis, quae versui heroico adstringi aliter non poterant, quia brevem syllabam duabus longis interiectam illud metrum non admittebat. Producta igitur non est

1) vocalis brevis ante vocabula Ζάκυνθοσ[b], Ζέλεια[c], Σκάμανδροσ[d], Σκαμάνδριοσ[e], σκέπαρνον[f], στέᾱτοσ[g], σκιή[h].

2) syllaba initialis vocum ἀμβρότη[i], ἀνδροτῆτα[j], ἀνδροφόντηι[k], Ἱστίαιαν[l].

3) syllaba secunda vocum Αἰγυπτίη, -ᾱσ, -ηισ', -ουσ, -ων[m], αἰε(ν)νάοντα[n], Ἠλεκτρύωνοσ et -νησ[o].

Conferendae sunt voces eae, in quibus mutae cum liquida concursus metri causa est neglectus[p].

Ceterum nominum Ζάκυνθοσ et Ζέλεια sonus initialis fortasse ita est prolatus ut duplicem consonam non efficeret sed sono δ fieret similis[q], quemadmodum prima syllaba adiectivorum δάσκιοσ et δαφοινόσ e δια-, δϳα-, ζα- est nata[r].

Cum fluminis nomine Σκάμανδροσ et adiectivo inde ducto Σκαμάνδριοσ conferri potest verbi biformis σκίδνημι sive κίδνημι sonus σ instabilis[s], et in codicibus Κάμανδροσ atque Καμάνδριοσ hic illic sunt scripta. Hodie tota syllaba prima obmutuit, *Mendere* enim fluvius ille vocatur.

Vox στέᾱτοσ fortasse *synizesi* versui est adaptata[t], Ἱστίαιαν autem et Αἰγυπτίη utrum quadrisyllaba (⏑⏑–⏑ et –⏑⏑–) poetae fuerint an trisyllaba Ἵστϳαιαν et Αἰγύπτϳη, dubitari potest[u].

Traditum non est νὺξ ἀμβρότη, sed ἀβρότη. Quae probanda non est

---

a Schulze Quaest. Hom. 1887 (Quaest. Ep. 1892, 52 sqq.). Praepositio aoristi εἴσιδον Π 256 λ 582 π 356 al. non est suspecta, quoniam praesens εἰσοράω legitur locis 50, futurum εἰσόψομαι Ε 212 Ω 206; ἔϝϝιδον autem, quod propter Aeolicum εὔιδον non nemo coniecit, neque illic neque Δ 112 alibive est legendum. *b* Β 634 al. *c* Β 824 al. *d* Ε 36 al. *e* Β 465 al. *f* ε 237 ι 391. *g* φ 178, 183. *h* Hes. Oper. 589, Nauck σκέη. *i* Ξ 78. *j* Π 857 al. *k* Β 651 al. *l* Β 537. *m* Ι 382 δ 83, 127, 229 ξ 263, 286 ρ 432. *n* Id est: αἰὲν νάοντα, ν 109, § 324[10]. *o* Hes. Clip. 3, 16, 35. *p* § 25. *q* Dicimus Britannorum sonum *th mollem*, ex. gr. ζέ = δέ, ζίκαια = δίκαια, alia huiusmodi in inscriptionibus Eleis, Blass Aussprache des Griechischen[3] 110 et 116. *r* § 90. *s* § 45, 301. Aliter Usener Altgr. Versbau 27 not. 30: „ich glaube nicht dass Β 465, 467 Ε 49 Ζ 402 Δ 499 Χ 148 vor σκ eine kürze gedacht war'', ex antiquissima nimirum arte hos versus superesse ratus, revera enim e binis versiculis compositos esse singulos, supra pag. 48. Sic vero verba ἐπ' ἠϊόεντι Σκαμάνδρωι et similia, nota *d*, falsae analogiae essent tribuenda, et statuendum esset aliam nominis fluvii, aliam nominis proprii inde ducti in Iliade fuisse rationem metricam. *t* § 8. *u* Cum Hesiodeis Ἠλεκτρύωνοσ et -ώνησ nota *o* nomen heroinae Ἀλεκτρώναν in titulo Rhodio 4110 optimo iure contulit vWilamowitz.

scribendi ratio, quia alibi nox *ἄμβροτοσ*[a] sive *ἀμβροσίη*[b], *immortalis, divina* poetae dicta est, neque est causa ob quam credatur adiectivum *ἀβρότη* a substantivo *βροτοί* sive *mortales* ductum esse et noctis *solitudinem*, *ἐρημίαν ἄνευ βροτῶν*, indicasse[c]. In adiectivo *ἀμφί-βροτοσ*[d] vero origo vocis *βροτόσ* neglecta est, quapropter ante *-βρ-* auditus non est sonus *μ*, qui in vetustioribus compositis permansit compluribus, ex. gr. *τερψί-μβροτοσ*[e]. Etiam verbi *ἀ(μ)βροτάξομεν*[f] sonus *μ* neglectus est.

Restant *ἀνδροτῆτα* et *ἀνδροφόντηι*[g]. Hoc in codicibus scriptum est *ἀνδρ(ε)ιφόντηι*[h], et fuerunt qui poetae tribuerent hos sonos asperos horridosque: *Ἐνυαλίωι ἀνδρεϊφόντηι*[i] vel: *Ἐνυαλίωι ἀνδρεϊφόντηι*[j] vel: *Ἐνυάλjωι ἀνδρεϊφόντηι*[k]. Sed sonorum *-ωι ἀ-* vel *-υα-* synaloepha tam difficilis erat quam inutilis, ad neglegendam autem nominis *Ἐνυαλίωι* vocalem *-ι-* metrica nulla necessitas impellebat, neque quicquam habet poesis epica quod sit simile. Syllaba *ἀν(δ)ρ-* vero metri causa correpta haud durior erat quam neglectus sonus nasalis syllabae *ἀμ(β)ρ-*, qua de re supra dictum est, vel syllabae *ἀμ(π)λ-* apud tragicos[l], vel nominis *Ἀ(μ)φιάρεωσ* similiumque in vasculis Atticis[m], vel — quod etiam magis ad rem facit — *ἀδριjάνταν*, *ἀδριῶνα*, *ἀδρί*, similia pro *ἀνδρ-* olim scripta[n]. Nec non *μάκρα* pro *μάκτρα* in sermone vulgari dictum conferri potest[o].

Itaque non est quamobrem voci *ἀνδροφόντηι* substituatur *βροτολοίγωι*[p] vel *βροτοφόντηι*[q], multoque minus *ἀνδροτῆτα* in *ἀδροτῆτα* vel *ἁδροτῆτα* est mutandum[r].

Erroribus vero librariorum debentur correpta *δε̆ στᾰθμοί*[s] et *τε̆ δρῠφθη*[t]. Sincerum autem est *πάνῆμαρ*[u] sive *πάν* et *ἦμαρ* iuxta posita et in unam vocem coniuncta[v]; sonus enim *α* vocis *παν(τ)* tum demum producebatur cum integrum adiectivum monosyllabum *πᾶν* efficiebat, brevis vero manebat in compositis, ex. gr. *παναίολοσ* vel *πρόπαν*[w].

---

a λ 330. *b* Σ 268 al. *c* Ita adiectivum *ἄβροτον* usurpavit Aeschylus Prom. 2. *d* *B* 38 al. *e* § 39. *f* § 149[47]. *g* Eust. 183 init., Menrad de Contr. 175, vWilamowitz Hom. Untersuch. 299. *h* Sonum *ο* tuetur brevior huius epitheti forma epica et posteris usitata *ἀνδροφονοσ*. Diphthongus *-ει-* ut in textum irreperet videtur fecisse nominis *ἀργειφόντησ* similitudo. *i* Matthiae Gramm. 126. *j* Thiersch Gramm. 218. *k* Ahrens de Crasi 14, Fick ad *H* 166, Vogrinz Gramm. 26. *l* Aesch. Eum. 934 *ἀ̊μπλακήματα*, Soph. Oed R. 472 *ἀνᾰμπλάκητοι*, Eur. Alc. 242 *ἀ̊μπλακών*. *m* Kretschmer Gr. Vaseninschr. *n* Cypr. 59[2], Pamphyl. 1267[8], Hesych. s. v. *ἀδρί*, Peppmüller ad *Ω* 6 et Philol. Wochenschr. 1889, 238, Rzach ad *Π* 857. *o* Messen. 4689[107], Philodem. vol. Hercul., al. *p* Brandreth. *q* Nauck. Etiam *πτολεμιστῆι* (ut *X* 132) aptum est; sed cur quatuor locis idem epitheton mutatum fuerit haud favente metro? Extat autem *ἀνδροφόντησ* Aesch. Sept. 572. *r* In carminibus epicis non extat haec stirps, sed *ἀδροσύνη* sive *ἀδρ.* Hes. Oper. 473. Etiam infelicior est Bekkeri coniectura *ἀρετῆτα*. *s* η 89. *t* ι 426. *u* ν 31. *v* Ut *αἰέν* et *νάοντα* in *αἰενάοντα*. *w* Itaque adiectivi *πανάπαλοσ* ν 223 prima syllaba non ideo in arsi est collocata quod ex *πανθάπαλοσ* prodiisset et longa fuisset primitus, sed poetae brevis fuit, § 21. Similis ratio intercessit inter simplex *πούσ* et composita *ἀελλόποσ* *Θ* 409 al., *ἀρτίποσ* *I* 505 *ϑ* 310, *τρίποσ* *X* 164.

CAPUT II.

DE CONSONIS.

I. De consonis mobilibus.

A. In vocum fine.

§ 29. Consonae quae mobiles solent vocari in vocum exitu prouti metrum ferebat a poetis epicis sunt additae aut omissae, modo consona sequente, modo vocali. Cum ante vocalem omittebantur, elidebatur brevis sonus finalis[a] et adverbii *οὕτω* sonus *-ω* corripiebatur[b].

§ 30. Sonus *-ν* non eorum tantum terminorum, qui e dialecto Attica sunt cogniti, in dictione epica mobilis erat, sed etiam adverbiorum in *-θεν* desinentium[c], suffixi *-φιν*[d], adverbii *νῦν* sive *νῠ*[e], particulae *κεν*[f].

Instabilis huius soni, qui linguis Atticae et Ionicae fuit proprius, sensim crevit dominium et per alias regiones est extensum[g], in epicorum autem poetarum arte modicus fuit eius usus, quoniam etiam ante vocales poterat omitti. Quapropter signum *-ν* in carminibus epicis non est scribendum nisi iis locis ubi necessarium est ad confirmandum metrum, itaque ab Aristarcho omittebatur in fine syllabarum vel sic positione longarum[h], ex. gr.: *σφι Κρονίδησ*[i], *ἦρχε Πρόθοοσ*[j], *τί κε ῥέξαιμι*[k]. Quae vero in scholiis commemoratur „*χωρὶσ τοῦ ν*" scripta vox *οὐρανόθε προύφαινε*[l], non est probanda, quoniam nusquam apparet in *substantivis* quoque incertum fuisse huius suffixi sonum *-ν*[m].

In versuum fine paragogicum *-ν* addendi iusta causa non est. Neque probabilis est ea quae in codicibus obtinet ratio, ut *-ν* scribatur ante versus a *vocali* incipientes, ante ceteros omittatur; nam hiatum inter versuum syllabas finales et sequentium initiales a poeta non esse vitatum sexcentis locis liquet.

---

a § 13. *b* *Γ* 169 *γ* 315 *ο* 12. *c* § 47. *d* § 46. *e* Encliticum est *νυ*. *Ψ* 485 est *νῦν*, hortantis vox; *K* 105 vero errori eadem debetur. *f* § 326.

g A dialecto Aeolica alienus fuit, Meister Dial. I 125; neque in Doricis inscriptionibus vetustioribus est inventus. Tabulae Heracleenses Dor. 4629 paragogico *-ν* non nisi in dativo numeri pluralis utuntur, Boisacq dialectes Doriens 88, 1891. *h* La Roche Textkritik 392, Ludwich Arist. I. *i* *I* 236. *j* *B* 756. *k* *T* 90. *l* *ι* 145.

m Quae res veteres grammaticos non fugit, Apoll. Adv. 190; quapropter Ludwich suspicatus est Aristarchum non *οὐρανόθε* sed *-θι* scripsisse.

Fortasse etiam ante caesuram et ante diaeresin litteram paragogicam poeta omittebat, nam ibi quoque hiatus in eius arte licitus erat[a].

Paucae autem syllabae in *thesi* sono -ν sunt productae, crebriores quam ut omnes corruptae credi possint[b], sed mollienda est metri haec durities ubi sine remedio violentiore fieri id potest; ex. gr. pro *εἶσεν δ' ἐν Σχερίηι* leg. *εἶσε δ' ἐνὶ Σχερίηι*[c], pro *Τρωσὶν δ' ἤλπετο* autem *Τρωσὶ δ' ἐϝέλπετο*[d], pro *τῆισιν δώδεκα* praestat legi *τῆισι δυώδεκα*[e], et *οἶσί τ' ἐΰ ζώουσι* pro *οἶσίν τ' εὖ ζώουσι*[f].

Non vero sequendi sunt qui paragogicum -ν ante consonas ne in arsi quidem ferendum autumarunt[g], scribenda igitur esse *παρ' ὄχθηισῑ ποταμοῖο, ϝέπεσῑ καὶ χερσὶν ἀρήγειν, ὤτρυνε̄ δ' Ὀδυσῆα, 'μάστιξε̄ δ' ἐλάειν*, similia. Nam breves soni finales sequente muta arsin explere non poterant nisi ante versus incisionem[h]. Recte igitur scripta sunt *(ϝ)έπεσιν καὶ χερσίν, ὤτρυνεν δ' Ὀδυσῆα, 'μάστιξεν δ' ἐλάειν*, similia plurima, cum praesertim constet *aliquem* certe soni paragogici in carminibus epicis usum fuisse. Quo *hiatus* multos expletos esse nemo negat, in *thesi* autem si proba verbi forma fuit *ὤτρυνεν Ἀπόλλων*, quidni in *arsi* fuerit *ὤτρυνεν δὲ γέροντα*?

§ 31. Sonum -σ mobilem habebant adverbia *πολλάκι(σ)*[i], *ὁσσάκι(σ)*[j], *τοσσάκι(σ)*[k], *ἀτρέμα(σ)*[l], *με(σ)σηγύ(σ)*[m].

A quibus secernenda sunt *ἀμφίσ = ἀμφί-σε*[n] et *ἄχρισ = ἄχρι σε*[o], non enim eadem vi haec utebantur atque *ἀμφί* et *ἄχρι*, sed usu fuere diversa. Quapropter sonus σ adimendus est adverbio *μέχρισ*[p], quam formam textus traditus praebet eodem sensu quo *μέχρι*[q] sive adverbii *ἄχρι* formam ampliorem perperam usurpatam[r].

In syllaba *paenultima* sonum σ mobilem habebant adverbia *ἔκτο(σ)θεν*[s], *ἔντο(σ)θεν*[t], *ὄπι(σ)θεν*[u], et verborum terminus -*με(σ)θα*[v].

§ 32. Particula *οὐκ* in enuntiatorum fine sonum κ non amittebat, ut postea in dialecto Attica, sed vocali -ι etiam auctior fiebat *οὐκί*[w].

---

a § 14 sq. b Id quod perhibuit Fick: „Verse wie *ἷξεν δ' εἰσ Πριάμοιο* Ω 160 sind bei Homer nicht zu dulden", Odyss. 32 sq. c ζ 8. Item Ι 200. d Ο 701. e υ 107, § 91. f ρ 423 τ 79. g Ernesti apud Heynium Iliad. IV 447. h § 19. i -κισ Θ 362 al., -κι Λ 396 al. j -κισ in carminibus epicis non extat, -κι Φ 265 al. k -κισ non extat, -κι Φ 268 al., λ 586 *τοσσάχ' ὕδωρ*, pag. 76 *f*. l -μασ Β 200 al., -μα Ο 318, § 320[9]. m *μεσσηγύσ* Ε 41 al., *μεσσηγύ* Λ 573 Ο 316, *μεσηγύ* Θ 560 al. n § 316[1]. o § 318[2]. p Ω 128. q Ν 143. r Athenis neque *μέχρι* neque *ἄχρι* sonum -σ admisit, Kühner-Blass I 297 *c*. s -σθεν Η 341 al., -θεν α 132 al. t -σθεν Ζ 364 al., -θεν ι 239, 338 (ex emend.). u -σθεν Ν 834 al., -θεν Λ 197 al. v § 118 w Sic, non *οὐχί*, scribi iussit Aristarchus, La Roche Textkritik 328 sq., Ludwich Arist. I 210. Non nisi in locutionibus *ἠὲ καὶ οὐκί* et *τε καὶ οὐκί* est usurpatum apud Homerum, Υ 255 ante caesuram, ceteris locis (Β 238 al.) in fine versus. Ο 716 Π 762 pro *οὐχὶ* vel *οὐκὶ μεθίει* leg. *οὔ τι μεθίει*.

B. De consonis in vocum initio mobilibus.

§ 33. Consona initiali modo carebant, modo utebantur *ἴα—μία*[a], *αἶα—γαῖα*[b], *εἴβω—λείβω*[c], *δεδουπώσ*[d]—*ἐγδούπησαν*[e], *ἐρίδουποσ—ἐρίγδουποσ*[f], *σύν—ξύν*[g].

De sonis *ϝ* et *σ* initio vocum nonnullarum intermortuis agetur infra[h].

Duas consonas in fronte mobiles habebat stirps vocum *ψάμαθοσ*[i] sive *ψάμμοσ—ἄμαθοσ*[j], *ἀμαθύνω*, *ἠμαθόεισ*[k], *Ἀμάθεια*[l].

Non consonam sed *vocalem* mobilem habebant *ἀστεροπή—στεροπή*[m], *ἄσταχυσ*[n]—*στάχυσ*[o], *ὑποσταχύεσθαι*[p]. Praeterea huc faciunt voces ab (*ἐ*)*ϝ*-incipientes[q].

C. De consona *τ* vel *ϑ* in mediis vocibus mobili.

§ 34. Sonum *τ* vel *ϑ* in media stirpe mobilem habebant *π(τ)όλισ*[r],

---

a § 91². *b* *αἶα* locum non nisi in versuum fine obtinuit, praesertim in locutione *πατρίδοσ αἴησ*. Sed *πατρίδα γαῖαν*. *c* *εἴβω* in exitu tantum hexametri nec nisi post *δάκρυον* reperitur, *Π* 11 al.; sed *δάκρυα λείβων* *Ν* 658 al. *d* § 157. *e* *Λ* 45. Metrum non obstat quominus et ceteris locis, quibus hic aoristus usurpatus est, sonus *γ* stirpi praemittatur: *'γδούπησε* et *γδουπῆσαι* pro *'δούπησε* et *δουπῆσαι*; sed dehortantur sonus finalis ante substantivum *δοῦποσ* non productus *Δ* 455 *Π* 635 *π* 10 et adiectivi *ἐρίγδουποσ* forma brevior *ἐρίδουποσ*. Cognata sunt *κτύποσ* et *κτυπέω* § 149⁷⁶. *f* Brevior forma semper claudit versum; *Υ* 50 pro *ἄλλοτ' ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων μακρὸν ἀΰτει* leg. *ἄλλοτε μακρὸν ἀΰτε' ἐπ' ἀ. ἐ.* *g* Utraque forma etiam in compositis est usurpata. In tradito autem textu *ξύν* scribi non solet nisi iis locis ubi consona duplex metro necessaria est; in compositis tamen littera *ξ* etiam non flagitante metro hic illic est scripta, et poetam multis locis, ubi nunc legitur forma vulgaris *σύν*, dixisse *ξύν* et *ξυν-* quivis suspicetur collato adiectivo *ξῡνόσ* e *ξυνιόσ* sive *ξυνjόσ* nato. Dubia tamen est res propterea quod postea Athenis amplior potissimum forma est usurpata, Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.² 181 not. 1502, ita ut sonus *ξ-* e dictione Attica in epica carmina irrepere haud difficulter potuerit. *h* § 41 et 45. *i* *Δ* 486 al. *j* H. Ap. 439; *Ε* 587 pro *γὰρ ἀμάθοιο* leg. *γὰρ ψαμ.*, nam vanum videtur quod grammatici statuerunt discrimen inter *ψάμαθον* *arenam littoralem* et *ἄμαθον pulverem*. *k* § 21. *l* *Σ* 48. *m* Amplior forma omnibus locis potest scribi, Aristarcho haud invito *Λ* 184, et legitur in multis codicibus. Firmus est sonus *ἀ-* vocum cognatarum *ἀστεροπητήσ*, *Ἀστεροπαῖοσ*, *ἀστράπτειν*, sed abest ab epitheto insolito *στεροπηγερέτα Ζεύσ* *Π* 298. *n* *Β* 148 h. Cer. 455, 457. *o* *Ψ* 598.

p *υ* 212. *q* § 43. *r* § 74. Derivata sunt *πτολίεθρον* et *πτολίπορθοσ*. Sonus *τ* huic stirpi non fuit proprius primitus, si voces *πόλισ* et *pŏpulus* cohaerent cum adiectivo *πολύσ* (*πλεῖοσ*, *πλείων*, *plus*, *πλήθω*, al.) et cum verbo *πέλεσθαι*. Mobilem in carminibus epicis sonum *τ* fuisse constat. Salaminiis Cypriis forma auctior *πτόλισ* tribuitur in schol. *Ψ* 1, et extat *po· to· li· se* sive *πτόλισ* in inscriptione Cypria 60. Etiam Arcades ea vocis forma usos docet Pausanias, de Mantineae ruderibus haec scribens VIII 12 § 4: *καλεῖται τὸ χωρίον ἐφ' ἡμῶν Πτόλισ* et 8 § 3: *τὴν πόλιν, ἣν <Πτόλιν> ὀνομάζουσι καὶ ἐσ ἡμᾶσ ἔτι οἱ Ἀρκάδεσ*, et Thessalicam aliquando fuisse vocem *πτολιν* testatur lapis recens Thess. 1330, in quo consona *π* vicinae *τ* est assimulata: *οἱ ττολίαρχοι* et *ἀρχιττολιαρχέντοσ*.

π(τ)όλεμοσ[a], π(τ)ολεμίζω[b], π(τ)ολεμιστήσ, μαλ(θ)ακόσ, χαμαί— χθαμαλόσ[c], δίχα—διχθά, τρίχα—τριχθά[d], μογέω—μοχθέω. Alia afferentur infra[e].

II. De consonarum conflictu.

§ 35. Mutae dentales δ, τ, θ in lingua prisca ante sonum σ non intercidebant, sed huic sono assimulabantur. Neque σ peribat ante sigma alterum[f].

Sed sensim imminutus sonus σσ abiit in sigma simplex, epica autem dictio cum recentioribus huiusmodi formis est usa tum priscis illis, quae geminatum sigma servabant[g]. Praesertim haec pertinent ad declinationis tertiae dativum numeri pluralis et ad verba quorum stirps desinit in sonum dentalem vel sigma. Ex. gr.:

πούσ (ποδ)	dat. plur.	πο(σ)σί.
ϝέποσ (ϝεπεσ)	„ „	ϝέπε(σ)σι.
ϝοῖδα (ϝιδ)	3. plur.	ϝί(σ)σᾶσι.
φράζω (φραδ)	aor. med.	ἐφρα(σ)σάμην.
μάχομαι (μαχεσ)	fut.	μαχέσσομαι.

Eadem fuit ratio formarum κέκασσαι et πέπυσσαι sive 2. sing. perf. stirpium καδ[h] et πυθ[i].

§ 36. Duplicatus sonus σ est etiam in vocibus νεμεσ(σ)άω, νεμε(σ)σητόσ, ποσσῆμαρ[j], τό(σ)σοσ, το(σ)σόσδε, το(σ)σοῦτοσ, τοσσάκι, ὅ(σ)σοσ, ὁπό(σ)σοσ, ὁσσάκι, ὁσσάτιον, μέ(σ)σοσ, με(σ)σηγύ(σ), πρό(σ)σω, πρόσσοθεν, ὀπί(σ)σω.

Verbum νεμε(σ)σάω ex νεμεσιάω sive νεμεσϳάω est natum[k], ceterarum vocum allatarum stirps fuit ποτϳ-, τοτϳ-, ὀτϳ-[l], μεθϳ-, προτϳ-, ὀπιθϳ-.

In his igitur sonus duplex inde ab Homeri aevo coepit imminui; permansit vero in ἐρέσσω, ἀπινύσσω, μέλισσα, ἄσσα, aliis, sive ἐρέττω,

---

a Derivata sunt μενε-, φιλοπτόλεμοσ, Πτολεμαῖοσ. b In codicibus haud rara est varietas πολ- πτολ-, semel et iterum autem πτόλεμοσ et πτολεμίζω sonum τ amiserunt invito metro. Sic *I* 440 al. traditum est ὁμοιίου πολέμοιο pro ὁμοιίοο πτολέμοιο § 59, *Δ* 264 *T* 139 ὄρσευ πόλεμόνδε pro ὄρσο πτόλεμόνδε § 117, et aliis locis eiusmodi quid accidisse veri haud dissimile est, ex. gr. poetam non γίγνεται ἐν πολέμωι proferri voluisse λ 537, sed γίγνετ᾽ ἐνὶ πτολέμωι.

c Cohaeret χθών (primitus χθώμ). d § 91. e -(θ)μόσ § 129, verborum stirpibus sonus θ subiectus § 142 et 151. f Exempla haec sufficient: Aeol. 214 ὄσσα, ἔσσονται, ἐόντεσσι, 281 B^{48} ὄσσα, 319^{5} μέσσω, Thessal. 345^{19} ὄσσα, 345^{41} ὄσσουν (= ὄσων), 345^{16} ἐσσέσθειν (=ἔσεσθαι), 1332^{39} ἐσσομένᾶν. El. 1172^{21} ὄσσα, Cret. 4964, 4976, 5090 ὄζοσ (=ὄσσοσ). g Cum arsin tum thesin saepe obtinet syllaba geminato sono σ producta. Sed vitiosi sunt versus nonnulli: π 290 τ 9 ἀλλὰ κατήκισται ὅσσον πυρὸσ ἵκετ᾽ ἀϋτμή leg. κατηϝείκισται ὅσον § 41, ἀπῆν ὅσσον ε 400 ι 473 leg. ἀπῆεν et ἀπῆα ὅσον § 302. h τ 82, § 221^{2}. i λ 494, § 221^{7}. j *Ω* 657. k Errori debetur dativus νεμέσσῑ *Z* 235, etiam propter contractionem suspectus § 74, cuius sigma geminatum caret causa idonea.

l In lingua Cretensi τϳ olim in ζ abiit: ὄζοσ = ὄσσοσ nota f, postea in θθ: ὀθθάκιν = ὀσσάκισ inscr. 5073.

μέλιττα, cet., ut in Attica, Boeotia, Thessalia homines locuti sunt; quae ex ἐρέτjω, ἀπινύτjω, μέλιτjα, ἄτjα sunt nata[a].

§ 37. Syllaba initialis relativorum a syllaba ὀπ- incipientium saepe in arsi fuit usurpata et ὀππ- tum proferebatur[b], quae vetustior fuit harum vocum forma: ὁ(π)ποῖοσ, ὁππόσοσ et ὁπό(σ)σοσ, ὁππότεροσ, ὅ(π)πωσ, ὁ(π)πότε, ὅ(π)πηι, ὁππόθι et ὅπου, ὁππόσε, ὁππόθεν, ὁπποτέρωθεν. Et vox ὅττι, ex ὅδ-τι nata[c], in thesi fiebat ὅ τι.

Syllabam ὀδ- etiam in ὁπποῖοσ ceterisque superesse sunt qui censeant[d]; sed sequendi videntur qui, collata latina horum pronominum forma *quo-*, *qua-*, ὀππ- ex ὁ-κϝ(οῖοσ cet.) prodiisse arbitrantur[e], comparandos igitur esse verborum Doricorum γυμνάδδομαι, ποτόδδει, similium[f] sonum δδ ex δj vel γj natum, et sonum ππ substantivorum linguae Lesbiae in -ππα desinentium: ὄππα, γρόππα[g], nam horum quoque semivocalis assimulata est mutae[h]. In ipsa autem lingua has formas aliquando vixisse, non poeticae libertati deberi, testantur ὄττι, ὄππωσ, similia in inscriptionibus Aeolicis oratione soluta conceptis haud rara[i].

Geminatum κ peperit mutae assimulata semivocalis vocum ἐπελέκκησεν[j], πελέκκωι[k], ἡμιπέλεκκα[l], a nomine πέλεκυσ ductarum[m].

Errori debetur ὄφιν sive ὄπφιν[n], neque melioris notae sunt quae Hesiodo tribuuntur: σκύπφον[o] et σάκκοσ[p].

Ante sonum μ lingua Homeri in *nominibus verbalibus*, nec non hic illic in flexione *verborum*, integras servavit consonas δ, τ, θ, κ, χ:

Κάδμοσ, ἀρδμόσ, πότμοσ, γναθμόσ, ἑλκηθμόσ, κευθμόσ, κλαυθμόσ, κνυζηθμόσ, μηνιθμόσ, ὀρχηθμόσ, πορθμόσ. σταθμόσ, πολύσκαρθμοσ, βρεχμόσ, δοχμόσ (-ιοσ), ἰωχμόσ, μυχμόσ, πλοχμόσ, ῥωχμόσ, συνεοχμόσ.

ὀδμή, ἀϋτμή, ἐφετμή, εἰσίθμη, στάθμη, ἀκμή, αἰχμή, λοχμή.

ἐρετμόν, πυθμήν, ἰκμάσ, τέκμωρ.

οἶδμα, λαῖτμα, ἆσθμα, ἴθμα, ἔχμα.

φράδμων, συμφράδμων, κευθμών, ἄκμων, ἀκμόθετον, ἄκμηνοσ, ἀκμηνόσ.

ἀποσκυδμαίνω, ἐριδμαίνω, ἀρθμέω, ἄρθμιοσ, ἀσθμαίνω, λικμάω, λικμητήρ, ἀπολιχμάω.

κεκορυθμένοσ, ἴκμενοσ, ἀκαχμένοσ.

ἔδμεναι, ϝίδμεναι, εἰλήλυθμεν, ἐπέπιθμεν, ϝίδμεν.

---

a Etiam soni κj et χj (γχj) abierunt in -σσ- sive -ττ-, ex. gr. κηρύσσω, θᾶσσων, ἆσσον, ex κηρύκjω, θάχjον, ἄγχjον. *b* Pro φράζεο νῦν ὅππωσ *P* 144, ubi in *thesi* est ὀππ-, leg. νῦν δὴ φράζε'(ο) ὅπωσ. *c* § 102. *d* G. Meyer² 192, Brugmann Gr. Gramm. § 98. *e* Kühner-Blass I § 66, 6. *f* Ar. Lys. 83, 206, al.; qualia et in lapidibus extant. *g* Att. ὄμμα, γράμμα. *h* Kühner-Blass I 155 et 157. *i* ὄττι Aeol. 213^{16}, 215^{55}, 293^{5}, 312^{14}, $318^{17, 22}$, ὄππωσ 238^{4}, ὄππα 304 $A^{47, 49}$. *j* ε 244. *k* *N* 612. *l* ψ 851, 858, 883. *m* πελεκυάω, πελέκυον, ἡμιπελέκυα: -κϝάω, -κϝον, -κϝα: -κκάω, -κκον, -κκα. *n* Pag. 96 *f*. *o* Hes. fr. 165 sq. *p* Hes. Clip. 364, 461, recte l. a. σαρκόσ.

Quarum vocum nonnullae postea permanserunt in dialecto Attica, ex. gr. ἀκμή et αἰχμή. Etiam eae stirpes, quarum et brevior usurpata est forma et amplior, ex gr. δ(α)μ δέδμημαι, δ(ε)μ μεσόδμη, κ(α)μ κέκμηκα [a], mutam postea servarunt.

§ 38. In lingua epica sonus ϝ liquidae subiunctus assimulabatur sive ab ea hauriebatur. Potestas syllabam praemissam coniunctim producendi his sonis etiam postquam confluxerunt permansit, sed oculis productio ostendi non poterat ea qua Graeci primitus usi sunt ratione scribendi, sive vocales breves α, ε, ι, ο, υ per duas moras protractae in longos sonos ᾱ, ει, ῑ, ου, ῡ abibant, sive geminabatur consona sequens; nam longi soni eisdem signis reddebantur atque breves, et signa consonarum non iterabantur. Parum igitur liquebat vox litteris ΞΕΝΟΣ indicata — ut hoc utamur exemplo — essetne ξένοσ an ξεῖνοσ an ξέννοσ proferenda. Parum id liquebat . . . peregrinis; *suae* vero *ipsorum* linguae qui legebant verba, non haerebant. Athenienses igitur et Dorienses litteras ΞΕΝΟΣ in publicis suae civitatis titulis exaratas interpretabantur ξένοσ, Milesii ξεῖνοσ, Lesbii vel Thessali ξέννοσ; *Aeolum* enim erat vocalem maiore vocis acumine proferre, *Ionum* eam extendere, *Atheniensium* eam non producere; ex horum igitur ore sonus ϝ vocabuli ξένϝοσ, quae fuit forma primitiva, nullo vestigio relicto evanuerat [b].

Ergo trifariam errare poterant qui legebant verba dialecto aliena concepta. In *carminibus* autem quae longae essent syllabae, quae breves, poterat effici e versuum numeris, periculum igitur non erat ne *xĕnos* et *xēnos* vel *xennos* nisi ab indoctissimis hominibus permiscerentur; sed ubi metrum longam syllabam poscebat, erat optio inter ξεῖνοσ et ξέννοσ. Illud Ionicae dictionis fuisse, hoc Aeolicae, statuerunt grammatici qui — mille fere annis post priscorum poetarum aetatem — his rebus studium suum impenderunt, et congruit eorum sententia cum lapidibus litteratura recentiore inscriptis; sed in vetustis operibus ea quam diximus signorum priscorum ambiguitas fons vitiorum fuit uberrimus. Iamque in carminum epicorum textu tradito modo geminata legitur littera liquida, modo brevis vocalis in longum sonum mutata est productione compensatoria; sciri autem nequit meliusne signis ξεῖνοσ an signis ξέννοσ indicetur sonus qui huius nominis fuit in ore ipsorum poetarum.

Quomodo vero proferenda et scribenda sunt Neptuni epitheton ἐννοσίγαιοσ et montium cognomentum εἰνοσίφυλλοσ? Ita ut tradita sunt? Isdemne igitur hominibus cum soni ἐννοσι- tum εἰνοσι- in ore erant?

---

a § 12. b Quo fere aevo huiusmodi syllabae in Attica e longis breves sint factae effici nequit, sed certum est soni ϝ potestatem in illa regione prius decrevisse quam alibi, § 40.

An rescribendum est ἐννοσίφυλλοσ ad exemplum alterius adiectivi pluribus locis inventi? Atqui synonymum et ab eadem stirpe ductum Neptuni epitheton ἐνοσίχθων, quod per totam Iliadem totamque Odysseam passim usurpatum est, *brevem* habet sonum initialem, item vox ἔνοσισ sive *terrae motus*[a]; unde efficitur neque Aeolico more ἐννοσίγαιον et ἐννοσίφυλλον neque Ionico εἰνοσίγαιον et εἰνοσίφυλλον esse scribenda, sed *brevem* fuisse vocalem initialem, metro autem cogente in arsi esse collocatam, ut syllabam primam vocis Ζεφυρίη et aliarum[b]. — „Immo „antiquissima stirpis forma fuit ἐνϝοσι-," sic alii: „suo igitur iure longa „fuit syllaba initialis, sive ἐνϝ- sive ἐνν- sive εἰν- proferebatur; Hesiodeum „autem illud ἔνοσισ recentioris fuit aevi, et vocis ἐνοσίχθονοσ prima „syllaba in Iliade et in Odyssea metro cogente brevis est habita, quia „syllabarum ‒◡‒ iuncturam non ferebat versus heroicus." — At undenam constat homines sonis ἐνϝοσι- usos esse aliquando? Coniectura haec est, nihil amplius; nam ignoratur stirpis origo. Faciamus autem eam verum tetigisse: quid igitur priscos poetas movit ut fingerent epitheton ἐνϝοσίχθων metro dactylico non congruum, cum praesto esset ἐνϝοσίγαιοσ hexametro aptissimum?

Haec qui secum perpendit, scribet ἐνοσίγαιοσ et ἐνοσίφυλλοσ, nihil novi sic molitus, quoniam in antiquissimis exemplaribus *ΕΝΟΣΙΓΑΙΟΣ* et *ΕΝΟΣΙΦΥΛΟΣ* scripta fuerunt[c].

Etiam ubi soni σμ vel σν aevo antehomerico fuerunt, productio suppletoria in textu tradito alternat cum liquida geminata. Leguntur ibi:

(ασμ) ἄμμεσ — ᾱ̔μόσ, ἧμιν, al.
(υσμ) ὔμμεσ — ῡ̔μόσ, al.
(εσμ) ἔμμεναι — εἰμί, εἰμέν, εἶμα, εἶμαι, καταειμένοσ.
(ασν) ἐραννόσ.
(εσν) ἀργεννόσ, ἐρεβεννόσ, ἕννῡμι — αἰπεινόσ, ἀλεγεινόσ, ἐρατεινόσ, κελαδεινόσ, πετεεινόσ[d], ποθεινόσ, φαεινόσ, καταείνυον[e].

Olim autem *(Η)ΑΜΕΣ*, *(Η)ΑΜΟΣ*, *(Η)ΥΜΕΣ*, *(Η)ΥΜΟΣ*, *ΕΜΕΝΑΙ*, *(Η)ΕΜΑ*, *ΑΡΓΕΝΟΣ*, *ΦΑΕΝΟΣ*, cet. scripta sunt, aliis enim signis indicari talia tunc non poterant. Itaque non est cur fides habeatur transcriptoribus vel grammaticis, quibus ad orthographicas huiusmodi quaestiones solvendas argumenta certiora nulla fuerunt praesto quam sunt nobis qui nunc vivimus.

Sonus σ liquidae λ vel ρ subiunctus assimulari solebat; integer tamen uterque sonus permansit in vocibus ἄλσοσ, τέλσον, ἄρσην, ἐϝέρση.

---

a Hes. Theog. 681, 706, 849. *b* § 21. *c* Neque in iis quae ad nos pervenerunt exemplaribus desunt melioris huius rationis indicia, Proleg. Il. 1912 pag. XL. *d* Melius πετεηνόσ. *e* Ψ 135, leg. κατεϝείλυον.

θαρσέω, κόρση, ταρσόσ, χέρσοσ, aliis, in futuris aoristisque nonnullis, ex. gr. ὄρσω, ὦρσα[a], in dativo plur. ἁλσί et in dativo plur. stirpium in ρ desinentium, ex. gr. χερσί.

Etiam παράγγελσισ, ἄγερσισ, ἄρσισ, κάθαρσισ, κάταρσισ, τέκμαρσισ, ἔνερσισ, ὀλόφυρσισ, alia substantiva verbalia sonos λσ et ρσ coniunctos habuerunt; sed in epicis carminibus haec non inveniuntur, neque conferenda sunt cum vocibus modo laudatis, quoniam suffixum -σισ primitus fuit -τισ[b]. De epicis adiectivis μόρσιμοσ, ἐπικάρσιοσ, μετάρσιοσ idem dictum esto.

A syllaba longa, quae brevis fuit postea, in dictione epica incipiebant κᾱλόσ[c], οὖλοσ *totus*[d], φθάνω[e], ξεῖνοσ[f], τίνω[g], φθίνω[h], γουνόσ al.[i], μοῦνοσ[j], εἰρωτάω[k], δουρόσ al.[l], κοῦροσ et κούρη[m], οὐρεύσ[n], οὖροσ *terminus*[o], ϝῖσοσ sive ἐϝῖσοσ[p] cum multis compositis, νοῦσοσ[q]. Praeterea longus erat sonus ᾱ verborum ἄνω[r], ἱκάνω[s], κιχάνω[t], quibus posteri non sunt usi.

Vocum allatarum aliae syllabam, qua de agitur, apud Homerum modo in arsi modo in thesi habent collocatam, prouti versuum ferebat ratio[u]; aliae in thesi rarius quidem quam in arsi sed tamen satis frequenter positam habent[v], aliae saepe in arsi, in thesi rarissime[w], aliae denique non nisi in arsi[x]. In sola autem thesi collocata invenitur syllaba prior verbi φθάνω[y].

Sonus ε vel ο, in syllaba initiali vocum sequentium liquidae proximus, fiebat ει vel ου cum arsin obtinebat: εἰλήλουθα[z]—ἐλήλ(ο)υθα[a], μείλινοσ—μέλινοσ[b], κουλεόν—κολεόν, Οὔλυμποσ—Ὄλυμποσ, εἴνατοσ—ἔνατοσ[c], εἵνεκα—ἕνεκα[d], ξείνιοσ—ξένιοσ, στείνομαι—στένω, στεῖνοσ—στένοσ[e], οὔνο-

---

a § 254. *b* § 129. *c* Sed ᾰ h. Ven. 29, 262 Hes. Oper. 63 Theog. 585. In compositis est καλλι-, quapropter καλλοσ in carminibus epicis scribi sunt qui iubeant. Primitiva forma fueritne καλϝόσ an καλjόσ non constat. *d* ρ 343 ω 118. Primitus σόλϝοσ, Lat. *sollus*. *e* § 207. Primitus φθάνυω—φθάνϝω. Sic etiam ἱκάνω § 231 ex ἱκάνυω—ἱκάνϝω est natum, κιχάνω § 208 ex κιχάνυω—κιχάνϝω, ἄνω § 292** ex ἄνυω—ἄνϝω, Ahrens Conj. auf μι 21 et 34. Cf. suffixum νυ verbi πήγνῡμι et similium nec non adiectivum ϝεᾱνόσ (primitus ϝεᾰνιόσ sive ϝεανjόσ), al., pag. 58. *f* Item ξείνιοσ, ξεινήϊον, ξεινίζω. Sed ξένιοσ. Primitus fuit ξένϝοσ, pag. 135 *f*. *g* Olim τίνϝω, § 165. *h* Olim φθίνϝω, § 166. *i* Olim γονϝόσ, cet., § 68. *j* Olim μόνϝοσ. Sed μονωθείσ Λ 470. *k* Olim ἐρϝωτάω, § 264. *l* Olim δορϝόσ, cet., § 68. *m* Olim κόρϝοσ, κόρϝη, pag. 135 *g*. *n* Incerta eoriginis vox. *o* Olim ὅρϝοσ, Corcyr. 3192, 3194. *p* Olim ϝίσϝοσ, pag. 135 *e*. Sed ἴσοσ (ῐ et neglecto ϝ) Hes. Oper. 752 (et fr. 161?). In carminibus epicis (ϝ)ίσσοσ scribi malunt G. Meyer² 223 et 260 sq., Schulze Quaest. Ep. 89, quemadmodum in inscriptione circa Christi natales exarata Aeol. 311 scriptum est ἰσσοθέοισι. *q* Vocis origo ignoratur. *r* § 292**. *s* § 143. *t* Ibidem.

u ξεῖνοσ, κοῦροσ, κούρη, οὐρεύσ, οὖροσ. *v* κᾱλόσ (in thesi 1/5), δουρόσ cet. (1/7), γουνόσ cet. (1/9). *w* μοῦνοσ, μουνάξ, μουνόω (in thesi non nisi Ι 340 Κ 225 Ξ 492 π 117), νοῦσοσ (in thesi ε 395 λ 172), ἱκᾱνω (in thesi Θ 47 Ο 151 Χ 147 τ 432). *x* οὖλοσ, κιχάνω, τίνω, εἰρωτάω, ϝῖσοσ, ἄνω. Thesin explet iota verbi ab hac stirpe ducti ϝισάσκετο Ω 607, οὕνεκ' ἄρα Λητοῖ ϝισάσκετο καλλιπαρήιωι, ubi molestum est Λητοῖ contractum, § 77. Apta forent ex. gr. haec: οὕνεκα Λητόϊ ϝῖσα ἐμησατο κ. *y* Ι 506 Φ 262 (l. a. φθᾰνέει). Casui hoc tribuendum. *z* § 160⁴. a ἐλήλουθα Ο 81, -ελήλυθα Ω 766 al. b ρ 339. Item μελίη et ἐϋμμελίησ. c § 91. d § 318¹¹. e χ 460 ἐνὶ στένεϊ, pag. 68 *m*, codd. ἐν στείνει·

μα[a]—ὄνομα, οὖρος—ὄρος. Non eadem autem sed similis erat ratio adiectivi κενεός sive κεινός[b].

Quo iure autem vocum εἰλήλουθα, μείλινος, κουλεόν, Οὔλυμπος, οὔνομα, οὖρος syllaba initialis in arsi potuerit collocari non liquet. Vi ictus, adiuvante liquida, productam sunt qui arbitrentur[c]. Quae si recte haberet opinio, ἐλήλουθα, Ὄλυμπος, ὄνομα, cet. essent scribenda[d]; sed quoniam huiusmodi productionis exempla certa in carminibus epicis nulla extant[e], *ancipites* aetate poetarum fuisse sonos ει—ε et ου—ο ex ipsis carminibus videtur effici. Perfecti εἰλήλουθα, ut perfectorum εἴληφα, εἴληχα, -είλοχα, sonus initialis ad exemplum verborum εἴωθα (= ἔσϝωθα) et εἴρηκα (= ϝέϝρηκα) videtur esse productus; ceterae voces conferendae sunt cum nomine οὐρανός et aliis, quorum diphthongus nunquam est imminuta.

Alienum hinc est nomen biforme ἕταρος—ἑταῖρος. Nam revera duo haec sunt nomina, quorum alterum ab altero est ductum addito suffixo adiectivorum possessivorum: ἑτάριος sive ἑτάρjος[f].

Errori debetur οὐδός pro ὁδός *via* dictum[g].

Quae de syllabis brevibus arsin obtinentibus in hac libri parte sunt disputata[h], eo redeunt ut non nisi *initialibus* et *finalibus* concessum hoc fuerit[i], et ne his quidem ubique aut quibuslibet. Initiales arsi non erant aptae nisi excipiebant eiusdem vocis breves duae et longa (⏑⏑–)[j]; finalibus *consona* clausis saepe ante caesuram et ante interpunctionem datus est locus, raro in medio versus orationisque decursu, *vocales* autem finales ante semivocalem cuivis arsi aptae erant, ante mutam vero tertiae soli[k]. *Ancipites* quae dicuntur in thesi saepe corripiebantur.

Egregie autem decepti sunt qui in Homeri carminibus *quaslibet* syllabas breves quamlibet arsin obtinere potuisse in animum sibi induxerunt[l]. Qua libertate *Aeolicam* poesin olim usam esse demonstrare conatus est Fick confisus argumentis parum firmis e Theocriti carminibus petitis; sed faciamus Theocritum revera id sibi sumsisse: quid sequetur? Hoc unum, sero natum illum poetam leges, quae in arte vatum epicorum vel in arte cantorum Lesbiorum olim obtinuerant, non satis habuisse cognitas[m].

---

a Γ 235 Ρ 260 ζ 194 ι 355. *b* § 63. *c* Schulze Quaest. Ep. 202 sqq. *d* Sic Knight. *e* Non enim de *initialium* liquidarum vi (§ 26 sq.) nunc fit sermo. *f* Sic et nomina Ἀθήνη, γῆ, ἐξῆσ, Ζέφυρος, παρθένος, ἔγχος, ἔλεγχος, δμώς, ἠώς, χρώς, γραῦς, ϝαρήν suffixis adiectivalibus aucta abierunt in Ἀθηναίη, γαῖα, ἐξείης, Ζεφυρίη, παρθενική, ἐγχείη, ἐλεγχείη, δμῶ(ι)ος Hes. Oper. 430, 470, ἠοίη δ 447, χροΐη Ξ 164, γραίη α 438, (ϝ)αρνειός. *g* ρ 196. *h* § 19—38. *i* Pag. 94 *m*. *j* Neglegimus aliquot versus a voce ἐπεί incipientes, pag. 95 *v*. *k* Neglegimus sonum -α neutri, pag. 92 *f*, *g*. *l* Ex. gr. ζ 46 „πόλῖος mit ῐ unter dem ictus" Fick Odyss. 93, λ 403 „μαχεόμμενον mit ο unter dem ictus" ibid. 96. Etiam miram lectionem οὐδὲ βάῖον Β 380 al. Fick videtur voluisse ita accipi ut arsin obtineret sonus ῐ. *m* De Theocrito Philetae τοῦ γλωσσογράφου discipulo pag. 27 sq. Vitiis textus traditi ὄριν Μ 208 (pag. 96 *f*), ὁδόν ρ 196, μέλανι Ω 79 posteri poterant decipi.

§ 39. Multarum stirpium sono ϱ brevis vocalis (α, ε, ι, ο) modo praemissa est, modo subiecta. Quae loquendi varietas *metathesis* solet vocari nomine fallaci, causa autem rei fuit soni ϱ indoles. Ita conformata sunt:

(βρδ) βάϱδιστοσ, βϱαδύσ[a].
(δρ) δέϱω, δϱατόσ.
(δρθ) δαϱθάνω[b], ἔδϱαθον[c].
(δρκ) δέϱκομαι, ἔδϱακον[d].
(ϝρ) ϝέϱϱω, ἀπέϝϱᾱν[e].
(ϝρ) ϝείϱω, ϝέϝϱηται[f].
(ϝργ) ϝέϱγον, ῥέζω (= ϝϱέγjω)[g].
(ϝρν) ϝαϱνόσ al., -ϱϱην sive -ϱϱηνοσ (= -ϝϱην, -ϝϱηνοσ).
(θρ) ἔθοϱον, θϱώισκω[h].
(θρσ) θάϱσοσ, θαϱσέω, al., θϱάσοσ, θϱασύσ.
(κρδ) καϱδίη sive κϱαδίη.
(κρκ) κεϱκίσ, κϱέκω, κϱοκή[i].
(κρκ) κίϱκοσ *accipiter*, κϱίκοσ *anulus*.
(κρτ) κάϱτοσ, κάϱτεϱοσ, κάϱτιστοσ, κϱάτοσ, κϱατύσ, κϱατεϱόσ[j].
(μρ) μείϱομαι[k], βϱοτόσ[l].
(μρτ) ἁμαϱτάνω, ἥμαϱτον sive ἤμβϱοτον[m].
(πρ) ἔποϱον, πέπϱωται[n].
(πρθ) πέϱθω, ἔπϱαθον[o].
(ρ) ἄϱ(α), ῥα[p].
(ρδ) ῥαίνω, ἄϱδω, ἀϱδμόσ, νεοαϱδήσ[q].
(τρ) πατήϱ, πατϱάσι. Item ceteri huiusmodi dativi[r].
(τρπ) ἀταϱπόσ sive ἀταϱπιτόσ, ἀτϱαπιτόσ.
(τρπ) τέϱπω, ἐτϱάπην[s].
(τρπ) τεϱπικέϱαυνοσ, τϱέπω[t].
(τρτ) τέταϱτοσ sive τέτϱατοσ[u].
(τρφ) ταϱφύσ, τάϱφοσ, τϱέφω, τϱόφι[v].

Soni **λ** eadem fuit condicio in stirpe **μλ**: ἔμολον, βλώισκω, μέμβλωκα[w].

---

a § 87. *b* Apud posteros. *c* § 149^{54}. *d* § 226. *e* § 150^{5}. Vocalis α longa est, ut ω stirpium θοϱ-θϱω et μολ-μλω § $285^{3 \text{ et } 4}$. *f* § 306^{2}. *g* § 224^{3}. *h* § 285. *i* Apud Hesiodum. *j* § 87. *k* § 271. *l* Ab adiectivo βϱοτόσ (= μϱτόσ) apud Homerum ducta sunt ἄ-μβϱοτοσ (ἀμβϱόσιοσ, -σίη), φαεσί-μβϱοτοσ § 280, τεϱψί-μβϱοτοσ § 250, φθισί-μβϱοτοσ § 166, apud recentiores etiam στησί-μβϱοτοσ, πλειστό-μβϱοτοσ, δαμασί-μβϱοτοσ, ἐναϱί-μβϱοτοσ, al.; quorum compositorum sonus μ licet ipsius stirpis esset pars, ut in voce μεσημβϱία et similibus, posterioribus non poterat non insiticius videri, simplex βϱοτόσ comparantibus. Quapropter et alia vocabula sono μ — vel ν — aucta sunt perperam: ἀμπνύνθη, ἀμφασίη, ὄμβϱιμοσ, Κλυταιμνήστϱη pro ἀμπνύθη, ἀφασίη (pag. 93 *d*, *f*), ὄβϱιμοσ, Κλυταιμήστϱη. Adiectivi ὄμβϱιμοσ tamen stirpi sunt qui sonum μ vindicent (Lex. Hom. Ebeling. s. v.). Eiectus vero vel neglectus est sonus μ vel ν vocum ἀμφίβϱοτοσ, ἀ(μ)βϱότη, ἀβϱοτάξομεν, § 28, ἀάσχετοσ leg. ἀνάσχετοσ Ε 892 Ω 708, ἀάᾰτοσ leg. ἀνάα(σ)τοσ Ξ 271 φ 91 χ 5. *m* § 149^{47}. *n* § 276. *o* § 211. *p* § 11. *q* § 211 et 221. *r* § 79. *s* § 250. *t* § 251. *u* § 91. *v* § 252. *w* § 285^{4}.

Vera sonorum transpositione, cuius causa videtur fuisse originatio ingeniosior quam probabilior, e voce ὄρφνη factum est εὐφρόνη[a]. In Iliade vel in Odyssea neque hoc substantivum invenitur neque illud, sed invenitur adiectivum ὀρφναῖος[b], cui cognata videntur Ἔρεβος, ἐρεμνός, ἐρεβεννός. Ionibus vero[c] postea in usu fuit εὐφρόνη, quae vox cum verbo εὐφραίνειν sive εὖ φρονεῖν visa est cohaerere, quoniam „πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται"[d]. Hac voce et Sophocles usus est; apud Pindarum, Aeschylum, Euripidem cum ὄρφνη reperitur, tum εὐφρόνη, hoc frequentius.

III. De sono ϝ[e].

§ 40. Si quis hodie breviarium aliquod dictionis epicae ediscit puer, vel aliquanto in litteris provectior ad carmina Graecorum vetustissima et ipsius linguae Graecae primordia pervestiganda se accingit, fingere sibi vix potest fuisse tempus quo homines, qui Graece scirent et Homeri carmina ut digitos suos haberent cognita, ne suspicarentur quidem in huius poetae lingua aliquam fuisse vim soni *w*. Signum scilicet huius soni in textu carminum epicorum non legebatur, et segnius irritant animos demissa per aures quam quae sunt oculis subiecta. Saecula fuere plus quam viginti, per quae Ilias et Odyssea a plurimis assidue sunt lectae, recitatae, memoriae infixae, infinita cura explicatae — et nemo fuit Athenis vel Alexandriae vel Romae inter tot grammaticorum ferventissima studia, nemo fuit inter viros sagaces post litteras renatas per totam Europam exemplaribus Graecis incumbentes, qui intellegeret carmina illa, quae pio amore colebant et demirabantur, horti Tarquiniani referre speciem: non integros et illibatos superesse flores vetustae poeseos, sed multis praecisum esse caput, alios fracto caule prostratos iacere, quosdam radicitus esse extirpatos[f]. Fuit tempus quo homines crederent poetam — non summum dicimus sed qualemcunque poetam, pepigisse hiulcos et claudos huiuscemodi versiculos: Ἀτρεΐδης τε ἄναξ ἀνδρῶν, δαιμόνι' οὔ σε ἔοικε, χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε οἶνος, ὣς ἔφατ' ἔδεισεν δέ. Adeo a teneris adsuescere multum est! Stultus autem aut iniquus sit qui priscos carminum epicorum interpretes ideo vituperet vel contemnat; nam „in hac etiam arte nihil difficilius quam id quod se dicturos fuisse omnes putant — postquam audierunt"[f].

---

a Hes. Oper. 560 pro μακραὶ γὰρ ἐπίρροθοι εὐφρόναι εἰσί tentari potest ὄρφναι ἔασι, sed etiam ἐπίρροθοι pro ἐπιτάρροθοι dictum molestum est, pag. 80 *e*. *b* In locutione νύκτα δι' ὀρφναίην *K* 83 al. *c* Herodoto, Hippocrati. *d* Epicharm. 259 Lorentz.

e Quae in hac § leguntur, in Mnemosyne 1891, 1 sqq. primum sunt edita.

f Valckenaer ad Eur. Phoen. 1637.

Columbum suum haec America expectabat. Divinum requirebatur ingenium ad id detegendum, quod ullum unquam hominem latere potuisse nunc mirantur pueri in gymnasiorum subselliis. Unus homo divinando rem restituit, poesim poetae reddidit, artem summo artifici, lucem offudit tenebris, et effecit ut paucis certisque legibus adstringi posset quae indigesta antea videbatur moles observationum metricarum. Quem nominasse virum, id est eum admirari: Bentleius est qui perspexit id quod ante eum nemo viderat[a], post eum nemo ignoravit praeter caecos aut ultro caecutientes. Fuere qui in crisi Homerica acumen Bentlei frustra quaeri perhiberent, certa enim emendatione vix ullum versum epicum ab eo persanatum esse[b]. Quod falsissimum est crimen; sed haud iniquum esto: ipsam artem metricam sanavit Bentleius, satis hoc gloriae! Etiamsi nihil per totam vitam vidisset veri nisi illo temporis articulo quo detexit digamma Homericum, vel sic de bonis litteris immortaliter esset meritus. Lapillos ut nullos e via removerit, — quod perperam est perhibitum! sed faciamus verum esse: — ipsam viam criseos Homericae aperuit. Monstravit iter: sternendum reliquit aliis.

Bentleius igitur anno 1713 edidit observationes ad libellum quendam nuper sibi lectum[c]. Cuius libelli exemplar quo ille usus est aetatem tulit[d]: in pagina ceteroquin vacua ibi haec leguntur eius manu allita: „Homers *δίγαμμα* Aeolicum to be added. *οἶνοσ ϝοῖνοσ*, vinum: a Demon„stration of this, because *ϝοῖνοσ* has always preceding it a vowel: so „*οἰνοποτάζων*".

En verum repertum. At multum afuit ut vivax hoc semen mox inveniret solum in quo radices agere posset. Post tredecim quidem annos Bentleius cepit consilium Homeri edendi, sed aliis laboribus

---

a Verum tamen inest his Varronis verbis L. L. VI 192: „*ver*, quod Iones *βῆρ* dicunt." Priscos enim Iones — et de recentioribus sermo esse non potuit — quosnam cogitabat Varro haec scribens nisi Homerum? Quosnam Trypho, cum sonum *ϝ* iis tribuit *παθ. λέξ.* § 11? Verum indicavit etiam Dionysius Halicarnassius Ant. Rom. I 20 § 3: „*σύνηθεσ . . . ἦν τοῖσ ἀρχαίοισ Ἕλλησιν ὥσ τὰ πολλὰ προτιθέναι τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγίνοντο, τὴν ο̅υ̅ συλλαβὴν ἑνὶ στοιχείωι γραφομένην. τοῦτο δὲ ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖσ ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖσ πλαγίοισ, ὡσ ϝελένη καὶ ϝάναξ καὶ ϝοῖκοσ καὶ ϝαρήν καὶ πολλὰ τοιαῦτα.*" In quorum grammaticorum verbis si pro *Ionibus* vel *priscis Graecis* scribitur *Homerus*, e Varrone vel Dionysio fit Bentleius. Quod autem in Dionysii verbis allatis scripsimus *ϝαρήν*, id perperam traditum est *ϝανήρ*, vel *ϝαήρ* quae voces numquam a sono *ϝ* coeperunt; nominativus *ϝαρήν* vero alibi a grammaticis commemoratus est et extat inscr. Cret. 4964.

b Eichstädt, Wolfii sectator, in recensione Homeri Heyniani, Jenaer Litteraturzeitung 1803, 263, laudatus a Ludwichio Arist. II 285. *c* Remarks upon a late Discourse of Freethinking [A. Collins] by Phileleutherus Lipsiensis, 1713. Inter alia Bentley scripsit Iliadem et Odysseam ad delectandos viros feminasque nobiles compositas esse a vate ingenio magis quam opibus affluenti: „poor Homer . . . wrote a sequel of songs and rhapsodies, to „be sung by himself for small earnings and good cheer, at festivals and other days of „merriment; the Iliad he made for the men, and the Odysseïs for the other sex".

d Cantabrigiae in Bibliotheca Collegii Trinitatis, cuius rector Bentley fuit usque ad mortem, cum ceteris eius schedis manuscriptis asservatur.

aerumnisque districtus, dum cum theologis digladiatur, vitae quam operis tandem suscepti[a] finem prius invenit octogenarius. Quae de Homero conscripserat in scriniis Collegii Trinitatis Cantabrigiae delituerunt. Insere, Daphni, piros: carpent tua poma nepotes!

Aliqua inventi Bentleiani notitia sensim ad viros doctos manavit. Samuel Clarke, qui Bentleio familiariter utebatur, rem tetigit in primo volumine Iliadis ab ipso recognitae[b], sed ita tetigit ut parum sibi perspectam ostenderet[c]. Apertius Clarke Bentleio favebat triennio post, ab amico fortasse meliora interim edoctus[d]. Eodem anno ipse Bentleius novam editionem Paradisi amissi Miltonis curavit; in qua recensione, tanto ingenio indigna, — nam iterum amissus esse, immo disperiisse paradisus videbatur post Bentlei curas criticas, — cum Homeri quaedam verba afferret, his digamma suo loco appinxit[e]. Quantillo autem momento impellitur mens hominum inter errores et vera vacillans! Non admirabantur acumen ingenii Bentleiani, non cupide arripiebant verum inventum, sed ridebant verbi *Ϝέοικασ* sonum insolitum a typotheta redditum signo nimis magno, quod „veluti *ἄμουσον* quendam Saulum super cetera signa eminere" iocabatur poeta dicax[f].

Margaritam, cuius pretium vix unus et alter inter Bentlei amicos et discipulos agnoverat, e coeno ubi abiecta iacebat primus sustulit is qui „Bentleium nihil in Graecis cognovisse nisi ex indicibus petitum" aliquando affirmare non erubuit, ira et invidia occaecatus; nam Bentleio erat omnium aequalium proximus ingenio. Ricardum Dawesium dicimus, cuius Miscellanea Critica tertio post Bentlei mortem anno sunt edita[g]. In IV[a] huius operis sectione agitur *de consonantis vau virtute*. Cui commentationi insunt observationes acutissimae, insunt egregiae emendationes complures[h], at alia risum vel nauseam movent. Displicet autem

---

a Septuagesimo aetatis anno exemplum editionis poetarum Graecorum ab Henrico Stephano curatae notis marginalibus instruere coepit, aliis autem chartis credebat uberiores aliquanto commentarios, quos usque ad *Η* 54 deduxit; separatim quoque multas observationes de sono *ϝ* in schedis consignabat. *b* Anno 1729. *c* Ad *Α* 51 Clarke haec annotavit: „spiritus asper saepe tanquam consonans pronuntiabatur, vel tanquam „Aeolicum digamma. Ut — *φιλὲ ἑκυρὲ δεινόσ τε*. Legebatur fere tanquam si scriptum fuisset „*φιλὲφφ ἑκυρὲδ δεινόσ τε*." *d* In nota ad *Π* 172, quod volumen post Clarkii mortem prodiit anno 1732: „*ἤνασσε*] observavit vir summae eruditionis, Richardus Bentleius, „vocabula *ἄναξ* et *ἀνάσσειν*, quamquam *frequenter* apud Homerum occurrunt, tamen *haud* „*fere ullis* in locis ita posita reperiri, quin antecedat aut vocalis, aut istud *ν*' paragogicum „in nominum verborumque fine supervacaneum, quod ubique sine dispendio dempseris. „Unde merito colligit, vocabula ista, in sermone Aeolico, praefixo digamma, pronuntiata „fuisse *ϝάναξ* et *ϝανάσσειν*. Quod si verum est, consequens erit, ut vox *ἤνασσε* pronuntiata „fuerit *ἐϝάνασσε*· ideoque (quod notatu dignissimum est) versiculum a voce *ἤνασσεν* vel „*ἤνασσον* inchoatum apud Homerum nusquam reperias". *e* Heyne Iliad. VII 721.

f „Tow'ring o'er your Alphabet, like Saul, | Stands our Digamma, and o'ertops them „all" Pope Dunciad. IV 217 sq. *g* Anno 1745. *h* Ex. gr. *στῆτε ϝελιχθέντεσ* *Δ* 588, et quae praeterea disputata sunt de stirpe *ϝελικ*.

scriptoris animus malignus, quo Bentlei mortui laudes obtrectat dum eius invento utitur; neque poterat fieri quin homines deterrerentur ipso signo, quo hic criticus „ionicum" suum „vau" depingebat, „αἰάχοι i. e. αϜιϜαχοι" et similia scribens videlicet, et *spiritum lenem* ad id ipsum inventum esse perhibens ut sonum *w* indicaret.

Talem „linguae Graecae παλιγγενεσίαν" aspernatus Dorvillius „in antiquo luto haerere se malle" paucis annis post scripsit[a], — et haesit per totam vitam aliique haeserunt cum illo. Ernestius quoque nova placita superciliose abnuit: „noluimus ante attingere disputationem de „digammate Aeolico, cum ea, quae de eo per hos annos dicta sunt a „Britannis doctis, pluribus locis occasionem darent, ut in προϊάπτειν *A* 3, „σιγαλόεντα *E* 226 etc. Cui libet ista cognoscere, adeat Taylorum v. c. „ad Lysiam, p. 703. Dawesium Misc. Crit. c. 4, qui quamquam fautor „digammatis, tamen Bentleio adversatur. Nobis ista nova sapientia gram„matica non magis placet quam Dorvillio, cuius iudicium probamus"[b].

Mirum igitur non est Theodorum Burgess, cum novam libri Dawesii editionem curaret[c], laudasse quidem Bentlei inventum, laudasse acumen Dawesii, nova quoque argumenta ad rem confirmandam attulisse, — in his perabsurda, nam ϝούπω scribebat et τετύφαϝσι et τίϝσωσι aliaque his monstris similia, — sed neque „Ionicum vau" neque „digamma Aeolicum" in Homeri textum invehendum censuisse. Et melius profecto erat nusquam scribi signum ϝ quam temere passim inseri, dum parum perspiciebatur vocum conformatio et insano studio originandi detinebatur ars grammatica.

At dum Orbilii in antiquo luto haerere se malle profitebantur, quam vera dicerent non sentientes, alii critici[d] in Britannia certe paulatim senserunt haud ita contemnendum esse id quod detexisset Bentlei ingenium.

Extra Britanniae vero fines in alia omnia mentes hominum inclinabant. Non possunt nunc sine risu legi quae ad Hesychium annotavit Alberti nostras[e] de Homeri verbis εὖ μὲν τόξον οἶδα[f]. Ernestii amicum Ruhnkenium sono ϝ nihil tribuisse docet editio quam curavit ille hymni Cereris recens reperti[g]; totam hanc quaestionem eum fugisse dixeris[h]. Valckenarius inventi Bentleiani mentionem quidem aliquando fecit[i], sed usus eo non est; non enim sensit quid interesset inter versum a vocibus ὃσ ἕτλησ et versum a vocibus ὃσ ἤδη incipientis[j]. Wolfius digamma vocabat „senile ludibrium ingenii Bentleiani."

---

a Ad Chariton. 202, anno 1750. *b* Haec verba anno 1759 subiunxit Clarkii ad *Π* 172 annotationi supra pag. 118 *d* excriptae. *c* Anno 1781. *d* Taylor, Foster, Upton, Salter, alii. *e* Anno 1745. *f* *Θ* 215, ad Hesych. s. v. γοῖδα (i. e. ϝοῖδα, pag. 137 *l*. *g* Anno 1782. *h* Ex. gr. vs. 333 pro πρὶν ἴδοι scribi iubebat πρίν γ' ἴδοι. *i* Anno 1747 in epistula ad Roeverum 72. *j* *A* 70 et *X* 236. Cf. eius observationes ad Iliadis librum XXII p. 54, quae simul cum epistola laudata prodierunt, nec non quae anno 1773 annotavit ad Theocriti Adoniazus. pag. 356.

Quo maiore laude dignus est qui primus in Germania sapere ausus novam doctrinam pro virili excoluit, Heyne, Ernestii discipulus, Wolfii magister. Qui vir egregie eruditus, sagax, sollers si in multis erravit, temporis hi erant errores; „praestat autem utilibus admiscuisse aliquid „falsi, quam vacua errore sed inutilia attulisse [a]." Heyne dum exornabat Iliadis editionem maiorem, quam septuagenarius in lucem emisit [b], aliquantisper usus est exemplari Homeri Bentleiano [c]. Hac demum editione, quae vehementes hominum contentiones movit et seni venerabili plus taedii peperit quam laudis meritissimae, in philologorum notitiam pervenerunt Bentlei placita de soni ϝ usu Homerico. Ipse autem Heyne de illa consona fuse disputavit [d] et vocum quas in Homeri lingua ab ea coepisse existimabat composuit indicem.

Uni certe viro, *πολλῶν ἀντάξιοι ἄλλων*, de rei summa persuasit, Godofredo Hermanno, qui in Reizii schola Bentleium suspicere a puero didicerat [e]. Argumenta, quae contra digamma Homericum prolata fuerant, refutare et soni huius in epica lingua usum iustis finibus circumscribere conatus est in iudicio quod tulit de Heynii Iliade [f] et fusius in dissertatione de aetate scriptoris Argonauticorum [g]. Magnus autem eius adversarius Boeckhius hac certe in re cum eo fecit.

Novae doctrinae quantum profuit Heynii Ilias copiis Bentleianis exornata, tantundem mox nocuerunt curae criticae viri neque indocti neque stolidi, sed audacioris quam doctioris, Ricardi Payne Knight. Qui quadragenarius de sono ϝ disputavit [h], sexagenarius Prolegomena ad Homerum evulgavit [i], septuagenarius autem ipsa Homeri carmina in lucem emisit „repurgata" ut aiebat „et in pristinam formam redacta" [j]. Quae editio quas habeat virtutes, quam multa insint prudenter observata, quam multa egregio mentis acumine emendata, is demum agnoscit qui interiorem cum ea contraxit familiaritatem; quae vero insunt temeraria, absurda, ludicra, — et insunt plurima! — ea uniuscuiusque statim feriunt oculos, ad sobrii iudicii homines repellendos aptissima. Ipse titulus „*Ϝιλϝιασ και ⊢οδυσσεια*" risum movet. Wilwias haec „ebria veratro" in contemtum nova studia aliquantisper adduxit. Multis iam sordebat digamma „Britannicum", et verendum videbatur ne ludus iocusque fieret sapientia ista, quae vocabulorum pareret huiuscemodi portenta: *ἴφϑῖμοϝσ*, *πσυϝχασ*, *αχαιϝοϝσ*, *εφιϝενσ*, *δσεϝσ*, *ϝιλϝιοϝο*, alia sexcenta. Hoc demum

---

a Hermanni haec sunt verba de Seidlero in praef. Element. doctr. metr. *b* Anno 1802, VIII voluminibus. *c* Ut e bibliotheca Collegii Trinitatis ei mitteretur anno 1790 effecerat eius amicus Burgess. Ad *Odysseam* quae Bentley annotavit, annis 1893 sq. demum sunt edita ab Arthuro Platt in Journal of Philology. *d* Vol. VII 708—772; quam commentationem anno 1795 in societate regia Goettingensi recitaverat. *e* Praef. Med. VI, Elem. doctr. metr. XII, Opusc. II 263 sqq. *f* Anno 1803. *g* Anno 1805, pag. 688, 775 sqq. *h* Anno 1791, Analytical Essay on the Greek Alphabet. *i* Anno 1813. Ex quo opere multa excripsit Thomas Kidd, cum quartam libri Dawesiani editionem notis suis — illustravit an obruit? 1817. *j* Anno 1820.

senile erat ludibrium viri acuti quidem et sagacis, sed huic operi imparis.

Sic lumini, quod Bentleius accenderat, fumus commentorum inanium praetendebatur, et is qui post tria lustra quam Heynii Ilias in lucem est emissa librum spissum de versu heroico conscripsit, Franciscus Spitzner[a], cum vera a falsis discernere nesciret, „digamma litte-„ram[b] Homero incognitam, hiatum vero usu vetustissimo non inter-„dictum fuisse'' statuit[c], — quoslibet videlicet hiatus nusquam non ferendos ratus ideo quod certis quibusdam hexametri sedibus hiatus a priscis poetis admissos esse senserat. Itaque *οἴνου παρόντοσ ὄξοσ ἠράσθη πιεῖν*, et multi cum eo fecerunt. Denuo in re metrica *χάοσ ἦν καὶ νὺξ ἔρεβόσ τε μέλαν*: sepultum iacebat Bentlei illud „ludibrium''.

At magna est vis veritatis; non intereunt semina frigore hiberno torpentia, sed favonii verni vicem expectant.

Viginti annis post Knightium Iliadem signo ϝ instructam in lucem misit Thomas Shaw Brandreth[d], mentis acumine Knightio haud inferior philologus, prudentia autem superior et illius erroribus cautior factus. Quae editio sorte iniqua usa non nisi in paucissimorum philologorum manus pervenit[e] et mox in oblivionem abiit[f].

Melius aliquot annis post cessit res Immanueli Bekkero, Wolfii discipulo. Iliadem ante annos quindecim a se editam cum recognosceret Bekker una cum Odyssea edendam, „digamma reduxit quantum poterat et licebat''[g], sub vitae finem vestigia legens Heynii illius, cui adversatus fuerat iuvenis. Et licet non ab omni parte probabilem rationem in sono ϝ restituendo inierit, — nihili enim formas *ἐφήνδανε*, *ἔϝοργα*, alias excudendas curavit complures[h], — multum tamen est assecutus. In suas sedes reducta iam erat „Aeolica'' illa littera, non relegata in notas criticas, ut olim ab Heynio; reducta erat e longo exilio a philologo doctissimo cautissimoque.

Interim comparatio linguarum cognatarum et emendata artis grammaticae ratio hunc quoque locum nova luce illustrarunt. Dialecti Graecae melius innotuerunt ex inscriptionibus sedulo collectis et pervestigatis; Buttmann, Ahrens, Curtius, alii libros suos scripserunt, de soni autem ϝ in epicis carminibus usu maxima cura disputarunt Carolus Augustus Iulius Hoffmann[i] et mox alii[j].

---

a Anno 1816. *b* „Litteram'' scilicet, quasi arti grammaticae cum litteris et librorum exemplaribus res esset, non cum lingua in ore hominum viventi. Quae haud innocua est loquendi neglegentia: latet anguis in herba (cf. pag. 124 *c*). Nam *littera* digamma — ut et ceterae litterae — ignota semper fuit hominibus illiteratis plurimis, qui *sono* ϝ in dictione sua saepissime utebantur. *c* Supra pag. 86 *p*. *d* Ὁμήρου Ϝιλιασ, Londini, G. Pickering, 1841. *e* Bekker et Nauck ea usi esse videntur, licet Brandrethii nomen apud eos non inveniatur. *f* A. Platt, Classical Review 1893. *g* Anno 1858.

h A. Leskien de ratione etc. 1866. *i* Quaest. Hom. II, 1848 (volumen I septimo anno ante erat editum). *j* Savelsberg de digammo eiusque immutationibus progr. Aquisgrani 1854 (iterum Berolini 1868), Knös de digammo Homerico quaestiones Upsalae

Ab illo inde tempore non fuit periculum ne reviviscerent errores Spitzneriani. Poterat etiam disputari de optima ratione vetustorum carminum edendorum, cum sonum *w* signo suo indicari alii vetarent, alii iuberent, aliis parcius aliis manu largiore littera ϝ appingenda videretur; versus in quibus sonus ϝ neglectus est omnesne essent corrigendi, an partim, an nulli, hac de re dum disputant philologi, in diversa discesserunt, et fortasse nunquam erit tempus quo de omnibus huiuscemodi quaestionibus idem sentiant omnes. Sed neque quisquam nisi ignarus hodie in animum inducere sibi potest nullum huius consonae in lingua Homeri fuisse usum, neque vero existere etiam poterunt qui sono illi „Aeolico", tanquam Proteo alicui multiformi, attribuant quicquid insoliti habet poetarum epicorum dictio vel ars metrica. E subitaneis commentis et imperitorum tentaminibus evasit nova scientia, quae coli, augeri, corrigi etiam poterit, non poterit convelli. Tandem surculus excrevit in arborem.

Bekkeri consilium claris verbis laudavit Cobet, secutus est Christius [a]. Fick digamma in iis certe Iliadis et Odysseae partibus excudendum curavit, quas a poetis Aeolicis compositas esse censebat, Ionicae dialecto illam consonam abiudicans [b]; qua de re quid statuendum videatur exponetur infra [c]. Alii editores variis argumentis deterreri se passi sunt quominus in textum reciperent signum insolitum. „Nimirum qua „sunt homines perversa timiditate et obstinatione, prolixissimos libros „de digammo orthographicisque rebus perlegere non recusant, sed si „quis, ut fructus aliquis subtilium quaestionum ad nitorem carminum „restituendum vel impedimenta scribendi removenda redundet, tradita „verba mutare ausus est, omnem antiquitatis reverentiam exui clamitant" [d].

Sed ad ipsam rem veniamus.

Multae voces linguae eius, qua usi sunt poeta Iliadis et poeta Odysseae, a sono *w* incipiebant. Quem sonum tunc in *poetica* tantum dictione etiam vixisse fuere qui putarent; in carminibus quidem vates ϝοῖκον, ϝέτοσ, ϝιδεῖν, similia cecinisse, domi vero cum suis confabulantes dixisse οἶκον et ἔτοσ et ἰδεῖν. Sed neque aliunde confirmari potest haec opinio neque ipsis carminibus epicis commendatur. Non enim obsoletis vocabulis vel vocabulorum figuris referta fuit dictio illorum poetarum, non fuit difficilis atque fucata, sed simplex et cuivis perspicua. Nonnulla epitheta audientibus tunc non minus fortasse obscura fuerunt quam

---

1872 sq., vHartel Hom. Studien III, 1874, Tudeer de dialectorum Graecarum digammo testimonia inscriptionum 1879, vChrist Proleg. Il. 155—170, 1884, alii. *a* In Iliadis recensione, 1884. *b* Odyssea 1883, Ilias 1886. *c* Pag. 126—128. *d* vChrist Proleg. Il. 150.

nunc sunt legentibus, et omnino dictio epica — ut quorumlibet poetarum — tenacior erat priscorum verborum et sonorum quam solet esse lingua vulgaris; sed multum aberat ut vates illi quovis fere versu portenta et aenigmata loquerentur sonosve a vita communi alienos proferrent. Dum doctis indoctisque — his praesertim! — canunt, suorum popularium lingua sunt usi.

In versibus tantum, non in dictione familiari, sonus ϝ poetis epicis usurpatus esse credi posset, si non nisi in paucis vocibus a vulgi lingua alienis vestigia huius spirantis apparerent, ex. gr. in epithetis ϝεκηβόλοσ, ϝελίκωπεσ, similibus, vel in certis locutionibus propriisque nominibus, quae fabulae praebuerunt antiquissimae, qualia sunt *Ϝίλιοσ*, *Ϝεκάβη*, *Ϝῖρισ*, *Ϝίφιτοσ*, *Ϝοινεύσ*. Sed quoniam alia omnia testantur carmina epica, — viget enim digamma in multis vocibus quibus nemo non utitur quotidie: ϝάστυ, ϝοῖκοσ, ϝοῖνοσ, ϝείκοσι, ϝε, ϝόσ, ϝέργον, ϝειπεῖν, ϝιδεῖν, aliis centum, — cogimur et pellimur in eam sententiam, quae supra est expressa, ut consonam ϝ in ipsa lingua, qua poetae epici et eorum populares utebantur, vixisse statuamus.

Vernacula autem poetarum lingua si sono ϝ caruisset, quid tandem permovere eos poterat ut intermortuo illo sono in carminibus resuscitato ϝοῖνοσ vel ϝε dicerent potius quam οἶνοσ et ἕ? Minusne haec venusta minusve apta versibus heroicis?

Plus dicimus. Poetae vetusti, quorum non fuit id quod grammaticorum est hodiernorum, initia linguae Graecae scrutari et cum vicinarum gentium linguis comparare, scire ne poterant quidem voci *oinos* aliisve olim praemissum fuisse sonum *w*, si haec spirans ante ipsorum aetatem obmutuit. Itaque facetius quam rectius est dictum: „digamma in lingua „Homeri non verum esse sonum, sed soni umbram, sedes quas olim „tenuit post mortem nonnumquam visentem"[a]. Immo vegetus et florentissimus tempore Homeri fuit ille sonus, neque est dubitandum quin in poetae patria pueruli per plateas ludentes ϝάνακτα suum sibi elegerint, sitientes homines ϝοῖνον poposcerint, tardi ut ϝοίκαδε redirent fuerint compellati.

Quodsi placeat tamen ea quam modo reiecimus opinio, ipsis carminibus damni vix quicquam inde instabit. Perniciosissimus vero fuit error eorum qui contenderunt sonum ϝ neque in ipsa lingua poetarum epicorum vixisse neque in carmina ab iis esse receptum, attamen eas voces carminum vetustorum, in quibus agnita sunt soni ϝ vestigia, a poetis ita esse habitas ut si etiam intactam servassent consonam illam intermortuam[b]. Quae opinio eo tendit ut Ilias et Odyssea credantur

---

a Jebb in vita Bentlei. Simile dicterium Hoffmanni supra pag. 102 *b* est commemoratum. *b* „Die epischen Gesänge, deren abschliessende Redaktion in unserer Ilias und „Odyssee vorliegt, sind in einer Mundart gedichtet, die den Laut des ϝ nicht mehr besass. „Die Sänger selbst wussten nicht mehr, warum sie ἀπὸ ἕο, μέγα ἰάχων, τόξον οἶδα sagten,

esse conditae ab hominibus artis et iudicii expertibus, qui ne versus quidem pangere scirent. Minus profecto nocebat antiquum illud lutum, in quo olim haerebant Dorvillii et Spitzneri! Hi enim negabant traditum carminum epicorum textum vitiis metricis laborare, recentes vero illi quos dicimus critici eo devenerunt ut crederent Iliadis Odysseaeque poetas numeris vitiosis usos esse dormitantes, et *ὥσπερ γραῦσ κάχρυσ ἀλούσασ* cantillasse verbula ex obsoletis aliquibus carminibus desumta metroque invito ita truncata ut ferebat recentior ratio loquendi. At

non dormit vates: critici sua somnia narrant!

Poetas illos, qui Achillis iram, Hectoris cum uxore colloquium, Priami luctum, Ulixis reditum cecinerunt, si quis credit *ἀπὸ ἕο* vel *τόξον οἶδα* dixisse ideo quod ab aliis olim vatibus in aliis versiculis producta esset syllaba *-πο* vel *-ξον*, is etiam opus musivum picturae Rembrandtianae habeat instar et centones Homericos ipsi anteponat Homero!

Sed ne verba pro argumentis dare videamur, reputemus quam bene ea opinio congruat cum Iliadis loco quodam, ubi Iuppiter Iridem ad Priamum mittens sic loquitur:

μηδέ τί οἱ θάνατοσ μελέτω φρεσί, μηδέ τι τάρβοσ·
τοῖον γάρ οἱ πομπὸν ὀπάσσομεν Ἀργεϊφόντην,
ὃσ ἄξει ἧόσ κεν ἄγων Ἀχιλῆϊ πελάσσηι [a].

Venit Iris ad regem, et *αὐτολεξεὶ* repetens quae dixit pater deorum, sic eum compellat:

μηδέ τί τοι θάνατοσ μελέτω φρεσί, μηδέ τι τάρβοσ·
τοῖοσ γάρ τοι πομπὸσ ἅμ' ἕψεται Ἀργεϊφόντησ,
ὅσ σ' ἄξει ἧόσ κεν ἄγων Ἀχιλῆϊ πελάσσηι [b].

Hoc loco poeta Iliadis — vel, si quis mavult ita loqui, is cui hanc Iliadis partem debemus — putandus est versum hexametrum a vocibus *ὃσ ἄξει* incipientem composuisse „ad exemplum antiquiorum „aliquorum carminum"? Credimusne eum „nesciisse cur produceret syllabam *ὅσ*", sed ab aliis aliquando cantoribus initio versuum productam audivisse ideoque produxisse ipsum? Bona verba! Quanto probabilius Brandreth statuit poetam *ὅσ ϝ'(ε) ἄξει* dixisse, ut mox: *ὅσ σ'(ε) ἄξει*! [c]

„warum sie den Hiatus vor gewissen Worten sich gefallen liessen, sondern sie gebrauchten „diese Freiheiten, weil sie in zahlreichen formelhaften Wendungen, in Versen und Vers- „gruppen, die man aus einer früheren Periode der Dichtung übernommen hatte, von „altersher vorkamen. Wer also heute einen sprachgeschichtlich reformierten Homertext „druckt, der handelt falsch, wenn er das ϝ mit aufnimmt", Cauer Berl. Wochenschr. 1889 (= Grundfragen der Homerkritik² 1909, 100). *a* *Ω* 152 sqq. *b* Ibid. vs. 181 sqq.

c Post Brandrethium idem demonstrarunt Bekker Hom. Blätter 1863, I 319 et Cobet Mnemos. 1874, 203. Cauer contra Grundfr. l.l. (not.): „das klingt sehr schlagend, in Wahrheit „aber ist es doch reiner Zufall, dass die Griechen der späteren Zeit den Hauchlaut nicht als „besonderen Buchstaben schrieben, also ein apostrophiertes *h(e)* nicht darstellen konnten". Ecce *litterarum* et *sonorum* confusio illa perniciosissima (pag. 121 *b*)! Quid autem Graeci

Atqui si hoc in versu digamma certis invictisque argumentis est stabilitum, non est cur sexcentis aliis locis aliter sentiamus; non est cur negemus audiri potuisse utrum ϝερέω sive *dicam* vellet poeta an ἐρέω sive *rogo*; sono distincta in eius ore fuisse pronomina ὅσ sive *qui* et ϝόσ sive *suus*; aliud ei sonuisse Ζεῦ ϝάνα *Iuppiter rex*, aliud Ζεῦ ἄνα *surge Iuppiter*.

Sed fortasse dixerit quispiam: „o bone, verberas aëra; alia enim „fuit mens philologis illis, contra quos nunc disputas. Arbitrabantur „illi Iliadem et Odysseam e brevioribus carminibus, in quibus digamma „vivebat, compositas esse a viris quorum lingua sono illo destituta esset".

Esto: sumamus hanc illorum aliorumve criticorum fuisse opinionem. Duae igitur patent viae ita censentibus. Aut enim contendere possunt prisca carmina manibus alienis mutata, decurtata, aucta, comminuta esse et vix ullum hexametrum talem superesse qualis ex poetae ore prodierit, aut Fickium secuti possunt perhibere, carmina principalia satis integra etiamnunc extare, nisi quod in Ionicam dialectum ex Aeolica tunc, cum sonus ϝ inter Iones obmutuisset, fuerint conversa, quatenus sine violentia fieri id poterat; multis autem recentiorum additamentis esse onusta. Haec resecanda esse, in genuinis vero versibus cum alia restituenda esse, quae Aeolica dialectus habuit propria, tum digamma[a].

Harum opinionum prior eo redit ut Ilias et Odyssea non carmina sed carminum umbrae et versuum rudera habeantur. E templorum antiquorum lapidibus tuguria et stabula rudi arte esse structa; poetas dixisse: φίλε ϝεκυρὲ δϝεινόσ τε et: ϝάλισ δέ ϝοι· ἀλλὰ ϝέκηλοσ | ϝερρέτω et: οἷά τε ϝῶι ϝοικῆϊ ϝάναξ ἐΰθυμοσ ἔδωκε, sed in illa versuum heroicorum congerie, quae ad nos pervenit, inde ab initio fuisse verba immodulata: φίλε ἑκυρέ et δέ οἱ et τε ᾧι, nam opera, carminum nomine indigna, quae Homeri nomen grandisonum inscriptum habent, e laciniis verorum carminum consarcinata esse ab hominibus imperitis, qui ne metricam quidem artem satis probabiliter didicissent, et nescirent quid esset hiatus quidve interesset inter syllabam longam et syllabam brevem.

Ita si quis opinatur, proferat suam sententiam, et apertis quidem

---

aevi recentioris hic sibi volunt? De hisne nunc agitur an de ipso poeta? Pergit Cauer: „ich habe beim Druck meiner Ausgabe wiederholt bedauert, dass ich nicht wie ε 321 „(γάρ ἑ βάρυνε statt γάρ ῥ' ἐβάρυνε) so an anderen Stellen, wo es elidiert erschienen wäre „(z. B. ρ 576 οὐ σύ γ' ἄγεισ), das ἕ in sein gutes Recht einsetzen konnte. Aber für die „Frage nach dem Alter des ϝ" [at haec non agebatur quaestio!] „sind Fälle dieser Art „ohne jeden Belang". Satius igitur duxit pronomini suum locum denegare sive versus complures *non* tales excudi iubere quales fecit poeta, quam edendi rationem mutare: verba ὅσ ἄξει et: οὐ σύ γ' ἄγεισ *vitiose tradita* esse sensit et professus est, ipsos enim poetas ita locutos non esse, — et tamen in editionibus hodiernis repetenda videntur quae ab illis dicta *non* esse constet? *a* „Das digamma, welches uns verbietet Homer als Ionier, „und uns nöthigt ihn als Aeoler zu denken", Fick Odyss. 7 et saepius.

verbis proferat, ut pro meritis possit explodi. Sed quoniam nemo hactenus musis invitis tale iudicium de epicae poeseos reliquiis tulit[a], diutius ineptae isti hypothesi immorari non est opus.

Restat igitur ut illi, qui signum ϝ textui tradito carminum epicorum inserendum esse negant, Fickii partibus se addicant. Sed huius viri docti opinio hoc praesertim premitur incommodo quod iusta causa nulla est, ob quam sonus ϝ credatur ab Ionica dialecto alienus fuisse eo tempore quo natae sunt Ilias et Odyssea[b]. Ex ipsis carminibus probanda esset haec res, si posset probari; sed fieri id nequit. Nam neque in vetustioribus aliquibus horum carminum partibus — quae secerni posse Fickio et aliis sunt visae — religiose servatus est sonus ϝ, neque in recentioribus quas illi vocabant neglectus. Immo circulo vitioso inclusus Fick sic disputavit: „Ionica dialectus eo tempore, quo „Ilias et Odyssea e minoris ambitus carminibus aliquot concreverunt, „carebat sono ϝ". — Unde hoc scitur? — „Ex ipsis Iliade et Odyssea". — Quomodo id inde efficitur? — „Neglectum passim est digamma in additamentis, quae ab Ionicis poetis sunt composita". — Additamenta ista quomodo possunt agnosci? — „Ex neglecto praesertim sono ϝ". — At etiam inter eos versus, qui prisci et genuini ab omnibus habentur, multi sunt, quibus digamma reddi nequit nisi vicinis verbis mutatis. — „Ita est, sed hi versus sunt corrigendi."

Probanda sunt haec, ne cavillari videamur. Et totum quidem Fickii Homerum excerpere longum est, sed sufficiet pars modicis finibus circumscripta. Quid igitur de sono ϝ neglecto ille statuit in iis Odysseae libris, quos carmen aliquod vetustum *περὶ Ὀδυσσέως νόστου* olim effecisse credebat Kirchhoffio?[c]

Propter digamma in tradito textu neglectum mutavit sequentia:

α 10. *εἰπὲ*] *ἔσπε.*
37. *εἴπομεν*] *ἔσπομεν.*
ε 61. *ἀοιδιάουσ᾽ ὀπὶ*] *ἀείδοισα ϝοπὶ.*
96. *μιν ἔπεσσιν*] *ϝε ϝέπεσσι.*
ε 100. *δ᾽ ἂν* (vel *γὰρ*) *ἑκὼν*] *κε ϝέκων.*
206. *εἴ γε μὲν εἰδείησ*] *εἰ μὲν ϝειδείησ.*

---

a *Tendunt* sane in hanc viam haud pauca quae de carminum epicorum compositione sunt prolata. b Manifestus est paralogismus in his verbis: „die annahme dass zur „zeit Homers die Ias das digamma [initiale] noch intact besessen hätte, lässt sich zwar „aus mangel an uralten quellen des ionischen dialects nicht wiederlegen, wird aber schon „dadurch äusserst unwahrscheinlich, dass auch den Attikern das digamma völlig mangelt, „dieser laut also dem ionischen stamme schon vor der wanderung der Ionier nach Klein-„asien gefehlt zu haben scheint" Fick Odyss. 11. Nam *Atticae* dialecti fontes illi antiquissimi, unde appareat sonum ϝ Athenis ne ante *τὴν Ἰωνικὴν* quidem *ἀποικίαν* sive duodecimo ante Christum saeculo vixisse, ubi sunt? Si quis contendat Atticas puellas — non Erechthei Ionisve aevo, sed multis saeculis post, inter saltandum cantasse: „*ποῦ μοι τὰ ϝία*", quomodo erit refellendus? A *vetandi* vero et *cogendi* verbis profectus Fick (supra pag. 125 *a*) ad ea quae sibi *viderentur* sic devenit; Aeolum autem lingua illa vetusta, in quam carmina epica convertere conatus est, undenam est cognita? Nam quarti saeculi dictio Aeolia e lapidibus cognita ad hanc quaestionem solvendam nihil confert. c Sunt libri α, ε, ζ, η, ι, λ, ν.

234. δῶκε μέν οἱ] δῶκ' ἄρα ϝοι.
342. ὧδ' ἔρξαι] ὣσ ϝέρξαι.
ζ 60. δὲ σοὶ αὐτῶι ἔοικε] δ' αὐτόν σε ϝέϝοικε.
258. ὧδ' ἔρδειν] ὣσ ϝέρδην.
η 234. εἵματ' ἰδοῦσα | καλά] ϝέμματα κάλλα | τοῖα.
ι 60. δ' ἀφ' ἑκάστησ] δὲ ϝεκάστασ.
182. σπέοσ εἴδομεν] ϝίδομεν σπέοσ.
226. ἐρίφουσ τε καὶ ἄρνασ] ϝάρνασ τ' ἐρίφοισ τε.
ι 419. πού μ' ἤλπετ'] ἔμ' ἐϝέλπετ'.
454. φρένασ οἴνωι] φρένα ϝοίνωι.
469. νεῦον ἑκάστωι] νεῦσα ϝεκάστωι.
530. πτολιπόρθιον οἴκαδ'] -πορθον ϝοίκαδ'.
λ 213. ἦ τί μοι εἴδωλον] ἦ μοι ϝείδωλον.
545. εἴροντο δὲ κῆδε' ἑκάστη] ϝέρρον τ' ὅ ϝε κᾶδε ϝεκάστα.
561. ἀλλ' ἄγε δεῦρο, ἄναξ, ἵν' ἔποσ] ἄλλα, ϝάναξ, ἄγε δεῦρο, ϝέποσ.
ν 121. ὤπασαν οἴκαδ'] δῶκαν ϝοίκαδ'.

In sequentibus vero versibus, quos tribuit diasceuastae Ionico, digamma neglectum ei erat indicium originis recentis[a]:

α 91. ἀπειπέμεν.
110. ἄρ' οἶνον.
259. παρ' Ἴλου.
293. τε καὶ ἔρξῃισ. Item λ 90 (-ξω).
441. ἐπέρυσσε.
δ 649. αὐτὸσ ἑκών.
682. ἢ εἰπέμεναι.
η 187. ὄφρ' εἴπω.
η 196. πρίν γε τὸν ἧσ.
202. εὖτ' ἔρδωμεν.
248. ἐφέστιον.
321. πολλὸν ἑκαστέρω.
322. οἵ μιν ἴδοντο.
326. ἀπήνυσαν οἴκαδ'.
λ 61. ἀθέσφατοσ οἶνοσ.

Item in recentissimis quae ipsi visa sunt emblematis[b]:

ε 34. κ' εἰκόστωι.
ζ 280. ἤ τισ οἱ εὐξαμένηι.
η 110. ἐπετήσιοσ.
ι 65. τρὶσ ἕκαστον.
127. τελέοιεν ἕκαστα.
ι 143. προυφαίνετ' ἰδέσθαι.
λ 297. πάντ' εἰπόντα.
522. κάλλιστον ἴδον.
550. δ' ἔργ'.
ν 80. νήγρετοσ ἥδιστοσ.

At versuum eorum, quos corrigi iussit Fick, simillima sunt vitia atque eorum quos abiecit. Cur mutatum est εἰπέ, non sunt mutata ἀπειπέμεν, εἴπω, εἰπόντα? Cur μιν ἔπεσσι factum est ϝε ϝέπεσσι, non sunt sanata eodem remedio verba μιν ἴδοντο? Cur pro δῶκε μέν οἱ tentatum est δῶκ' ἄρα ϝοι, spreta vero est correctiuncula πρὶν καὶ (ἑ)ϝῆσ pro πρίν γε τὸν ἧσ[c]? Cur pro δ' ἂν (vel γὰρ) ἑκών scriptum est κε ϝέκων, recentioris vero poetae indicium est habitum αὐτὸσ ἑκών, ubi in promptu erat coniectura αὐτὸσ ἐγώ? Cur pro ὤπασαν οἴκαδ' editum est δῶκαν ϝοίκαδ', quae vero multo lenior est correctio ἄνυσσαν ϝοίκαδ' pro ἀπήνυσαν οἴκαδ' ne tentata quidem est[d]? Cur verba sincera ἤ τισ οἱ εὐξαμένηι non sunt scripta ἤ τίσ ϝ'(οι) εὐξαμένηι? Quia duabus mensuris utebatur criticus, studio, ut fit, abreptus. Patet autem „Aeolicam litteram nihil conferre

---

a Odyss. 302 sq. b Ibid. 306 sqq. c Nisi molestum esset pronomen τόν, sufficeret etiam lenior correctio πρὶν τὸν (ἑ)ϝῆσ. d De metro supra pag. 97 f.

„ad solvendam quaestionem quae est de Homericorum carminum „origine"[a].

Cynaethus autem Chius, qui Odysseam ex carminibus Aeolicis in dialectum Ionicam ab ipso versis et utcumque consutis fecisse videbatur Fickio, fertur hymnum in honorem Apollinis Delii circa annum 500 a. Chr. n. composuisse[b]. Quam famam, olim a Barnesio, dein a Ruhnkenio reiectam[c], veram ducens Fick[d] documenta originis Ionicae sive recentis vocabat sequentia huius carminis verba: *Ἀπόλλωνά τ' ἄνακτα*[e], *εἴ τίσ οἱ γαιέων υἱεῖ θέλοι οἰκία θέσθαι*[f], *δυσηχήσ*[g], *τὸ πρῶτον ἴδηι*[h], *αἳ δ' Ἶριν προύπεμψαν*[i], *μιμεῖσθ' ἴσασιν· φαίη δέ κεν αὐτὸσ ἕκαστοσ*[j], *λήξω ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα*[k], *Δήλοιο πολυκλύστου μέγ' ἀνάσσεισ*[l]. At sine ullo numerorum sententiaeve detrimento scribi possunt: *Ἀπόλλωνα ϝάνακτα*, *εἴ τισ γαιάων*[m] *ἐθέλοι ϝοι ϝοικία θέσθαι*[n], *τὰ πρῶτα ϝίδηι*. Praeterea fortasse olim fuere: *Ϝῖριν* (vel *Ϝίριδα*) *δ' αἳ* et: *μιμεῖσθαι*[o] *ϝίσσασι· φαίη δ' αὐτόσ κε ϝέκαστοσ* et: *λήξω Ἀπόλλωνα ϝεκάϝεργον* et: *Δήλοιο πολυκλύστοιο ϝανάσσεισ*. ab adiectivo *δυσηχήσ* autem sonus ϝ videtur fuisse alienus[p].

Non certa sic remedia allata sunt cunctis qui supra excripti sunt versibus, sed non sunt magis violenta minusve probabilia quam quae ipse Fick antiquioribus quas dicebat Iliadis Odysseaeque partibus passim admovit ut sonus ϝ posset proferri, ex. gr. *ϝέμματα κάλλα | τοῖα* pro: *εἵματ' ἰδοῦσα | καλά*[q]. Multis autem huius hymni versibus digamma potest addi sine ulla vicinarum vocum mutatione[r], nonnullis etiam utile vel plane necessarium est[s].

Nihilo igitur rariora aut obscuriora soni ϝ indicia quam Odysseae liber ζ vel ι aliusve quilibet habet hymnus hic, quem festo gentis Ionicae die Deli cantatum esse argumentum docet. In ore caeci viri illius, qui *Χίωι ἔνι παιπαλοέσσηι* habitare se professus est[t], digamma vivebat et vigebat[u].

---

a Naber Quaest. Hom. 1877, 79. *b* Pag. 4 *e*. *c* Epist. Crit. I 7. *d* Odyss. 290, Iliad. XXXII. *e* Vs. 15. *f* Vs. 46. *g* Vs. 64. *h* Vs. 71. *i* Vs. 102. *j* Vs. 163. *k* Vs. 177. *l* Vs. 181. *m* Sic l. a.

n Etiam disyllabum *θέλοι* est dictionis parum epicae. *o* Sic codd. omnes.

p Ne in Iliade quidem (*B* 686 al.) usquam producta est syllaba initialis huius adiectivi, quod ad *ἄχοσ*, non ad *ϝηχήν*, fuere qui probabiliter referrent (Apoll. lex. al.), in his Apollonius Rhodius, Cupidini *δυσηχέασ ὀϊστούσ* tribuens Arg. III 96. *q* *η* 234, supra pag. 127. *r* Vs. 7 *ϝοι*, 27 *ϝεκάτερθε*, 29 *ϝανάσσεισ*, 45 *ϝεκηβόλον*, 50 et 111 *ϝέπεα*, 56 *ϝεκαϝέργου*, 63 et 90 *ϝεκάτοιο*, 66 *ϝέποσ*, 75 *ϝάδηι ϝοι*, 78 *ϝοικία* et 84 *ϝίστω* versuum initio, 106 *ἔπειτα ϝέπεσσιν* pro *-τ' ἐπέεσσιν*, 133 *ϝειπών*, 134 *ϝεκατηβόλοσ*, 140 *ϝάναξ ϝεκατηβόλε*, 153 *ϝίδοιτο*, 157 *ϝεκατηβελέταο*, 169 *ϝήδιστοσ*, 172 *ϝοικεῖ*. *s* Vs. 1 *Ἀπόλλωνοσ ϝεκάτοιο*, 63 et 90 *-τοιο ϝάνακτοσ*, 47 et 70 *ἐδέδϝισαν* et *δέδϝοικα*, 74 *κατὰ κρατὸσ ϝάλισ*, 107 *ὠκέα Ϝῖρισ*.

t Vs. 172. Dubium non videtur quin diu ante annum 500 vixerit. *u* Flach Bezzenb. Beitr. II 1—72. Consonam ϝ in Chio insula ante saeculum VIum esse mortuam docent verba tituli a sculptore Chio Deli dedicati: ...*σιν ἐκηβό*[*λ* et: *πατρώϊον ἄσ*[*τυ*], Ion. 5387, Roberts Epigr. I 63.

Ergo iusta non est causa ob quam sonus ϝ poetae Iliadis vel poetae Odysseae denegetur. Non tamen nimis larga manu signum ϝ his carminibus est appingendum, sed iis tantum vocibus quibus addi sinunt numeri. Saepius quidem perhibitum est sonum ϝ in versibus pro re nata modo vice consonae functum, modo pro nihilo habitum esse[a], sed veri est dissimillimum a poetis epicis eum sonum, cuius tanta in ipsorum lingua esset vis ut vocalem brevem in arsi vel solus posset sustentare[b], in thesi nonnunquam prorsus esse neglectum. Nam talia hemistichia, qualia forent: *εὖ δ' ϝοίκαδ' ἱκέσθαι* et: *ὅσ τισ σέθεν ἀντίον ϝείπῃι*, non sunt conferenda cum iis versibus, in quibus brevis vocalis cogente metro ante nomen *Ζάκυνθοσ* non est producta[c] vel nominis *Ἀφροδίτη* prima syllaba brevis est habita[d]. Si non nisi paucarum quarundam vocum initialis sonus ϝ nonnunquam esset neglectus, haud inviti crederemus eas voces aevo poetarum in poetica certe dictione biformes fuisse[e], ut *(γ)δοῦπον* vel *(σ)κίδναται*[f]; sed non sic habet quaestio in qua versamur, nam modo in hac, modo in illa traditi textus voce sonus ϝ non admittitur metro. Una et altera vox consonam ϝ aevo Homeri vacillantem fortasse habebat, ex. gr. *(ϝ)ἱδρώσ*[g], sed *οἶδα* pro *ϝοῖδα* dictum, *ὅσ* pro *ϝόσ*, *ἄναξ* pro *ϝάναξ*, *ἔποσ* pro *ϝέποσ*, certa videntur indicia textus vitiati; et licet abstinendae ab huiusmodi versibus sint manus nisi suppetat emendatio lenis et probabilis, non tamen prudenti est critici sine ulla dubitatione praeterire.

Complures autem voces signo ϝ per totam Iliadem et totam Odysseam ornari possunt sine ulla aut paene nulla viciniae mutatione[h]:

---

a Priscian. I 22: „digamma Aeoles est quando in metris pro nihilo accipiebant, ut „*ἄμμεσ δ' ϝειρήναν, τὸ δὲ τὰρ θέτο μῶσα λίγεια.* Est enim hexametrum heroicum". Priscianum secuti sunt Bentley: „*Α* 19 *Dwoikad*, ut anglice *Dwell*", Heyne, Knight, ex. gr. *Ω* 449 *ποίησαν ϝάνακτι*, Kidd in Dawesii Miscell.[4] 199, Hermann ad h. Ven. 86, Hoffmann Quaest. Hom. II 69 et 182, vHartel Hom. Stud. III 51 sqq., Solmsen Unters. z. Laut- u. Verslehre 129 sqq., Bechtel Vocalcontraction IX, verbis manifeste corruptis fidem habentes scilicet; nam *δὲ τὰρ* est nihili, voci autem *εἰρήνῃ* digamma praemissum fuisse aliunde non efficitur. Erroris causa fuisse videtur elisio prisco more in textu non indicata (*ΔΕΕΙΡΗΝΑΝ—ΔϜΕΙΡΗΝΑΝ*), versus autem sic fortasse est legendus: *ἄμμεσ δ' εἰρήναν· τόδε γὰρ 'θέτο μῶσα λίγεια* (*cantabunt alii bella,*) *nos vero pacem, hoc enim musa dedit.* *b* § 26. *c* § 28. *d* § 25. *e* Ludwich Arist. II 274 sqq., Monro Hom. Grammar § 400, vChrist Prol. Il. 158 sqq. *f* § 45. *g* § 41 s. v. *h* Mutationem non dicimus litteram mobilem in fine vocis prioris deletam. Nam quod Ludwich Arist. II 278 scripsit: „das „paragogische ν verblieb der griechischen Sprache noch, als das Digamma längst unter-„gegangen war: folglich muss dieses von vorn herein kräftigerer Natur gewesen sein als „jenes", parum apte sic inter se comparantur soni dissimillimi, quorum alterius dominium sensim analogiae euphoniaeque studio auctum et sero demum certis finibus inclusum est, pag. 106 *g*, alter ipsis stirpibus verborum inde ab origine adhaesit, paulatim autem e lingua Graeca evanuit. *Robur* autem utriusvis soni — si de robore, non de iure, inquiritur vel ius, ut Thrasymacho illi, videtur *τὸ τοῦ κρείττονοσ ξυμφέρον* — sic non cognoscitur; et in epica certe dictione robur soni -ν finalis perexiguum fuisse docent *σφ'(ι)*, *χείρεσσ'(ι)*, similia pro *σφιν* vel *χείρεσσιν* dicta.

ϝάγνυμι, ϝαλώμεναι, ϝανδάνω, ϝαραιόσ. ϝάστυ, ϝε, ϝέαρ, ϝέθειραι, ϝέθνοσ, ϝεκυρόσ. ϝέρρω, ϝέσπεροσ, ϝέτησ. ϝέτοσ, ϝήνοπι, ϝῆρα, ϝιότησ, ϝῑτέη, ϝίτυσ, ϝιωκή. Aliae post lenes paucorum versuum correctiunculas: *ϝάλισ. ϝάναξ, ϝάνασσα. ϝανάσσω, ϝείκω, Ϝεκάβη. ϝεκάσ. ϝεκών. ϝέλλω, ϝέξ, ϝέργω, ϝῆθοσ. ϝιωή.*

Cur igitur consona illa, quam in poetarum epicorum ore vixisse carmina docent, suo signo in tradito horum carminum textu non est indicata?

Duarum causarum utravis sufficit ad rem explicandam. Nam carmina epica si non ab ipsis poetis scripto mandata esse sumuntur, sed in mente tantum cantorum vixisse primitus[a], litteris autem in Ionia alibive eo demum tempore esse consignata, quo consona ϝ illic e lingua quotidiana evanuisset neque iam signum haberet inter litteras quibus homines solebant uti[b], mirus videri nequit sonus ille in Iliadis Odysseaeve textu non significatus. Sed non minus est credibile, signum ϝ in antiquissimis carminum epicorum exemplaribus — sive ab ipsis poetis sive postmodo ab aliis haec sunt exarata — locum suum passim obtinuisse, in iis vero, quae aevo recentiore scripta sunt, omissum esse[c]. Et sic se rem habuisse arbitramur.

Non uno autem eodemque tempore per totam Graeciam sonus ϝ obmutuit. Ex Ionia et ex Attica prius evanuit quam e regionibus vicinis[d], sed et illic eum antiquitus vixisse lapides etiam nunc ad oculos demonstrant. Nam in VI[i] saeculi epigrammate Attico[e] legitur *αϝυταρ* sive *αὐτάρ*[f], et eadem signorum abundantia insignes sunt vox *ναϝυ[πηγόσ]* in alio lapide Attico[g] et vox *αὐτόσ* in inscriptione Ionica[h], quae ante duo saecula Deli est inventa in basi statuae Apollinis a Naxiis dedicatae[i]: *.]οαϝυτολιθοεμιανδριασκαιτοσφελασ* sive: *[τ]οῦ αὐτοῦ (= ταὐτοῦ) λίθου εἰμ' ἀνδριὰσ καὶ τὸ σφέλασ*[j].

---

a Pag. 11—13. *b* vChrist Prol. Il. 151. *c* Kühner-Blass I 85 sq. *d Internum* digamma in Attica saeculo VIII° videtur esse extinctum, Thumb Ind. Forsch. IX 334 sq., Handb. d. gr. Dial. 364; *initiale* autem illic, ut alibi, diutius quam internum vixisse consentaneum est, septimo igitur demum sextove saeculo ex hominum ore evanuisse.

e Ceteris antiquior inscriptio Attica — si quidem genuina est — Roehl Imag.[1] 68, Roberts Epigr. I 74 nullum habet vocabulum in quo expectari poterat digamma. Signis mire quam vetustis sinistrorsum ductis scripta ibi leguntur haec: *ὃσ νῦν ὀρχηστῶν πάντων ἀταλώτατα παίζει, | τοῦ τόδε κα[λὸν ἄγαλμα* vel *ἄλεισον].* *f* *[σῆμα* ⏑–⏑⏑– *μ]ε φίλησ παιδὸσ κατέθηκεν | καλὸν ἰδεῖν, ἀϝυτὰρ Φαίδιμοσ εἰργάσατο,* Delt. Arch. 1890, 103, CIA. I Suppl. 189. Neque stirpis *ϝιδ-* neque stirpis *ϝεργ-* sonus ϝ servatus. *g* CIA. I Suppl. 198. Sic in Creticis lapidibus scripta sunt: *ἀμεϝύσαντεσ, ἀϝυτάν, ταϝῦροσ,* *post υ* autem ϝ ex abundanti scriptum est in Cypricis vocibus *κετευϝόν, εὐϝρητάσατυ, Εὐϝαγόρω, Εὐϝά(ν)θησ, Εὐϝέλθων. Γαρυϝον, δυϝάνοι,* in Elea *Εὐϝαοῖοι,* in Pamphylia *Σελύϝιοσ,* in vase Chalcidico pag. 131 *f* *Γᾱρυϝόνησ,* in Boeotico *Βακχύϝαι,* et nova figura β induta in Laconicis *Εὐβάνορoσ, Εὐβάλκησ.* Addendum autem videtur *ἀριστεύτοντα* ex *ἀριστεύϝοντα* corruptum Corc. 3189. Etiam Cypricum *δοϝ-έναι* (non: *δο-ϝέναι,* § 126) huc facit. *h* Ion. 5421, CIG. 10, IGA. 409, Kaibel Epigr. 1097. *i* Plut. Nic. 3. *j* Sic Bentley. Postea proposita sunt *θαεῦ* et *θαϝυτοῦ* (= *θαητοῦ* sive *θαυμαστοῦ*), nulla enim littera in lapide intercidisse ferebatur; sed

Suum locum digamma obtinuit in *abcdario* Amorgi reperto[a], et ad hunc usque diem obtinet inter signa nominum *numeralium*; nam *sex* Graece scribitur ϛ´ sive ϝ´.

In inscriptione saeculo V° oratione soluta concepta, quam homini Rhegino, ex Chalcidensium igitur colonia oriundo, deberi apparet collatis quibusdam verbis Herodoti[b], leguntur: ϝοικέων ἐν Τεγέηι et: ὅσσα ϝοι[c]. Sequuntur autem vocabula θεαῖσ πάσαισ. non pura igitur Iade est usus qui haec perscripsit. Quapropter fuere qui negarent illi titulo in hac quaestione quidquam tribuendum esse[d]. Sed maximae utilitatis ad eam solvendam dicendus est potius, docet enim in quibusdam regionibus sonum η aliquando simul cum sono *w* vixisse[e], id ipsum igitur quod et carmina epica testantur.

Praeterea litteram digamma exhibent nomina Ὀϝατίης, Fιώ, Γάρυϝόνης, Ἀγασίληϝο, quae litteris Chalcidicis in vasis perantiquis picta sunt inter Ionicae dialecti nomina Ἀντίησ, Φοίβη, Ἀθηναίη, alia[f].

Dubium igitur non est quin consona vau ab Atheniensibus ceterisque Ionibus antiquitus et pronuntiata fuerit[g] et signo suo in scriptis indicata. Ad Homerum autem ut redeamus, grammatici Alexandrini, quibus notissima fuit haec consona e carminibus poetarum Aeoliorum[h], nullam vim ei tribuerunt in poesi epica; carebant igitur signo ϝ exemplar Iliadis ab Antimacho Colophonio, Platonis aequali, emendatum ceterique libri vetusti, quibus illi sunt usi ad textum recte constituendum[i]. Ergo exemplaria signo ϝ ornata aut nulla fuerunt unquam aut — quod verum videtur[j] — olim quidem fuerunt, sed interierunt ante illorum grammaticorum aetatem.

Qua in re perpendenda magni momenti sunt carmina *Pindari*. In Boeotii huius poetae ore sonus *w* vivebat, quem in carminibus ab eo non esse neglectum testantur numeri[k]; signo autem ϝ homines in

---

marmore denuo inspecto apparuit revera aliquid deesse, iamque Bentlei interpretatio Atticis quarum modo mentio facta est vocibus αϝυτάρ et ναϝυπηγόσ etiam magis est confirmata.

a IGA. 390 *b*. *b* Ion. 5276, IGA. 532 sq.; cf. Herodot. VII 170, Pausan. V 26 § 4. *c* Soni *w* signum est ⊏ in hac inscriptione, in abcdario modo commemorato, in Creticis titulis compluribus, in tabulis Heracleensibus. *d* Fick Odyss. 10. *e* Item Lacon. 4405, pag. 133 *b*. *f* Ion. 5292, 5294 sq.; quae vasa ex urbe *Himera* provenisse suspicatus est Fick Odyss. 11 propter verba Thucydidis V 5 dialectum Himeraeam μεταξὺ τῆσ τε Χαλκιδέων καὶ Δωρίδοσ κεκραμένην dicentis. At Rheginae quoque dialecto proprium id fuisse modo vidimus, et aliis fuisse vero videtur simillimum. *g* In Atticis vocibus ἄοινοσ, ἐάγη, ἀμφιέννῡμι, ἐπίορκοσ, aliis concursus vocalium testatur sonum ϝ olim fuisse intermissum; quae ἄνοινοσ, ἧγη, ἀμφέννῡμι, ἐφορκοσ fuissent dicta nisi prohibuisset vis soni *w*. Idem docet sonus -η vocum κόρ(ϝ)η et ὀγδό(ϝ)η non in ᾱ mutatus. *h* In papyrorum fragmentis signum ϝ etiam legitur, et tempore Hadriani Balbilla in nugis suis dialecto Aeolica conceptis scripsit ϝε et ϝοι. In Alcaei igitur Sapphusque editionibus digamma etiam tunc exarabatur. *i* Pag. 20. *j* Pag. 130 *c*. *k* vHartel l.l. 83 sqq. — Ceus vero poeta Bacchylides sono ϝ non est usus, licet in vocibus Δάματρα ἰοστέφανον III 2, τε οἱ XVII 18, XX 9, καί οἱ fr. 1 vestigia quaedam huius soni appareant. De hiatu ante οἱ pag. 133 *i*.

Boeotia cum eius aetate tum diu post usos esse docent lapides plurimi, et aequalem aemulamque poetriam *Corinnam* sono ϝ in carminibus usam esse ad oculos demonstrat quae his annis reperta est papyrus saeculi post Chr. n. secundi[a]: — nusquam tamen in Pindari carminum textu tradito digamma invenitur exaratum[b]. Ergo a *librariis* serius ocius omissum est signum ϝ, quo poeta usus fuerat.

Idem docet Aristophanis fabula Lysistrata. In qua fabula cum sic loquuntur homines Peloponnesii:

ὁ γῶν Μενέλαοσ τᾶσ Ἑλένασ τὰ μᾶλά πα
γυμνᾶσ παρα(ϝ)ιδὼν ἐξέβαλ', οἰῶ, τὸ ξίφοσ[c]

et: ναὶ τὼ σιὼ
παντᾶ γα· φέρε τὸ (ϝ)έσθοσ ἀμβαλώμεθα[d],

dubitamusne quin παραϝιδών et τὸ ϝέσθοσ in pugillaribus suis scripserit Aristophanes et — quae maioris momenti est res — in scena *dixerint* actores ab eo instituti, quemadmodum in ipsa Laconica homines tunc loquebantur et scribebant? An putamus comicum τὸν φιλολάκωνα nullos unquam Spartiatas audivisse loquentes, sed fando tantum quaedam de eorum dictione accepisse ab aliis prolata et — quod de poetis epicis est perhibitum[e] — „hiatum in vocibus παραϊδών et τὸ ἔσθοσ cur admitteret nescivisse ipsum"? In codicibus tamen qui ad nos pervenerunt signum ϝ his verbis non est additum.

Alcmanis partheneum in vetustissima papyro repertum digamma vocis ϝάνακτα exhibet integrum et ϝ in ρ corruptum in verbis ὁρῶ ϝ'(ε) ὥτ' ἅλιον, sed pluribus locis, ubi poetam item sono ϝ usum testantur numeri, illo signo caret.

Epicharmo cum sono ϝ iocus ereptus est in verbis: Πέλοπι (ϝ)έρανον ἑστιῶν et: ἀλλὰ (ϝ)έρανόν τοι λέγω[f].

Plura possunt addi[g]; sed unum etiam exemplum soni ϝ a posteris poeta invito neglecti indicasse satis videtur. Pausanias[h] memoriae prodidit sua aetate Olympiae extitisse Iovis statuam a Lacedaemoniis dedicatam et hoc titulo inscriptam:

δέξο, ἄναξ Κρονίδα, Ζεῦ Ὀλύμπιε, καλὸν ἄγαλμα
ἱλάωι θυμῶι τοῖσ Λακεδαιμονίοισ.

Haecine scripserunt Lacedaemonii, suae ipsorum linguae obliti? Hiatum inter δέξο et ἄναξ admiserunt „in locutione e vetustiore poesi

---

a Pap. Berolin. 13284, Berl. Klassikertexte V 2, 19 sqq., Schubart Pap. Gr. Berolin. tab. 29. *b* In vocalem mutatus sonus ϝ superest in voce αὐάτᾱ Pyth. II 28, ut in Homerico αὐέρυσαν et similibus, pag. 134. *c* Ar. Lys. 155. *d* Ibid. 1095.
e Pag. 123 *b*. *f* Athen. 338 *d*. *g* Ex. gr. Γαλαξίδωροσ Xen. Hell. III 5 § 1 leg. Ϝαναξίδωροσ (Naber) coll. nomine synonymo Ϝαναξίδοτοσ inscr. Orchom. 467. Ipse igitur Xenophon littera ϝ in libris suis usus est cum ferebat res, librarii autem signum insolitum mutarunt in γ, ut quadratarius is qui versiculos Balbillae (pag. 131 *h*) insculpsit statuae vetustae; cuiusmodi vitia plurima extant, pag. 137 *l*. *h* Paus. V 24 § 3.

„desumta, cur ita dicerent ignorantes ipsi"? Credere id nos iuberent critici supra commemorati, si Homeri hi essent versus. Nunc non est verendum ne quis sibi aliisve persuadeat; nam ad socordiam sive ipsius Pausaniae sive librariorum confutandam ipsi surrexerunt lapides. Anno 1876 Olympiae inventa est ea quam Pausanias dicebat VI[i] saeculi statua et titulus apparuit tantum non integer[a]: lecta sunt haec: . . . *OFAN . . KPONIΔA . EYOΛYMΠIEKAΛONAΓAΛMAHIΛEFO . . . MOITOIΛAKEΔAIMONIO* . . sive:

[δέξ]ο, ϝάν[αξ] Κρονίδα, [Ζ]εῦ Ὀλύμπιε, καλὸν ἄγαλμα,
ἱλήϝω[ι[b] *θυ]μῶι τοῖσ*[c] *Λακεδαιμονίο[ισ].*

Constat igitur signum ϝ e librariorum manibus vix usquam incolume evasisse. Itaque non est quod miremur in carminum epicorum textu tradito digamma non iam legi, sed si quid hic est mirandum, hoc est, quod ex his carminibus citius quam ex aliis veterum poetarum operibus evanuit.

Sed aliud est sonum non indicare signo, aliud voce non proferre. Non est cur negemus sonum *w* in Homeri carminibus diu etiam post vixisse quam in Ionum et Atheniensium sermone quotidiano audiri est desitus: vixisse quamdiu ipsa carmina epica vixerunt in ore cantorum. Nulla est causa ob quam negetur *Ἀτρεΐδησ τε ϝάναξ ἀνδρῶν* et *ἔδϝεισεν δ' ὁ γέρων* a rhapsodis etiam tum declamata esse cum in omnibus Iliadis exemplaribus legebantur *ἄναξ* et *ἔδεισεν*. Quale appellationis artificium per varias hominum aetates cum ipsa arte carmina illa memoriter pronuntiandi propagari facile potuit. *Ionem* exempli gratia Ephesium illum rhapsodum, Socratis aequalem, qui vividis coloribus depictus est a Platone, consonam ϝ voce expressisse iis locis ubi proferri iubebat metrum veri haudquaquam est dissimile.

Immo argumento certissimo potest demonstrari digamma epicum in ore hominum diutius vixisse quam in libris manuscriptis; nam si aliter se habuisset res, scripta non essent quae iam extant tradita: *ἐγὼ εἴπω*[d], *οὔ ἕ*[e], *κέ ἕ*[f], *οὔ ἕθεν*[g], *δαΐέ οἱ*[h], omissa littera mobili[i]. Hermippi autem comici epicam dictionem *παρῳδοῦντοσ* hemistichia: *ἔστι δέ τισ οἶνοσ* et: *ἀπίουσ καὶ ἴφια μῆλα*[j] videntur testari hunc quoque poetam

---

[a] Lacon. 4405. [b] η + ϝ, ut Ion. 5276, pag. 131 *e*. [c] Sonus finalis articuli *τοί(λ)* assimulatus est sono sequenti, ut passim in inscriptionibus Gortyniis et Locrensibus. Qua re non agnita in interpretandis lapidis signis errabat Ahrens Philol. 1879, 239 sq. (= kl. Schr. I 312 sqq.) eumque secuti Roehl IGA. 75 et add., Kaibel Epigr. 743, Roberts Epigraphy I 262. [d] *μ* 213. [e] *Ω* 214. [f] *I* 155. [g] *Δ* 114. [h] *Ε* 4.

[i] Hermann Orphic. 773 sqq., Hoffmann Quaest. Hom. II 17 sqq., Rumpf Fleckeis. Jahrb. 81, 671, vHartel Hom. Stud. III 79, vChrist Proleg. Il. 154, Ludwich Arist. II 284, Cauer Praef. Il. XIV. In Herodoti quoque textu voces *οὔ οἱ* I 109, 132 II 110 IV 43 hiatum habent qui verus hiatus olim non fuit, res perquam notabilis, quoniam ceteris locis ante vocalem scriptum est *οὐκ*. [j] Hermipp. fr. 82[6] et 63[17].

in poesi epica *ϝοῖνον* et *ϝίφια* declamata audivisse itemque in suis hexametris voluisse recitari.

Sed ars rhapsodorum recentiori aevo minus placuit; tragoedis rhapsodi cesserunt. Non iam publice Homeri carmina declamabantur et veluti in scena agebantur, sed in scholis legebantur a pueris coram magistris. Viva vox cantorum obticuit, littera scripta mansit, interiit autem littera non scripta. Non illo die, quo primum Iliadis vel Odysseae exemplar signo *ϝ* carens in manus hominum pervenit, digamma Homericum est mortuum, sed tunc demum cum rhapsodorum postremus fato est functus[a].

Post ea quae disputata sunt verendum videri nequit ne poetis vetustis soni ab illorum lingua alieni tribuantur scribendo ex. gr.:

αἰδοῖόσ τέ μοί ἐσσι, φίλε ϝεκυρέ, δϝεινόσ τε[b].
ἐξαπάφοιτο ϝέπεσσι· ϝάλισ δέ ϝοι. ἀλλὰ ϝέκηλοσ | ϝερρέτω[c].
ἕψεαι ἔνθα κε ϝέργα ἀϝεικέα ϝεργάζοιο[d].
οἷά τε ϝῶι ϝοικῆϊ ϝάναξ ἐΰθυμοσ ἔδωκε[e].
ϝεσπέριοσ δ' εἰσ ϝάστυ ϝιδὼν ἐμὰ ϝέργα κάτειμι[f].
οὐ γάρ ϝ' ἔϝϝαδε ϝέργα πολυχρύσοι' Ἀφροδίτησ,
ἀλλ' ἄρα ϝοι πόλεμοί τ' ἔϝαδον καὶ ϝέργον Ἄρηοσ[g].
ἀλλά ϝε ϝὶσ ἐδάμασσε βίησ Ἡρακλεεείησ[h].

Immo iusti versus sic fiunt quae antea fragmenta versuum videbantur vel oratione soluta concepta esse. In ipso autem textu tradito sonum *ϝ* leviter mutatum servarunt voces *αὐέρυσαν, -ρυον, -ρύοντα*[i], *καυᾱ́ξαισ*[j], *αὐίαχοι*[k], *ταλαύρῑνοσ*[l], *εὔαδε*[m], *ἀπηύρων, -ρᾱσ, -ρᾱ, ἀπούρᾱσ, -ράμενοσ, ἀπουρήσουσι*, quae pro *ἀϝϝέρυσαν, ἀϝϝέρυον. ἀϝϝερύοντα*[n], *καϝϝᾱ́ξαισ*[o], *ἀϝίϝαχοι*[p], *ταλάϝρῑνοσ, ἔϝϝαδε*[q], *ἀπέϝρων, ἀπέϝρᾱσ, ἀπέϝρᾱ, ἀποϝρᾱ́σ, ἀποϝράμενοσ, ἀποϝρήσουσι*[r] sunt dictae[s], et vix est quod gravemur si quis traditas litteras *αὐέρυσαν* cet. mutari vetet; perexiguum enim inter sonos *αϝ, εϝ, οϝ* et *αυ, ευ, ου* fuit discrimen, et similem habuerunt originem soni *ευ* et *αυ* vocum *εὔκηλοσ*[t], *εὔληρα, Εὔρυτοσ, καλαύροπα, ταναύποδα.*

---

a Ubi in exemplaribus vetustis post hiatum scriptum est ˪*OI* vel ˪*E* (*οἱ, ἑ*), ex. gr. in Bacchylidis papyro primi ante Chr. saeculi, sonus *ϝ* non omnis est mortuus; nam signo spiritus asperi, ceteroquin in illo exemplari similibusve scribi non solito, indicatum est sonum quendam inter vocales finalem et initialem intercessisse. Hoc refert: sonus ille cuiusmodi fuerit minus refert. *b* *Γ* 172. *c* *I* 376. *d* *Ω* 733. *e* *ξ* 63. *f* *ο* 505. *g* H. Ven. 9 sq., pag. 80 *r*. *h* Hes. Theog. 332. *i* *Α* 459 al.; *αὖ ἔρυσαν* cet. dixisse poeta visus est posteris. *j* Hes. Oper. 666, 693, § 113. *k* *N* 41. *l* *E* 289 al., = *φέρασπισ* h. VII 2. *m* *Ξ* 340 al.; *εὖ ἅδε* posteri intellegebant. *n* Ex *ἀνϝέρυσαν, -ον, -οντα*, § 10 et 293. *o* E *κατϝᾱ́ξαισ*, § 10. *p* § 21. *q* Ex *ἔσϝαδε*, § 221[4]. *r* § 150[5]. *s* Inanis similitudo aoristi *ἐπαυρεῖν* § 149[49] et 285[2] effecit ut prisca signa *απευρ* in litteratura recentiore redderentur signis *απηυρ*. Ahrens Zschr. f. Alt.wissenschaft 1836, 801 sqq. (= kl. Schr. I 543 sqq.) et brevius Conjugation auf *μι* 1838, 23. *t* § 43.

Iusta tamen causa non est ob quam sonum ϝ stirpis (σ)ϝαδ vel ϝερυσ a sua syllaba abreptum cum vocali vicina sinamus coalescere, cum ipsum digamma aliis carminum epicorum locis scribamus. Unum ταλαύρῑνοσ servandum videtur, quia dictionis epicae non ϝρῑνόσ fuit sed ῥῑνόσ[a].

Etiamne in *mediis* vocibus sono ϝ usi fuerint poetae Iliadis et Odysseae, e versuum numeris non potest effici; sed neganda haec res videtur propterea quod initiale digamma diutius vixit quam internum[b], in Homeri autem lingua licet vixerit et viguerit, imminuta tamen utebatur dicione, complures enim stirpes carebant ea consona olim iis propria, ex. gr. ἑλεῖν, ὁράω, ὅρκοσ[c]. Quapropter infelicis audaciae forent ἄλϝοσ, ϝίσϝοσ, ξένϝοσ ex auctoritate titulorum Cypriorum[d], Cretensium[e], Corinthiorum[f] scripta, vel τίνϝω et ἄνϝομαι collatis τίνυμαι et ἀνύω, vel κόρϝη et κόρϝοσ propter Doricum κόρϝᾱ[g], vel ὄρϝοσ pro οὖροσ ad exemplum lapidum Corcyraeorum[h]. Ne εἴνατοσ in ἔνϝατοσ mutetur dehortatur forma gemella ἔνατοσ. Inter duas autem vocales ne sonus ϝ inseratur dissuadent nomina Ἄρεοσ[i], Πηλέοσ[j], similia, quae Homeri aetate ex Ἄρηοσ, Πηλῆοσ nasci non potuissent, si consona vau etiamtunc inter vocales η et ο esset audita; neque νῆϝασ scribi sinit brevior forma νέασ[k]. Plura huiuscemodi conferri possunt, nulla autem vox in carminibus epicis sonum ϝ internum postulat potestve postulare. Itaque ne iis quidem vocibus digamma inserendum est, quae admittunt, ex. gr.: κλέ(ϝ)οσ[l], Πατροκλέ(ϝ)εοσ[m], Δι(ϝ)όσ[n], Ποσειδά(ϝ)ων[o], Πηληϊάδα(ϝ)ο[p], γαιή(ϝ)οχοσ[q], αἰ(ϝ)εί[r], ῥο(ϝ)αί[s], Αἴ(ϝ)ασ[t], ἀ(ϝ)είδω[u], στονό(ϝ)εσσαν ἀ(ϝ)υτήν[v].

Sed etiam post *augmentum* vel post *reduplicationem* vel in verborum *compositione* signum ϝ omittere, id nimis profecto et absurde cauti foret. Nam qui dicebat ϝάγνυμι et ϝαγέν, eum etiam ἐϝάγνυν et ἐϝάγη et ϝέϝᾱγε dicere consentaneum fuit. Homerum ϝέργον et ϝεκών dixisse postquam docuit metrum, prudentis editoris non est voces ἀεργόσ et ἀέκων sono ϝ orbas sinere. Vocabula Homerica esse ϝῖφι et ϝάνασσα quoniam testantur numeri, utrumque digamma etiam post est servandum quam in unum

---

a Pag. 136. *b* Ex gr. in Gortyniorum lingua vetusta, initialis soni ϝ tenacissima, *poena* non ἀϝάτᾱ dicebatur, ut Spartae (Lacon. 4564) et alibi, sed ἄτᾱ, *punire* ἀτᾶσαι.

c Sic in tabulis Heracleensibus saeculo IV° exeunte insculptis, Dor. 4629, digamma initiale vocibus ϝέτοσ, ϝίκατι, ϝέξ, ϝίδιοσ est praemissum, ab ἕκαστοσ, ἐργάζομαι, ἴσοσ, οἰκία abest.

d Cypr. 60[9, 18, 21]. *e* Cret. 4974, 4982, 4991 X[53]. *f* Corinth. 3119 *d*, 3121, Corcyr. 3188, 3190, El. 1165. *g* Collitz. 373, IGA. 324. Quae *Thessalica* a multis dicta est inscriptio, sed cf. Dittenberger Syll.[2] 625. Item Boeot. 710 Κορβειδᾱσ (= Κορϝ.).

h Corcyr. 3192 et 3194. *i* § 73. *j* § 76. *k* § 75. *l* κλέϝοσ Phoc. 1537.

m -κλέϝησ Cypr. 36, 40, 64, 179. *n* Διϝόσ Corinth. 3119 *i*, Διϝί Arg. 3263, Διϝίθεμισ Cypr. 60. *o* Ποτειδάϝων Corinth. 3119. *p* -ᾱϝο Corcyr. 3188 al., § 55. *q* γαιάϝοχοσ Lacon. 4416. Qua inscriptione refutatur error ad ἔχειν vocem referentium, ex. gr. Q. Smyrn. II 298 γαιηόχου Ὠκεανοῖο. Vox ϝόχοσ *currus* apud Homerum soni ϝ vestigia nulla habet. *r* § 324[10]; αἰϝεί Cypr. 60 Phoc. 1537, καταιϝεί Locr. 1478. *s* ῥοϝαί Corcyr. 3189. *t* Αἴϝασ Corinth. 3122, 3128, 3133, 3142. *u* κωμαϝυδόσ, κιθαραϝυδόσ, ῥαψαϝυδόσ (= -αϝοιδόσ) Boeot. 503. *v* στονόϝεσσαν ἀϝυτάν Corinth. 3189.

nomen Ϝιφιϝάνασσαν haec concreverunt. Dictioni epicae cum δϝεινόσ et δϝεῖμοσ et δϝέοσ tribuuntur, simul ἔδϝεισε et δέδϝοικα et ἀδϝεήσ tribuantur oportet. Qui ϝόσ e σϝόσ natum dictionis epicae fuisse sensit, etiam disyllabam huius pronominis formam ἑϝόσ, quae σεϝόσ fuit primitus, signo ϝ haud cunctanter ornabit.

Praeterea dubitatum est an ϝρέζω et ϝρῖνόσ et similia pro ῥέζω vel ῥῖνόσ essent scribenda[a]. Sed ad digamma commendandum nihil valent verba: δὸσ δὲ ῥάκοσ ἀμφιβαλέσθαι vel: ἄλλοι δὲ ῥῖνοῖσι, quibus simile est quod habet trimeter comici Atheniensis: οὐκ ἔσθ' ὅπωσ ὁ χρησμὸσ εἰσ τοῦτό ῥέπει. In *thesi* autem multae vocales breves ante initialem sonum ρ *non* sunt productae[b]; itaque poetas epicos digamma initiale ante sonum ρ- non servasse apparet, sed ῥέζω et ἔ(ρ)ρεζον dixisse.

Si vero ϝρέζω et ϝρῖνόσ in priscis carminibus scribenda cuipiam videantur, quidni etiam ἐΰσροοσ scribat ille et 'σρέπεν ἦμαρ Ἀχαιῶν? quidni ἔσϝαδε, ἔσϝωθε, σϝεκυρόσ, σϝόσ? Quae genuinae probaeque aliquando in Graecia fuere verborum figurae. Sic vero longius longiusque a via trita digressus editor cavere vix poterit quominus haereat in locis tescis sentisque, floribus poeseos inimicis.

Tractanda superest quaestio quae a viris sagacibus mota mirationem facit, magis autem facit solutio quam illi proposuerunt, maxime vero ea solutio multis accepta. Docuit Hoffmann non nisi paucis locis textus traditi thesin expletam esse syllaba brevi ante vocem a sono ϝ olim exorsam collocata[c]. Utilis profecto observatio ad soni ϝ fata cognoscenda. Sed recentiores philologi quomodo ea sunt usi? In multa enchiridia iam recepta est haec lex: „in carminibus epicis digamma sufficit ad „explendos *hiatus* et ad syllabas finales in *arsi* producendas, non sufficit „ad producendas syllabas finales in *thesi* collocatas"[d]. Sic paralogismo haud recondito a specie rerum ad ipsas res factus est transitus. Expositum erat quid esset in textu tradito: credebatur expositum esse quid ars poetarum tulisset aut non tulisset; textu illo ita usi critici ut si nihil inesset possetve inesse quod non ipsis poetis deberetur, priscae artis legem metricam tenere se putabant dum lustrabant genera et causas vitiorum postmodo in carmina vetusta invectorum. Vero autem est dissimillimum quod illi statuerunt, consonam ϝ tum, cum satis valeret ad vocalem brevem in qualibet *arsi* sustentandam, quae *semivocalibus* solis in arte epica fuit vis[e], in *thesi* ne altera quidem consona adiuvante syllabam producere potuisse. Et nonnulli certe versus contrarium docent: τόξον (ϝ)οῖδα[f], (ϝ)οἶνον (ϝ)οινοχοεῦντεσ[g]. αὐτὰρ (Ϝ)ιφι-

---

[a] vChrist Proleg. Il. 165 sq. [b] Ex. gr.: ὅ τισ τοιαῦτά γε ῥέζοι, pag. 99 h. Ne tantum quidem Homero valebat ῥ- initiale quantum postea Atheniensibus, pag. 103 *d*. [c] Quaest. Hom. II 51. [d] Pag. 138 *a*, vHartel Hom. Stud. III 76 sqq., G.Meyer² 236, Kühner-Blass I 100, al. [e] § 26. [f] θ 215. [g] γ 472.

κλῆα[a], (ϝ)ειδόσ (ϝ') οὔ τι (ϝι)δών[b], Ἕκτορ (ϝ)εῖδοσ ἄριστε[c], ἐκ γάρ (ϝ)οι φρένασ[d], τοῖόν (ϝ)οι πῦρ 'δαῖεν[e] et saepius ante (ϝ)οι[f]. Huius autem pronominis sono ϝ in dativo singularem aliquam fuisse virtutem, qua cognatae formae ϝε, ϝε(ῖ)ο, ϝέθεν caruerint, id fidem superat, — et vel contrarium demonstrari potest ope artis statisticae, si satis haec ars videtur valere ad ea demonstranda quae non sint in rerum natura[g].

Ab analogiae autem parte legi isti nihil accedit praesidii. Soni ει et ου vocum ξεῖνοσ, κοῦροσ, κούρη ex ξενϝ- et κορϝ- natarum in Homeri lingua thesin nihilo rarius expleverunt quam arsin[h]: estne credibile harum vocum sonum ϝ liquido sono vicino absorptum plus viguisse ad brevem vocalem producendam quam digamma *initiale*, quod suo etiam iure utebatur? Quid autem de verbo δείδοικα sive δέδϝοικα statuendum, cuius syllaba prima nusquam non in thesi est?

Manifestum igitur est rei ab Hoffmanno indicatae aliam fuisse causam, inventu autem ea causa non est difficilis. Nam in *arsi* syllabae breves initiali sono ϝ vocis sequentis a poeta productae ne omisso quidem hoc sono aures posterorum magnopere laedebant, quoniam plurimis carminum epicorum locis arsis syllaba brevi est expleta, — certas quidem ob causas, sed locis plurimis[i]; in *thesi* vero cum non possent non displicere syllabae breves pro longis habitae, eiusmodi locis varia adhibita sunt remedia — ad emendanda quae videbantur vitia versuum qui in poetarum ore vitium non sonuissent. Voces ὃσ 'ϝείδει etiam postquam digamma obmutuit tolerabile versus initium — non efficiebant quidem, sed efficere videbantur[j], quae vero poeta cecinerat:

οὔτε θεῶν πρότεροσ τὸν ϝείσεται οὔτ' ἀνθρώπων[k]

a posterioris aevi hominibus recitata et scripta sunt τόν γ' εἴσεται, sive metri causa inserta est vocula γε, sive priscum signum *F* a librariis non agnitum in *Γ* abiit[l]. Metricam vero aliquam legem obstitisse quo-

---

a Hes. Clip. 54. Accusativus -ῆα non fuit artis vetustae, *initiale* igitur digamma post obmutuit quam vocales -ε(ϝ)ε- confluxerunt. *b* Hes. fr. 94[33]. *c* *P* 142, l. a. -ωρ. *d* *I* 377, l. a. εὐ. *e* *E* 7. *f* Viginti ex Iliade huiusmodi versus collegit Hoffmann l. l. 183 sq. *g* Nempe sonum ϝ in textu tradito *genitivus* εἷο, ἕο, ἕθεν et *accusativus* ἑ nusquam non poscunt vel admittunt, *dativus* οἱ locis septendecim amisit: *plus* igitur valebat digamma in accusativo et in genitivo quam in dativo? Vide quam absurdae res subductis numeris demonstrari possint! *h* Pag. 113 *u*. *i* § 19. *j* *A* 70. *k* *A* 548. *l* Multi huiusmodi errores in Hesychii lexico sunt commissi; sed ad rem magis facit error lapidarii eius qui anno 130 post Chr. Balbillae versiculos statuae Memnonis insculpens γε et γοι exaravit cum deberet ϝε et ϝοι, Aeol. 320. Quatuor saeculis ante in eundem errorem inciderat quadratarius is, qui in lapide Pamphylio 1267 ἄγεθλα scripsit pro ἄϝεθλα. Nempe quid facilius potuit accidere quam ut signum F vel Ⅎ vel ᚠ una lineola omissa in Γ abiret. Etiam particula *T'*(ε) e littera ϝ non agnita fieri poterat facillime; sic τείπην pro ϝείπην et similia sunt tradita in Sapphus Alcaeique carminibus, et in Theognidis codicibus optimis εὐΓεργεσίησ vs. 548, 574, μέ *Γ'* οἶνοσ vel μέ *T'* οἶνοσ vs. 413 scripta sunt pro εὐϝεργεσίησ et με ϝοῖνοσ. Fortasse etiam iota vocis οἰέτεασ *B* 765 servat vestigia prisci soni ϝ.

minus Homerus diceret *τὸν ϝείσεται*[a], neque textus traditus docet neque est credibile.

Idem cadit in versus sequentes:

τῶι μιν ἐεισάμενοσ et *-μένη* leg. *ϝεισάμενοσ* et *-μένη*[b].
ἄλλοσ μὲν γάρ τ' εἶδοσ leg. *γὰρ ϝεῖδοσ*[c].
κεῖται ἀνὴρ ὅν τ' ἶσον ἐτίομεν leg. *ὃν ϝῖσον*[d].
οὐ γάρ τ' οἶδ'(α) leg. *οὐ γὰρ ϝοῖδ'(α)*[e].
ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν leg. *οὐ γὰρ ϝίδμεν*[f].
ἡμεῖσ ἴδμεν et *ὑμεῖσ ἴστε* leg. *ἆμεσ ϝίδμεν, ὗμεσ ϝίστε*[g].
ἐφ' ἡμῖν ἦρα φέρουσι, ἡμῖν οἴκαδ'(ε), ἐφ' ἡμέασ οἰκία leg. *ἐφ' ἆμιν ϝῆρα, ἆμιν ϝοίκαδ'(ε), ἐφ' ἆμασ ϝοικία*[h].
οἳ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον leg. *οἳ μὲν ϝοῖνον*[i].
τῶν δ' ἄρα δεισάντων leg. *δὲ δϝεισάντων*[j].
παρέστασαν οἶνον ἄγουσαι leg. *παρέσταν ϝοῖνον*[k].
πτολιπόρθιον οἴκαδ' ἱκέσθαι leg. *πτολίπορθον ϝοίκαδ'*[l].
Αἰτώλιον Οἰνόμαόν τε leg. *Αἰτωλὸν Ϝοινόμαόν τε*[m]
οἵ τ' ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον οἰκί' ἔθεντο leg. *Τιτάρησσον ϝοικί'*[n].

Ergo neque imperitiae neque audaciae iusto maioris est huiusmodi locis digamma restituere. Non minus autem certa est correctio versuum plurimorum, ubi *hiatus* molestos explere prisci editores vel librarii sibi sunt visi; ex. gr.:

αὐτὰρ ὅ γ' ὃν φίλον υἱόν	leg. *ὃ ϝὸν*[o].
ἦι ῥ' ἴδε γυμνωθέντα	„ *ἆι 'ϝίδε*[p].
Διὸσ υἱεῖ ἑκηβόλωι	„ *υἷι ϝεκηβόλωι*[q].
ἀμφὶ δέ (τ') ἀΐσσονται	„ *ἀμφὶ δέ ϝ' ἀΐσσονται*[r].
τόν γ' ἐπέεσσι	„ *τόν γε ϝέπεσσι*[s]
ἀταρτηροῖσ' ἐπέεσσι	„ *-ροῖσι ϝέπεσσι*[t].
οὐνόματ' εἴποι	„ *οὔνομα ϝείποι*[u].
περὶ τέρμαθ' ἑλισσέμεν'	„ *π. τέρμα ϝελισσέμεν'*[v].
ἀμφὶσ ἕκαστον (!)	„ *ἀμφὶ ϝέκαστον*[w].
ἀσπαίροντ' ἐσιδοῦσα	„ *ἀσπαίροντα ϝιδοῦσα*[x].

---

a „Wie Hartel nachgewiesen hat, kann das Digamma höchstens noch eine Arsislänge, „keine Thesislänge mehr bewirken. Bentley und Bekker begingen also einen offenbaren „metrischen Verstoss, als sie *Α* 548 *οὔτε θεῶν πρότεροσ τὸν ϝείσεται οὔτ' ἀνθρώπων* schrieben" Ludwich Arist. II 283. Sic vitii metrici insimulatur artis metricae pater a criticis parum reputantibus „a non esse ad non posse non valere consequentiam". *b* Ex. gr. *Β* 795. Ubi papyrus Oxoniensis II[1] p. C. saeculi recte scriptum habet *εἰσαμένη*, Hibeensis vero papyrus quinque saeculis vetustior vitium quod videbatur non eo modo quo textus vulgatus sed *aliter* correctum habet inserta particula inutili: *ἄρ' εἰσαμένη*. *c* *θ* 169. Sic U[1]. *d* *Ε* 467. *e* *Ζ* 367. *f* *κ* 190 *ρ* 78. *g* *Θ* 329, 463 *Σ* 19 *η* 211. *h* *π* 375 *ο* 431 *π* 385. *i* *α* 110. Sic Y. *j* *μ* 203. *k* *Η* 467, pag. 97 *f*. *l* *ι* 530; *-πορθον* codd. multi. *m* *Ε* 706. *n* *Β* 751. *o* *Ζ* 474. *p* *Μ* 389. *q* *Χ* 302. *r* *δέ* pap. Morg., *δέ τ', τε, τ'* cett. *s* *Λ* 582 et similia passim. *t* *Λ* 223 et similia passim. *u* *Ρ* 260, ut *Γ* 235. *v* *Ψ* 309, ut vs. 323, 462. *w* *Λ* 634, 748, § 316[1]. *x* *θ* 526, l. a. *-ντα ἰδ*.

κακελεγχέεσ, εἶδοσ ἄριστοι	leg.	*κάκ' ἐλέγχεα, ϝεῖδοσ ἄ.*[a]
ἐν δ' ἄρ' ἑκάστηι·	„	*ἐν δὲ ϝεκάστηι*[b]
'βάλεν δ' ἐπὶ δέρμαθ' ἑκάστωι	„	*δέρμα ϝεκάστωι*[c]
κεχαροίατ' ἰδοῦσα (!)	„	*κεχάροιτο ϝιδοῦσα*[d]
ἐν δέ τ' ἄρ' οἶνον	„	*ἐν δέ τε ϝοῖνον*[e]
ἀπόπροθεν οἶκοσ ἐρύκοι	„	*ἀπόπροθι ϝοῖκοσ*[f]

Ante oculos legentium eiusmodi vitium nascitur in Odysseae verbis *ὥσ σε ἔοικε*[g], quae verba integra praebet codex P[h], in G vero legitur *ὡσ ἐέοικε*, simplex igitur sigma pro geminato scriptum est errore vulgatissimo, in F autem aliisque multis haec facta sunt *ὡσ ἐπέοικε*, et sic paradiorthosi deleta sunt soni *ϝ* vestigia. Pro vocibus genuinis (*ϝ*)*είπω τε* (*ϝ*)*έκαστα*[i] in optimo codice G scripta sunt *καὶ εἴπω ἕκαστα* ... nec iam salvis numeris signum *ϝ* potest addi. Verba *νῦν δὲ* (*ϝ*)*εκὰσ πόλιοσ*, quibus poeta Iliadis bis est usus[j], altero loco *νῦν δ' ἕκαθεν πόλιοσ* sunt facta in multis exemplaribus manu scriptis, altero in omnibus... excepto uno, quod ceteris est vetustius. Plura quae sunt huiusmodi cumulari non est opus.

Sanabiles ei quoque sunt versus in quibus ampliori genitivi termino *-οιο* substituto *-ου* locus fieri potest sono *ϝ*, ex. gr.:

ἀνδροφόνοιο Λυκούργου	leg.	*-φόνου Λυκοϝόργου*[k]
τοῖο δ' ἐπ' Ἰφιδάμαντι	„	*τοῦ δ' ἐπὶ Ϝιφ.*[l]
Χαρόποιο τ' ἄνακτοσ	„	*-που τε ϝάνακτοσ*[m]

Nam vetustior quidem fuit terminus disyllabus, sed tam creber hic fuit in carminibus epicis ut non potuerit non cuivis lectori in mentem venire ubi post breviorem terminum *-ου* numeris aliquid deesse videbatur; in *-ου* autem desinentes genitivi apud Homerum neque rari sunt neque suspecti.

Etiam verba *ἐθέληισ' εἰπόντοσ, ἴδωμ' ἅ τιν' ἔργα, ἤλυθ' ἰωή, ἤλυθον εἰκοστῶι* sine temeritate possunt mutari in: *ἐθέληι ϝειπόντοσ*[n], *ϝίδω τίνα ϝέργα*[o], *ἦλθε ϝιωή*[p], *ἦλθον ἐϝεικοστῶι*[q].

At non est cauti prudentisve critici, sono *ϝ* opitulari syllabam proximam violando; probanda igitur non sunt: *ἀπὸ ϝεῦ 'δϝεῖσε*[r], *ϝειδόσιν ὔμμι* (*ὖμι*) *ϝερέω*[s], *ἀλλὰ ϝερέω*[t], *φωνήσασα ϝέπεα*[u], *χέουσα ϝέπεα*[v], *τοσσαῦτα ϝέτεα*[w], *νοῦ ϝέργα*[x], *οὔτε ϝέπει*[y], similia, sed traditae voces (*ϝ*)*έο δεῖσε, ὔμμ' ἐρέω, ἀλλ' ἐρέω, φωνήσασ' ἔπεα, χέουσ' ἔπεα, τοσσαῦτ' ἔτεα, νόου ἔργα, οὔτ' ἔπεϊ* aut alia ratione corrigendae sunt, aut servandae ... non propterea

---

[a] *E* 787, l. a. *-γχεα*. [b] *Π* 169, l. a. *δέ*. [c] *δ* 440, l. a. *-μα*. [d] *γ* 438, l. a. *-ροιτο*, § 119. [e] *υ* 252, l. a. *τε*. [f] *ρ* 408, l. a. *-θι*. [g] *χ* 196.
[h] Codice P complures criticorum coniecturae postmodo confirmatae sunt. [i] *γ* 361.
[j] *E* 791 *N* 107. [k] *Z* 134. [l] *Λ* 261. [m] *B* 672. Aut *Χάροπόο τε ϝ.* (Brandreth), pag. 77 *a*. [n] *Z* 281. [o] *X* 450. [p] *K* 139. [q] *π* 206 al., ut *ἔλθοι ἐϝεικοστῶι ψ* 102, 170. [r] *N* 163. [s] *Ψ* 787. [t] *μ* 156.
[u] *O* 35 al. [v] *X* 81. [w] *B* 328. [x] *Ω* 354. [y] *E* 879.

quod ipse poeta videatur sic locutus esse, sed quod ipsa eius verba restitui nequeant. Tolerant talia qui sapiunt, sed tolerant inviti, neque fidem habent mendosa esse negantibus. Rara autem sunt, plurimi vero versus sonum ϝ poscunt vel admittunt[a].

Supervacaneae autem voculae, quibus soni ϝ vestigia passim sunt oblitterata, non ab uno homine neque una aliqua aetate insertae sunt cunctae, sed temere sensim irrepserunt, et exemplaria scripta quo sunt antiquiora, eo puriora solent esse ab eiusmodi additamentis[b]. Exempli gratia verba sequentia, quae Bentley, Dawes, Hoffmann, Cobet, alii pridem emendarunt, ad fidem exemplarium vetustissimorum nostra demum aetate repertorum edi iam possunt et debent:

ὃσ ϝέπεα pro *ὅσ ῥ' ἔπεα*[c].
τὴν δὲ ϝελιξάμενοσ pro *τὴν δ' ἐλελιξάμενοσ*[d].
ἣ δὲ ϝελισσομένη pro *ἥδε θ' ἑλισσομένη*[e].
ὅσσα ϝέϝοργασ pro *ὅσσα μ' ἔοργασ*[f].
διὰ ϝάστεοσ pro *ὑπὲρ ἄστεοσ*[g].
οἴσετε ϝάρνε pro *οἴσετε δ' ἄρνε*[h].
ὦκα δὲ Ϝῖρισ pro *ὠκέα δ' Ἶρισ*[i].
μάλιστα δ' ἐμοί, τοὶ Ϝιλίωι ἐγγεγάασι pro *ἐμοὶ δὲ μάλιστα, τοὶ Ἰλ. ἐγγ.*[j].
οὐδέ ϝοι ἦεν pro *οὐ γάρ οἱ ἦεν*[k].

§ 41. Quae a sono ϝ in Homeri lingua incipiebant voces, hae sunt:

ϝάγνῡμι[l], *ἀϝᾱγήσ*[m]. Soni ϝ vestigia cernuntur in verbo *καυᾱ́ξαισ*[n]. in Hesychii glossis *βάγοσ*, *βᾶξον*, *γακτόσ*[o], et ipsum ϝ superest in civitatis Cretensis nomine *Ϝάξοσ Axus*, si a stirpe *ϝᾰ́γ* hoc nomen est ductum[p]. Iliadis Odysseaeque locis cunctis potest restitui[q].

ϝανδάνω[r], *ϝεδανόσ*[s], *Εὐρυϝάδησ*, *Λαοϝάδησ*[t]. Soni ϝ ex σϝ nati vestigia servant aoristus *εὔαδε*[u] et Hesychii glossae *βάδομαι*, *βαδύ*, *γάδεται*, *γάδεσθαι*, *γανδάνειν*, *γαδεῖν*. In inscriptionibus leguntur *ἔϝαδε*[v], *ϝεϝαδηϙότα*[w], *Ϝάδων*[x],

---

[a] § 41. [b] Flach ältesten Hesiodhandschr. 17, 1 ostendit in Hesiodi Operum codice vetustissimo voculam *τε* multo rarius quam in recentioribus insertam esse ante voces quae in lingua epica a sono ϝ incipiebant. Idem docuerunt quae postea inventa sunt carminum Hesiodi fragmenta papyracea. [c] *B* 213. [d] *B* 316. [e] *Ψ* 846. [f] *Φ* 399. [g] *Ω* 320. [h] *Γ* 103. [i] *Ψ* 198. [j] *Z* 493. [k] Hes. Clip. 15. [l] § 154[1]. [m] Aliena hinc sunt *ἀκτή litus* § 135[20] et ignotae originis nomen *ἀκτή farina*. [n] Pag. 134 *j*. [o] Digamma ubi in litteram *beta* est mutatum, ex. gr. *Βορθαγόρᾱσ* Arg. 3260, *Βοιυέᾱσ* Lacon. 4589, *βοικίᾱρ* El. 1172, *ὄρβοσ* Corcyr. 3194, *Πύρβα* 3225, *διαβέτεοσ* Lacon. 4469 et multa apud lexicographos, sonum *w* in *v* abiisse apparet. Sed errantibus debetur *gamma* vocum *γάδεται*, *γακτόσ*, *γε*, *γοι*, *ἄγεθλα*, aliarum pro ϝ scriptum, pag. 137 *l*, nam in ore hominum nihil eiusmodi fuit unquam. [p] Sic Steph. Byz. s. v. [q] Litteram mobilem *-ν* hic et alibi neglegimus, pag. 129 *i*. Correctio levissima requiritur *Ψ* 392, *τ* 539 sequenda est l. a. [r] § 221[4]. [s] *Ξ* 172. [t] Codd. *Λειώδησ*. [u] Pag. 134 *m*. [v] Cret. 4982, 5010 sq., *ἔβαδε* Bull. de corr. hell. 1903, 219 sqq. [w] Locr. 1478. [x] Boeot. 553.

Ϝαδιούλογοσ[a], *Ϝασίᾱσ*[b], *Ϝάσανδροσ*[c], *Ϝασίδᾱμοσ*[d]. Addenda sunt latina *suadere* et *sua(d)vis*.

— **ϝήδομαι**[e], *ἀϝηδέω*[f], *ϝηδύσ* sive *ϝήδυμοσ*[g], *ϝηδυϝεπήσ*, *ϝηδύποτοσ*, *μελιϝηδήσ*[h].

— **ϝέδνα** sive *ἔϝεδνα*, *ἀνέϝεδνοσ*[i], *ἐϝεδνόομαι*[j], *ἐϝεδνωτήσ*[k].

Tantum non omnibus Iliadis et Odysseae locis sonus ϝ huic stirpi potest reddi[l]. A voce *ἦδοσ* vero abest[m].

ϝάλισ *confertim*. Paene omnibus locis sonum ϝ proferri sinit metrum[n]. Ductum videtur a stirpe *ϝελ*[o].

ϝαλώμεναι[p]. Signum ϝ extat in inscriptione Stymphalica: *ϝαλόντοισ* = *ἁλοῦσι*[q]. Praeterea eius vestigia servat Aeolicum *ευάλωκε*. Homeri loci omnes digamma admittunt[r].

ϝάναξ, *ϝάνασσα*, *ϝανάσσω*, *ϝανακτόριοσ*, *Ϝαστυϝάναξ*, *Ϝῖφι-*, *Ϝι-*, *Καλλιϝάνασσα*. In lapidibus passim leguntur *ϝάναξ*[s], *ϝάνασσα*, *ϝανάκειον*, alia[t], item *Εὐρυβάνασσα*[u] et *Βαναξιβούλου*[v]. Homeri autem versus longe plurimi consonam ϝ aut poscunt aut admittunt[w]. Pro *ἤνασσε* legendum est *ἐϝάνασσε*[x].

ϝαραιόσ. Incertae originis vox sonum ϝ cunctis carminum epicorum locis aut requirit aut admittit. Ipsius litterae vestigium fortasse servat nominis inde ducti *Ϝαραιθυρέη* lectio altera *Παραιθυρέη*[y].

ϝαρήν, *πολυϝάρην*[z] sive *πολύρρην* sive *πολύρρηνοσ*, *ὑπόρρηνοσ*[a]. Nominativus *ϝαρήν* legitur in lapide Gortynio[b]. Praeterea traditum extat

---

a Boeot. 557. *b* Ibid. 418. *c* Ibid. 476. *d* Thess. 371. *e* § 221⁴.

f α 134. *g* Integrum superest *ἥδυμοσ* h. Merc. (241? et) 449, in codicibus optimis etiam μ 311, alibi constanter fere exaratum est *νήδυμοσ*. Quae forma vitiosa fortasse ad imitationem alterius somni epitheti *νηγρέτου* est ficta, *(ϝ)ήδυμοσ* autem neque ab analogiae parte laborat, nam conferri possunt *καλόσ—κάλλιμοσ*, *ἄνθοσ—ἄνθεμον* et *ἄνθιμοσ*, *φαιδρόσ—φαίδιμοσ*, *εὐρύσ—(Εὔρυμοσ)*, *Εὐρυμίδησ*, neque caret testibus idoneis; nam in lapide Thess. 1470 leguntur: *Ἅδυμοσ Ἁδύμου Εὐοπλία Ἁδύμου*, item in Cymaeo BCH. XIII 561, 2, et congruunt verba Epicharmi: *καὶ λόγων ἀκούσασ ἡδύμων*, Alcmanis: *ἡδυμέστατον* (?, Etym. M. 420, 47 sq.), Simonidis: *οὗτοσ δέ τοι ἥδυμον ὕπνον ἔχων*, Antimachi: *ἐπεὶ ῥά οἱ ἥδυμοσ ἐλθών* (schol. *B* 2), Apoll. Rh. II 407: *οὐ κνέφασ ἥδυμοσ ὕπνοσ*. In recentissimis demum titulis scripta sunt *νήδυμοσ ὕπνοσ* Kaibel Epigr. 101, *Νήδυμοσ* 502, quod nomen proprium cum voce *νηδύσ* ibi perineptе confertur. Alii a *νη-* et *δύειν* vocem repetiverunt aliave sunt moliti. *h* Pro *θυμηδήσ* π 389 leg. *θυμηρήσ*. *i* *I* 146, 288 *N* 366, codd. *ἀνάεδνοσ*, pag. 93 *f*. *j* β 53. *k* *N* 382. *l* Levis correctio requiritur *H* 45, vitiis apertis laborant *Γ* 173 π 387. *m* *Α* 576 *Δ* 318 σ 404; non liquet Σ 80 ω 95. Ad stirpem verbi *ἄμεναι* § 192¹ sunt qui referant. *n* *P* 54 corruptus, Φ 236 *ἅλισ ἔσαν* recte l. a. *ἔσαν ἅλισ*. *o* Infra *ϝέλλω*. *p* § 150³¹. *q* Meister Dial. II 103.

r χ 230 pro *ἥλω* leg. *ἑάλω*, *E* 487 corruptus est. *s* Sonus ϝ vocis *ϝάναξ* etiam a priscis grammaticis commemoratus est, pag. 117 *a*. *t* Lacon., Argiv., Cret., Corinth., Phoc., Boeot., Arcad., Cypr., Metapont. *u* Lacon. *v* Cret. *w* Corrigi facile possunt *Α* 288 *B* 672 *H* 162 *I* 73 *O* 453 *Π* 371, 464, 507, 523 *Ψ* 49, 288, 517 ι 452 ρ 189 φ 56, 83; dubia correctio est *T* 124 *Υ* 67 *Ω* 449, 452 ξ 40, 395, 438 ω 30. Reicienda est l. a. *O* 639. *x* *K* 33 al., § 131. *y* *B* 571. *z* *B* 106. a E *-ϝρην* et *-ϝρηνοσ*, pag. 99. b Pag. 117 *a*.

digamma in nomine proprio *Fάρνων*[a] et nunc quoque auditur in vocibus Tzaconicis *vánne, vanjúlli.* Homero sonus ϝ huius stirpis ubique fere potest reddi[b], sed *ἀρνειόσ aries* sonum ϝ amisit[c].

ϝάστυ. ϝαστόσ, *Fαστύαλοσ, Fαστυϝάναξ, Fαστύνοοσ, Fαστύπυλοσ, Fαστυόχη* sive *-χεια*, ϝαστυβοώτησ. In inscriptionibus leguntur ϝαστόσ[d], ϝαστίᾱ[e], ϝαστυόχω[f], *Fάστων*[g], *Fαστίᾱσ*[h], ϝαστικᾶι[i], al., Homeri autem versus plus septuaginta sonum ϝ poscunt, plus quadraginta admittunt, vix ullus arcet[j]. Fortasse affines sunt voces *ἱστίη*[k], *Ἱστίαια, ἀνέστιοσ, ἐφέστιοσ.* sed sono ϝ hae carent, neque sollicitandae videntur litterae traditae[l].

ϝιϝάχω[m], ϝιϝαχή, ἀϝίϝαχοσ, ϝηχή, ϝηχήεισ, πολυϝηχήσ, ϝηχέω. Sonum ϝ testatur *αὐίαχοσ* scriptum pro *ἀϝίϝαχοσ*[n], ostendunt nomina quae in lapidibus leguntur *Fᾶχυσ*[o] et *Fᾶχοσ*[p]. In carminibus epicis pro *μεγάλ' ἴαχον, -χεν, ἐπὶ δ' ἴαχε, περὶ δ' ἴαχε, ἐπίαχον* leg. *μέγ' ἐϝίϝαχον, -χεν, ἐπὶ 'ϝίϝαχε, περὶ 'ϝίϝαχε, ἐϝίϝαχον*[q]. Pauci loci gravius sunt affecti[r], alienum autem videtur *δυσηχήσ*[s]. Adiectivi *ὑψηχέεσ* praeferenda est l. a. *ὑψαύχενεσ*[t].

ϝε sive ἑϝέ, cet., pronomen personale[u].

— **ϝόσ** sive ἑϝόσ, cet., pronomen possessivum[v].

In titulis extant ϝhε[w] sive ϝε[x], ϝ'(ε)[y], ϝοι[z], Aeolicos autem et Boeotios poetas sonum ϝ horum pronominum non neglexisse docuerunt grammatici[a] et testantur papyri. In gamma corruptum digamma exhibent Hesychii glossae *γοι, γίο, γῶι* et Balbillae versiculi[b]. In Homeri carminibus sonus ϝ vocibus ϝε, ϝεῖο, ϝέο, ϝέθεν nusquam non potest praemitti, necessarius autem ad numeros explendos est in voce ϝε locis 60, in voce ϝοι locis 640, in voce ϝόσ locis 45; praeterea admittitur in voce ϝε locis 15[c], in voce ϝοι locis 200, pauci autem versus sunt mutandi ut vocibus ϝοι et ϝόσ digamma constanter possit restitui[d].

---

a Boeot. 489. *b* *Γ* 103 verum praebet papyrus antiquissima, *Γ* 119 *δ* 85 *ι* 226 lenibus remediis possunt sanari, *X* 263 spurius videtur. *c* *B* 550 al. *d* Locr. 1479. *e* Cret. 4976. *f* Arcad. 1218. *g* Cret. 5114. *h* Boeot., *Βαστίᾱσ* Lacon. 4512. *i* Laris., Roberts Epigr. I 380. *j* Levis correctio necessaria est *Γ* 150 *O* 455, gravior *Δ* 733 *Σ* 274. Verum *Ω* 320 praebet papyrus vetusta, *γ* 260 reicienda est l. a. *k* In inscriptione Arcad. 1203 extat nominis proprii genitivus *Fιστίαυ.* *l* In VI saeculi inscriptione Naupactia Locr. 1478 *ϝέκαστοσ, αἰϝεί*, alia sono ϝ ornata sunt, *ἱστίᾱ* vero caret. Quam numquam a sono ϝ coepisse neque *Vestae* nomini cognatam esse demonstratum ivit Solmsen Unters. z. Laut- u. Verslehre 217, 1901. *m* § 229. *n* *N* 41, pag. 134 *k*. *o* Cor. 3139, Chalc. 5299. *p* Arcad. 1181 A. *q* *μεγάλα ϝάχον, -χεν, ἐπὶ δὲ ϝ., ἐπὶ ϝάχον* Schulze, poetis epicis aoristum *ἔϝαχον* tribuens. Cui coniecturae favet l. a. *B* 316, fortasse etiam Hes. Theog. 678 (pag. 72 *g*). *r* *B* 333, 394 *Δ* 125 *Υ* 62 *Ψ* 216. *s* Pag. 128 *p*. Si pro *πολέμοιο* et *θανάτοιο δυσηχέοσ* profertur *-ου δυσϝηχέοσ*, duriores fiunt numeri. *t* *E* 772 *Ψ* 27. *u* § 92 sq. *v* § 95. *w* Pamphyl. *x* Argiv., Cypr. *y* § 92. *z* Arcad. 1200, Cypr., Locr., Boeot. 719[7]. a Apoll. Pron. 136 *c*: Sapph. fr. 117 Alcm. 96 Corinn. 19. b Aeol. 320, pag. 137 *l*. c *Ξ* 162 leg. ἐϝ'(έ), non ϝε. d Lenibus remediis restitutum est ϝοι *B* 281 *Z* 289 *Δ* 339 *Π* 735 *Υ* 282 *Ψ* 865 *Ω* 53, 72 *ε* 234 *λ* 442 *ν* 430 (*ο* 101), ϝόσ sive ἑϝόσ *Z* 474 *Δ* 517 *M* 162 *Π* 522 *Ψ* 748 *α* 41 *η* 196 *ο* 93 *φ* 41 *ω* 56. Vulgata *N* 561 *ζ* 280 *ι* 360 *ο* 105 h. Ven. 10 non est corrupta, pag. 80, *α* 300 *γ* 198 pro *ὅσ οἱ* recte

Cognatum adiectivum ἴδιος, quod in lapidibus signo ϝ passim est ornatum[a], in Homeri carminibus non nisi duobus locis reperitur, ubi incertum addendumne sit ϝ necne[b]. Sed nominum *Ϝιάνειρα* et *Ϝιϝάνασσα*[c] pars prior videtur esse adiectivi (ϝ)*ίδιος* stirps.

ϝέαρ[d], *ϝεαρινός*[e]. Umbram litterae ϝ ostendunt Hesychii glossae *γέαρ*, *γίαρ*, *βηράνθεμον* et Varronis verba: „*ver*, quod Iones *βῆρ* dicunt''[f], ipsam autem litteram habet lapis Thespiensis: *Ϝειαρινώ*[g]. In Homero *ϝέαρ* scribi metrum ubique sinit, nusquam iubet; apud Hesiodum vero digamma et necessarium est[h]. Etiam *ϝεαρινός* scribi potest constanter, postquam praepositio locutionis *ὥρηι ἐν εἰαρινῆι*[i] deleta est ad exemplum locutionis *ὥρηι χειμερίηι*[j].

ϝέθειραι. Ignotae originis hanc vocem a sono ϝ coepisse multi carminum epicorum versus docent[k]. Unus nisi correctus non admittit[l].

ϝέθνος. Ne huius quidem vocis ostendi potest digamma, sed multis Homeri locis poscitur metro, ceterorum nullo non admittitur[m].

ϝείκοσι, *ϝεικοστός*, *ϝεικοσάκις* sive *ἐϝείκοσι*, *ἐϝεικοστός*, *ἐϝεικοσάκις*, *ἐϝεικοσίβοιος*, *ἐϝεικόσορος*, *δυωκαιϝεικοσίμετρος* et *-πηχυς*. Multi lapides digamma huius stirpis exhibent[n], Homeri versus pauci corrigendi[o].

ϝείκω *cedo*. Consonae initialis indicium habet Hesychii glossa *γῖξαι* pro *ϝεῖξαι* scripta vitio pervulgato. Ut apud Homerum ϝ ubique possit restitui, non nisi perpaucae correctiunculae sunt necessariae[p].

ϝεκάς[q], *ϝεκάθεν*, cum compositis *ϝεκάϝεργος*, *ϝεκηβόλος*, *ϝέκατος*, *ϝεκάτη*, *ϝεκατηβόλος*, *ϝεκατηβελέτης*, *ϝεκηβολίη*, *Ϝεκάβη*, *Ϝεκαμήδη*. Arte cognatum est *ϝέκαστος*. Digamma extat in nominibus *Ϝεκάβα*[r], *Fhεκαδάμοε*[s], *Ϝεκέδαμος*[t], nec non apud Marium Victorium in voce *ϝεκηβόλος*. pellucet autem in Hesychii glossa *βεικάς* sive *βεκάς*. In Iliade vel in Odyssea non nisi perpaucos versus ad huius stirpis sonum ϝ revocandum corrigi necesse est[u].

ϝέκαστος, *ϝεκάστοθι*, *ϝεκάτερθεν*. Stirpis adverbio *ϝεκάς* cognatae digamma extat in titulis[v], Homeri autem versibus multis flagitatur

---

l. a. *ὅ ϝοι*, ad quorum versuum exemplum correcti sunt *Z* 90 *γ* 308 *φ* 416. Maioris momenti correctiones non nisi *Α* 609 *Ε* 165, 338 *Θ* 535 *Δ* 403 (et vs. parall.) *Τ* 4 *δ* 4 *ν* 198 necessariae sunt; *Β* 665 leg. *οἱ* (artic.), non [ϝ]*οι*. *a* Locr. 1479, El. 1151, Heracl., Boeot. *b* *γ* 82 *ἤδ' ἰδίη* (leg. *ἢ ϝιδίη*?) et *ἢ ἴδιον* *δ* 314. *c* *Σ* 47. *d* § 70. *e* § 21. *f* Pag. 117 *a*. *g* Pag. 94 *e*. *h* Hes. Oper. 477. *i* *Β* 471 *Π* 643 *σ* 367 *χ* 301. *j* *ε* 485. *k* In Hesiodi carminibus sonum ϝ nusquam non poscit haec vox vel admittit. *l* *Τ* 382. *m* *Δ* 724 *ἐπέρρεον ἔθνεα* recte l. a. *-ρρεε(ν)*. *n* Lacon., Argiv., Cret., Boeot., Arcad., Heracl. *ϝίκατι*, Pamphyl. *φίκατι*. Accedunt Hesychii glossa *βείκατι* et latinum *viginti*. *o* *Ι* 379 *Δ* 25 *ε* 34 *π* 206, 249 *τ* 484 (l. a. *φ* 208 *ω* 322). Vitio manifesto laborat *Χ* 349. *p* *Α* 294 *Δ* 509 *Μ* 48 *μ* 117. *q* § 89. *r* Corinth. 3130. *s* Boeot. 876. *t* Thessal. 344. *u* Perexigua impedimenta sunt *Α* 21 *Ρ* 333 *Υ* 422 *Χ* 15, 302 *Ω* 747, maiora *Δ* 438 *Χ* 430 *Ω* 283 *η* 321.

v Locr. 1478, El. 1152, 1154, Boeot. 488, Gortyn. passim. Abest ϝ ab hac voce in tabulis Heracleensibus et in lapide Boeotio 489, qui in vocibus *ϝίκατι* et *ϝέτια* digamma scriptum exhibet. Quapropter Ahrens Kuhns Zschr. 1861, 59 sqq., 81 sqq. (= kl. Schr. I

metro, sed haud paucis non admittitur. Quorum complures probabiliter possunt corrigi[a], sed alii sine audacia nequeunt[b]; minus igitur firmus in dictione epica videtur fuisse huius adiectivi sonus ϝ[c].

ϝεκυρόσ, ϝεκυρή. His vocibus, quae a sonis σϝε- coeperunt primitus, sonus ϝ in carminibus epicis nusquam est molestus[d].

ϝεκών, ἀϝέκων[e], ϝέκητι, ἀϝέκητι, ἀϝεκαζόμενοσ[f], ϝέκηλοσ sive εὔκηλοσ, ἀϝεκήλιοσ[g]. Sonum ϝ in υ mutatum exhibet vox εὔκηλοσ[h] ex ἐϝ(ε)κηλοσ nata[i], ipsum autem signum extat in lapide: ϝεϙόντασ[j]. Praeterea agnoscitur digamma in Hesychii glossis βεικηλά, γέκαλον, γεκᾶσα. Homeri versus longe plurimi consonam ϝ addi sinunt[k].

ϝέλδομαι sive ἐϝέλδομαι[l] cum substantivo ἐϝέλδωρ[m].

— **ϝέλπω**, ϝέλπομαι sive ἐϝέλπομαι[n], ϝελπίσ, ϝελπωρή, Ϝελπήνωρ, ἀϝελπήσ, ἀνέϝελπτοσ[o], ἀϝελπτέω[p].

Signum soni ϝ, quem huic stirpi olim proprium fuisse testantur traditae quae ab ἐελ- incipiunt formae[q], extat in speculo Etrusco: Ϝελπαρυν (= Ϝελπήνωρ) et in stirpe latina *volup*, videtur autem latitare in Hesychii glossis μέλδειν et μελδόμενοσ[r]. Homero ut possit reddi, non nisi pauci versus sunt corrigendi[s].

ϝέλλω, ϝειλέω, ϝειλύω, ϝειλυφάω, ϝειλῡφάζω[t], ἀϝολλήσ[u], ἀϝολλίζω, ϝῑλαδόν, ϝιλλάσ, ϝόλμοσ, ϝολοοίτροχοσ, ϝουλαμόσ, ϝοῦλοσ *crispus*, ϝουλοκάρηνοσ, ϝίϝουλοσ. Sed abest ϝ a vocibus εἴλῡμα, εἶλαρ, εἰλίποσ, ἐλλεδανόσ, οὐλή sive οὐλοχύτη, ὅμῑλοσ, -λέω, -λαδόν.

— **ϝάλισ**[v].

— **ϝελίσσω**[w]. Sed ἕλιξ[x] sono ϝ caret. Fortasse etiam dubiae potestatis voces ϝέλιξ (βοῦσ), ἀμφιϝέλισσα, ϝελίκωψ, -ῶπισ et propria nomina Ϝελικάων, Ϝελίκη, Ϝελικώνιοσ ab hac stirpe sunt ducta.

Littera ϝ cernitur in lapidum vocibus κατ-αϝελμένων (= ἠθροισμένων)[y], ἐγϝηληθίωντι (= ἐκϝειληθῶσι)[z], Ϝελιξίων[a], ϝῑλαρχίοντεσ[b], agnoscitur

---

527 sqq.) negabat sonum ϝ huic stirpi proprium fuisse unquam; sed refutata est haec opinio inscriptionibus modo laudatis, quae postea innotuerunt. *a* *B* 719 *E* 470 (et vss. parall.) *I* 203 *Λ* 11 *Ξ* 151 *Υ* 153 *Ψ* (l. a. 55) 107 *Ω* 1 *β* 258 *μ* 130 *π* 313 *ρ* 70 *σ* 428 *τ* 463, 592 *χ* 57 *ω* 188, 339, 417. *b* *I* 180, 383 *K* 215, 388 *O* 189, 288, 505 *P* 252 *T* 302, 332 *Ψ* 370 *Ω* 273 *γ* 7 *η* 91 *ϑ* 259, 324, 392 *ι* 60, 65, 127 *λ* 542 *ξ* 128 *ο* 24, 377 *τ* 501. *c* Pag. 129. *d* Necessarius sonus ϝ est *Γ* 172, admittitur *X* 451 *Ω* 770. *e* Codd. passim ἀκ-, quae nusquam non solvi potest forma contracta.

f Addendum videtur subst. ϝεκατομβή, cui cum vocibus ἑκατόν et βοῦσ nihil commune esse docent vis et usus; primitus eratne ϝεκητ-ομπή sive *pabulum* (*donum*) *voluntarium*?

g *Σ* 77. *h* Pag. 134 *t*. *i* § 43. *j* Locr. 1478. *k* Vix ulla correctio requiritur *ρ* 478, lenis *Ψ* 434, 585 *ε* 100, maior *δ* 649 coll. l. a. *β* 133, remedium praesto non est *Θ* 512 *β* 311. *l* § 211[6]. *m* § 70. *n* § 211[6]. *o* Hes. Theog. 660, pag. 93 *f*. *p* *H* 310. *q* § 43. *r* A participio μελδόμενοσ *Φ* 363 aliena est vis quae apud Hesychium ei tribuitur. *s* *O* 701 corruptus non est, *Θ* 526 emendationem praebet l. a., etiam *E* 481 *O* 539 *Σ* 194 *X* 216 *ϑ* 315 *ι* 419 *ν* 380 *ψ* 6 *ω* 313 facillime corrigi possunt, soli *Υ* 186 *Φ* 583 *Ω* 491 negotia facessunt. *t* § 265.

u *Γ* 13 *E* 498 al. *v* Pag. 141. *w* § 238. *x* *Σ* 401 h. Ven. 87, 163.

y Gortyn. *z* Heracl. a Boeot. 485. b Boeot. 414, 424, 470, 716.

in Hesychii glossis βειλαρμόστᾱσ, βήλημα, ὕϊλη, γηλιώμενοι, γηλουμένουσ, γέλλαι, γελλίκη, γελλίξαι, γόλλαμοσ. Apud Homerum ut sonus ϝ possit revocari, voces vicinae non nisi in paucissimis versibus mutandae sunt[a]. Pro εἱλίσσετο leg. ἐϝελίσσετο[b]. Gravius vero aoristus et perfectum verbi ϝελίσσειν in textu tradito corrupta sunt. Extant quidem formae sincerae (ϝ)ελίξᾱσ[c], (ϝ)ελιξάμενοσ[d], (ϝ)ελίξεται[e], (ϝ)ελιχθέντων[f], sed pro ἐϝέλιξεν, ϝελιξάμενοσ, ᾽ϝεϝέλικτο, ἐϝελίχθη, -θεν, ϝελιχθέντεσ codices praebent verba vitiosa ἐλέλιξεν[g], ἐλελιξάμενοσ[h], ἐλέλικτο[i], ἐλελίχθη et -θεν[j], ἐλελιχθέντεσ[k], et in codice antiquissimo legitur inperfecti forma aeque vitiosa ἐλιλίσσετο[l]. Admirabili autem mentis acumine formas epicas restituit Dawes, quem secuti sunt Knight et Cobet. In hymno Cereris ferendus videtur error[m] Pindaro haud recentior[n], cuius originem ostendit Iliadis quidam versus, ubi id quod libri vetustissimi habuerunt *ΕΛΙΣΕΤΟ* sive εἰλίσσετο[o] apud Aelianum servatum est, in codicibus autem nonnullis ἑλίσσετο vel ἐλίσσετο est scriptum neglecto augmento et invitis versus numeris, in plerisque vero ἐλλίσσετο, non metro quidem invito sed contextu. Confusa videlicet a posteris sunt verba ϝελίσσειν sive *volvere* et ἐλελίζειν sive *eleleu clamare*[p]. Dubia est Dawesii correctio tribus Iliadis locis, ubi non *torquendi* sive *circumvertendi* verbum expectatur, sed *quassandi* vel *tremefaciendi*, quae notio a stirpe ϝελικ aliena fuit[q]. In simili sententia Homerus alibi dixit: ᾽πελεμίζετ᾽ Ὄλυμποσ[r]. Euripides tamen aliique videntur Iliadis l. l. legisse verbum ἐέλιξεν et imitando expressisse[s]. Producta verbi forma εἱλίσσειν ex ἐϝελίσσειν nata usi sunt Herodotus et poetae tragici[t], sed et brevior vulgarisque forma ἑλίσσειν (Att. ἑλίττειν) tragicis usitata fuit[u].

ϝέξ *sex*, ϝέκτοσ, ϝεξήκοντα, ϝεκκαιδεκάδωροσ, ϝεξῆμαρ, ϝεξ(α)ϝέτησ. Legitur ϝ in multis inscriptionibus[v], Homeri perpaucis versibus non admittitur[w].

ϝειπέμεναι[x], ϝέποσ, ϝεπεσβόλοσ, ϝεπεσβολίη, ἀρτιϝεπήσ et alia in -ϝεπήσ, ϝόψ, εὐρύϝοπα, Ἀντιϝόπη, ϝόσσα[y]. In inscriptionibus passim leguntur ϝέποσ

---

[a] Facilis est res Ψ 309, 320 (l. a. 846) υ 24, difficilior Ν 204 Σ 294, 401 μ 355. [b] Μ 49. [c] Ψ 466. [d] Μ 408, 467 Ν 204 Ρ 283. [e] Ρ 728. [f] Μ 74. [g] Λ 530 Θ 199 (?) Ρ 278 ι 314. [h] Β 316, ubi verum nunc praebet papyrus vetusta. [i] Λ 39 Ν 558. [j] Χ 448 ξ 306 Ζ 109. [k] Λ 588. [l] Nota o. [m] H. Cer. 183 ἐλελίζετο. [n] ἐλελίχθων Pind. Pyth. II 7 VI 50 Soph. Ant. 154, ἀστεροπὰν ἐλελίξαισ Nem. IX 46, ἐλελίζω Apoll. Rh. III 760 IV 143, 351. [o] Μ 49, ἐλιλίσσετο pap. Morgan. [p] Eur. Hel. 1111 Ar. Av. 213 Xen. Anab. I 8 § 18 al.; similia sunt ἀλαλάζω, ὀλολύζω. [q] Λ 530 Θ 199 Χ 448; sed μ 416 ξ 306 Dawesii emendationem tuetur versus ι 314 collatus. [r] Θ 443, item Hes. Theog. 458, 842. Et Θ 199 πελέμιξε revera scriptum est in papyro pervetusta. [s] Eur. Iph. Taur. 1270 Cic. Rep. I § 56 Verg. Aen. IV 269 Lucr. II 1096. [t] Aesch. Prom. 138 al., Eur. Troad. 116 al. [u] Soph. Ant. 231 Eur. Troad. 3 al. [v] Delph., Lacon., Cret., Heracl., Pamphyl. [w] Facilis est correctio γ 115, 415, molesti sunt Ψ 741 ω 497, spurius est ξ 20. [x] § 306³. [y] Ex ϝόπjα. Voces ϝόσσα et ϝόψ sonum ϝ multis locis admittunt, nusquam poscunt, non admittit ϝόψ Λ 137 Φ 98 ι 61. Alienum hinc est νήπιοσ sive νηπύτιοσ § 90, a stirpe verbi ἀπύειν ductum, Apoll. lex. s. v.

et *ϝεῖπαι*[a], praeterea Hesychii glossa *γῖπον* habet litterae ϝ figuram stulte corruptam. Homeri versus permulti digamma huius stirpis requirunt vel admittunt, haud paucis vero — quod mirum non est in vocibus saepissime[b] usurpatis — sonus ϝ addi nequit nisi mutatis vocibus vicinis. Quorum versuum plerique pusillam requirunt correctionem[c].

ϝείρω *dico*[d]. Signum ϝ legitur in lapidibus vetustis: *ϝεϝρε̄μένα*[e], *ϝρᾱτρᾱ*[f] sive *ϝρήτρᾱ*[g], *ϝρητᾱσ*[h], *ἐϝρητάσατυ* sive *εὐϝρητάσατυ* (= -σαντο)[i]. In *β* mutatum ostendit vox *βρήτωρ*, quam Aeolibus tribuit Priscianus, in *υ* autem Hesychii glossa *εὐείρω*. Etiam vox latina *verbum* sonum ϝ servavit. In Homeri carminibus ut digamma possit reddi stirpi plus centum locis usurpatae, tres versus sunt corrigendi[j].

ϝέργω sive *ἐϝέργω* sive *ϝέργνῡμι*[k], *Λυκόϝοργοσ*, *ϝερκίον*[l]. Sed sonum ϝ amiserunt *ἕργμαι*, *ἕρκοσ*[m], *ὅρκοσ*[n], *ὅρκιον*. Ostendi huius stirpis digamma hactenus non potuit, sed indicatur verbi forma ampliore *ἐέργω*[o] et latino verbo *urgendi*. In Homeri carminibus constanter potest restitui temporibus praesenti, imperfecto, aoristo[p].

ϝέρδω[q], *ϝερκτόσ*, *ϝέργον*, *ἀϝεργόσ*, *-γίη* aliaque composita in *-ϝεργόσ* et *-ϝεργίη*, *εὐϝεργήσ*, *εὐϝεργεσίη*, *ϝεργάζομαι*, *ϝεργασίη*. In lapidibus leguntur: *ϝέρξαι*[r], *κατεϝέρξοδυ* (= -ξοντο)[s], *ἔϝρεξα*[t], *ϝέργον*[u], *εὐϝεργεσίασ*[v], *ἐϝεργάσατο*[w], *ϝεργασίᾱ*[x], *ϝεργαλεῖα*[y]. Praeterea digamma agnoscitur in Hesychii glossis *γᾱβεργόρ* (= *γεωργόσ*) et *γέργανα*, nec non in voce *εὐγεργεσίη*, quam Theognidi tribuit codex optimus[z]. Homeri versus plurimi consonam ϝ admittunt, nonnulli post correctiones levissimas[a]; qui maiores parant molestias[b] admodum rari sunt si comparatur ingens copia versuum in quibus haec stirps est usurpata.

ϝέρρω, *-ϝρήσω*, *-έϝερσα*, *-έϝρᾱν*[c]. Soni ϝ testes sunt tituli Elei[d], et eius vestigia cernuntur in Hesychii glossis *βαρρεῖ*, *βέρρησ*, *βερρεύει*, *γέρρω*,

---

a Gortyn., El. 1149, Cypr. 60, 68. *b* Mille fere locis. *c* Fere octoginta: *ἐπέεσσι* *Α* 582 al. leg. *ϝέπεσσι*, *μιν ἔπεσσι* *δ* 484 al. leg. *ϝε ϝέπεσσι*, *ὄφρ᾽ εἴπω* *Η* 68 al. leg. *ὄφρ᾽ ἔσπω* § 149[93]; ceteri loci sunt *Α* 64, 230 *Β* 70, 213, 342 *Ζ* 281 *Η* 300, 375 *Ι* 688 *Μ* 317 *Ρ* 260 *Υ* 250 *α* 10, 91 *β* 331 *δ* 159, 682 *ζ* 275 *π* 469 *φ* 401 *χ* 350 *ψ* 77, 91. Gravius laborant *Α* 106, 555 *Ε* 683, 879 *Η* 108, 277 *Κ* 425 *Λ* 137, 791 *Τ* 75 *Φ* 98 *α* 37 *γ* 427 *δ* 28 *ε* 61 *ι* 279 *λ* 146, 297, 561 *ξ* 509 *π* 338 *ρ* 374 *ψ* 342 *ω* 161, *φωνήσασ᾽* vel *δακρυχέουσ᾽ ἔπεα πτ. πρ.* *Ο* 35, 89, 145 *β* 269 *ε* 117 *η* 236 *ϑ* 442, 460 *ν* 290 *ψ* 34 *Χ* 81. *d* § 306[2].

e Mycen. Eph. Arch. 1892, 67 sq.; etiamne *ϝήρων* Gortyn. 4987, 5013 et *ϝέρεν* El. 1153 huius verbi sunt formae? *f* El. 1149 al. *g* Ibid. 1163. *h* Cypr. 60.

i Ibid. *j* *Δ* 176 (manifeste corruptus) *Ψ* 787 *μ* 156. *k* § 230. *l* *σ* 102, sed *Ι* 476 sine ϝ. *m* Dubia res *Ε* 90. *n* Primitus a consona coepisse testatur compositum *ἐπίορκοσ*, quod et postea vixit. *o* Att. *εἵργω* sive *εἵργνῡμι*, § 43. *p* *Ρ* 571 post correctionem pusillam. *q* § 224[3]. *r* Gortyn. *s* Pamphyl. *t* Cypr. 71.

u Argiv. 3270, Syracus., colon. Ach., Boeot. passim, *ϝάργον* El. 1149. *v* Cypr. 71.

w Argiv. 1194. *x* Gortyn. *y* Ibid. *z* Pag. 137 *l*. a *Α* 395 *Β* 751 *Ι* 228, 374 *Μ* 412 *Χ* 347, 450 *Ψ* 671 *ε* 342 *ζ* 258 *η* 202 *ρ* 313 *χ* 318, 422, l. a. *Ι* 540 *Φ* 399 *Χ* 380. Pro *ἐώργει* leg. *ἐϝεϝόργει* *δ* 693 *ξ* 289 (codex G *ἐεώργει*), pro *εἰργάζετο* *γ* 435 leg. *'ϝεργάζετο*. b *Γ* 351 *Δ* 470 *Ζ* 289 *Κ* 503 *Λ* 703 *Ρ* 279 *Ω* 354 *α* 293 *ϑ* 490 *λ* 80, 474, 550 *ξ* 228, 344. c § 150[5]. d El. 1152 (et 1153?).

γερρητήρια. Homero potest restitui sine ulla vocum vicinarum correctione, in *υ* autem mutatus superest in syllabis *-ουρ-* et *-ηυρ-*[a].

ϝέρσα sive *ἐϝέρσα*, *ἐϝερσήεισ*[b]. Nullo non loco Iliadis vel Odysseae sonum *ϝ* admittit.

ϝερύω[c], *ϝερυσάρματεσ* (*ἵπποι*). Digamma in *β* mutatum extat in grammaticorum glossis *βρύτισ*, *βρύτηρ*, in *υ* mutatum in verbo epico *αὐέρυσαν*, *-ον*, *-οντα*[d]. Praeterea latitat in sono *εἰ-* aoristi *εἴρυ(σ)σα* et perfecti *εἰρύαται*, quae *ἔϝρυ(σ)σα*, *ϝεϝρύαται* sunt legenda[e]. Multi Homeri versus sonum *ϝ* poscunt vel admittunt, aliorum facilis est correctio[f], pauci molesti sunt[g].

ϝέννυμι[h], *ϝεῖμα*, *ἀϝείμων*[i], *κακοϝείμων*, *ϝεσθήσ*, *ϝέσθοσ*, *ϝεανόσ*, *ϝεᾱνόσ*[j]. Digamma cernitur in Dorica voce *ϝῆμα* sive *ϝήμᾱ*[k] et in latina *vestis*, nec non apparent eius vestigia in Hesychii glossis *βέστον*, *ὕεσισ*, *γέμματα*, *γῆμα*, *γεστά*, *γεστία*, *γεῖθρον*. Homeri locis multis sonus *ϝ* necessarius est, nonnullis vitia exigua sunt corrigenda[l], pauci gravius sunt corrupti[m]. Pro *ἕσσαντο* scribendum est *ἐϝέσαντο*[n].

ϝέσπερος, *ϝεσπέριοσ*. Littera *ϝ*, quam testantur glossa *φέσπερε*[o] et latina vox *vesper*, extat in lapide: *Λορρῶν τῶν ϝεσπαρίων*[p]. Cunctis carminum Homeri locis potest restitui.

ϝέτος, *ὀϝέτησ*[q] et alia composita in *-ϝέτησ*, *πεντεϝέτηροσ*. Sed *ἐπετήσιοσ* sine *ϝ*[r]. Superest soni *ϝ* signum in vocabulis *ϝέτεα*[s], *ϝικατιϝέτιεσ*[t] et in latino *vetus*; in *υ* mutatum ostendunt Hesychii glossae *αὐετήσ* et *ὑετήσ*[u], in *γ* corruptum glossae *γέτοσ* et *γέτορ*. Non nisi unus versus — isque spurius — digamma non admittit[v].

ϝέτης. Digamma legitur in lapide[w], nulli autem loco carminum Homeri non est aptum. Sed vocibus, quae ab eadem stirpe videntur esse ductae, *ἕταροσ*, *ἑτάρη*, *ἑταῖροσ*, *ἑταίρη*[x], *ἑτα(ι)ρίζω* sonus *ϝ* non fuit.

ϝῆθος[y], *ἀϝηθέω*[z]. Ut *ϝ* possit restitui, in duobus versibus gemellis necessaria est correctio perexigua[a]. Vox *ἠθεῖοσ* sono *ϝ* caruisse videtur[b]. In perfecto *εἴωθα* autem, quod *ἔσϝωθα* fuit primitus[c], digamma initiale non est quaerendum.

---

a Pag. 134 *r*, *s*. *b* Breviore substantivi forma *ϝέρση* poeta usus esse non videtur; trisyllabam etiam Pindarus Nem. III 135 al. et Theocritus II 107 usurparunt. Adiectivi forma amplior *ἐϝερσήεισ* legitur *Ω* 419, legenda est etiam *Ξ* 348 *Ω* 757. Alienum est *ἕρσαι* *ι* 222. *c* § 293. *d* Pag. 134 *i*, *n*. *e* E monosyllaba stirpe *ϝρυσ* praeterea nata sunt *ῥυστάζω*, al. *f* *Δ* 467, 492 *Ω* 16 *δ* 577 *κ* 403, 423 *λ* 2 *ρ* 479. *g* *Α* 141 *Ρ* 635, 713 *Ψ* 21 (spur.) *α* 441 *ϑ* 34 *ι* 77 *μ* 402 *π* 348 *τ* 481. *h* § 303. *i* Codd. *ἀνείμων*. *j* Pag. 58. *k* Gortyn. 4991 III[38] IV[40], 4992, 5000. *l* *Σ* 613 *ξ* 510 *ω* 67. *m* *Γ* 57 *Σ* 352 *Ψ* 254 *ζ* 83 *η* 259. *n* *Ξ* 383 *ω* 467, 500. *o* Et. Gud.

p Locr. 1478. *q* *Β* 765, codd. *οἰέτ*. *r* *η* 118 (spur.). *s* Gortyn., Lac., Locr., Boeot., El., Cypr., Selin., Pamphyl., Heracl. *t* Boeot. 418. *u* Id quod epicum *ὀϝέτησ*. *v* *Β* 328. *w* *ϝέτᾱσ* El. 1149 (= *ἰδιώτησ*, Thuc. V 79). *x* Pag. 114 *f*. *ij* § 218. *z* *Κ* 493. a *Ζ* 511 *Ο* 268. b *Ψ* 94 *ξ* 147, qui versus ad hanc rem dirimendam soli aliquid valent, *ϝ* addi non potest. c § 218.

[Adverbium ἧκα[a] a sono ϝ coepisse fuere qui efficere sibi viderentur e duobus versibus nihil eiusmodi probantibus[b]; unus digamma non admittit nisi correctus[c], ceteri neque poscunt neque recusant[d]. Quapropter sequendi videntur veteres cum adiectivo ἥσσων, ἥκιστα[e] coniungentes.]

ϝῆνοψ[f]. Ignotae originis et potestatis hoc adiectivum a sono ϝ coepisse docent numeri. Quapropter consentaneum est ut etiam propriis nominibus Ϝῆνοψ et Ἐὔϝηνόσ digamma tribuatur, numeris haud invitis.

ϝῆρα[g], ἐπιϝήρανοσ[h], ἐρίϝηροσ. Ita scribendum esse docet metrum, licet stirps aliunde non sit cognita. Nullus versus obstat.

ϝηρίον. Vox originis ignotae apud Homerum uno loco extat, ibi autem sonus ϝ necessarius est ad numeros explendos[i].

ϝῑ́σ, ϝίφιοσ, ϝῑνίον, Ϝῑφιϝάνασσα, Ϝῑφιδάμᾱσ, Ϝίφικλοσ, Ϝῑφικλεέειοσ, Ϝῑφιμέδεια, Ϝιφίνοοσ, Ϝῑφεύσ, Ϝῖφισ, Ϝίφιτοσ cum patronymicis Ϝῑφιτίων et -τίδησ[j]. Sonum ϝ inscriptiones ostendunt in nominibus propriis Ϝίφιτοσ[k] et Ϝῑφιάδᾱσ[l] et nomen latinum *vis*. Homeri versus nonnulli correctionem exiguam requirunt[m], maiores molestias pauci movent[n].

ϝῑ́εμαι *propero*, ϝίσομαι, ἐϝῑσάμην[o], ϝιότησ, ϝιωκή[p]. Sed ἰῶκα[q], ἰωχμόσ, παλίωξισ sono ϝ orbata sunt. Extat ϝ in patella duos pugiles (πύκτᾱ) exhibenti[r], quorum alteri φεύγει est adscriptum, alteri ϝιώκει sive *petit*[s], ad oculos demonstrans id quod mente dudum viderat Heyne[t]; ante quem hoc verbum cum verbis ἵημι et εἶμι confundebatur. Ut sonus ϝ possit restitui, paucissimi versus sunt corrigendi[u].

ἔϝιδον[v], ϝείδομαι sive ϝινδάλλομαι, ϝοῖδα, ἄϝιστοσ, ἀϝιστόω, Ἀϝίδησ sive Ἀϝιδωνεύσ, Πολύϝῑδοσ[w], ϝεῖδοσ, ϝείδωλον, ἐϋϝειδήσ et alia in -ϝειδήσ[x], Ϝειδοθέη, ϝίστωρ, ἐπιϝίστωρ, ϝίδρισ, ἄϝιδρισ, νῆϝισ, πολύϝιδρισ, ϝιδρείη, ἀϝιδρείη, πολυϝιδρείη, ϝιδμοσύνη[y]. Stirpis feracissimae sonus ϝ in multis lapidibus suo signo est indicatus: ϝειζώσ[z], ϝίστωρ[a], Ϝεῖδυσ[b], vel in β mutatus βίδυ(ι)οσ[c] sive βίδεοσ[d]. Βείδιπποσ[e], item in glossis βίδυοι sive βίδεοι[f], βιδῆν[g], in υ autem mutatum digamma superest in verbis Aeolicis εὔιδον

---

a § 320^8. *b* Ω 508 ρ 254, § 15. *c* σ 92. *d* Γ 155 Σ 596 Υ 440 Ψ 336 σ 94. *e* § 87. *f* Non nisi ϝήνοπι χαλκῶι, Π 408 Σ 349 κ 360. *g* Ξ 132 γ 164 π 375, ἐπὶ ϝῆρα φέρειν Α 572, 578 σ 56. *h* τ 343. *i* Ψ 126. *j* Alienum est ἴφθῑμοσ, cui sonus ϝ in lingua epica praemissus non fuit. *k* Corinth. 3133.

l Boeot. 488. *m* Β 518 Δ 287 Ε 606 Λ 261 Μ 367 λ 284. *n* Β 720 Ζ 478 Ρ 739 Φ 356 λ 305. *o* § 201, codd. ἵεμαι, εἴσομαι, ἐεισάμην. *p* Etiamne ϝιωή (infra) ab hac stirpe est ductum? Vis dissimilis. *q* Acc. metaplastus Λ 601, § 83^4. *r* Corinth. 3153. *s* ϝῑώκω: ϝίεμαι = δῑώκω: Hom. δίεμαι § 199, Schulze Quaest. Ep. 470.

t Il. VI 321, 1802. Heynium secuti sunt Ahrens Conj. auf μι 24, 1838, Brandreth in Il. ed. 1841, L. Meyer Bezzenb. Beitr. I 301 sqq. *u* Ν 90 Ρ 285 Σ 501 β 327 (l. a. ξ 142 et ο 213). *v* § 212. *w* Alienum est ἀΐδηλοσ Β 455. *x* Sed λυσσώ(ι)δησ Ν 53, χαματώ(ι)δησ Hes. Oper. 664. *y* Hes. Theog. 377. *z* El. 1152 (= ϝειδώσ).

a Boeot. 429, 430, al. b Epir. 1346. c Messen. n15, Lacon. 4440, 4577.

d Lacon. 4469. e Lacon. 4445. f Hesych., Att. ἴδυοι (ἰδυῖοι), = Homericum ϝίστορεσ. g Et. Gud.

et *αὐιδέτου*, agnoscitur denique in Hesychii glossis corruptis *γοῖδα, γοίδημι, γισάμεναι* et in linguarum affinium verbis *videre*, *weten*, aliis. Carminum epicorum versus plurimi digamma huius stirpis poscunt vel admittunt; sed nonnullis locis — neque mirum hoc in stirpe feracissima — requiritur correctiuncula ut ϝ possit restitui[a], compluribus autem sine maioris momenti mutatione fieri id nequit[b].

ϝῖδρώω[c], *ϝῖδρώσ*[d], *ἀϝιδρωτί, ϝιδίω*. Sonus ϝ verbi *ϝιδρώω* uno loco metro necessarius est[e], aliis locis addi potest, nonnullis non potest[f]. Etiam nomen *ϝιδρώσ* sonum ϝ multis locis amisit[g].

ϝίσκω sive *ϝεϝίσκω, ϝέϝοικα*[h], *ϝ(ε)ίκελοσ, ἐπιϝείκελοσ, θεοϝείκελοσ, μετοϝεικήσ, ἐπιϝεικήσ, ἀϝεικήσ, ἀϝικῶσ, ἀϝεικείη, ἀϝεικέλιοσ*[i], *ἀϝεικίζω*. Legitur digamma in inscriptione: *ϝεικόνα*[j]. In Homeri carminibus pro *ἠϊσκ-* et *ἤϊκτο* legenda sunt *ἐϝεϝισκ-*[k] et *ἐϝέϝικτο*[l]. Verbum compositum *ἐπέοικε*[m], *ἐπεῴκει*[n] in locos nonnullos irrepsit, ubi simplice verbo *ϝέϝοικε, ἐϝεϝοίκει* usus fuerat poeta. Leves molestias digamma neglectum praeterea parat aliquot locis[o], graviores perpaucis[p].

Ϝικάριοσ. Multis versibus digamma metro poscitur[q], uno non admittitur[r].

Ϝῖλοσ, *Ϝίλιοσ, Ϝιλιονεύσ, Κακοϝίλιοσ*. Ostendi horum nominum digamma[s] nequit, sed in Homeri carminibus passim est necessarium; nonnullis locis exiguae correctiones requiruntur[t], paucis maiores[u].

ϝίον, *ϝιόεισ, ϝιοδνεφήσ, ϝιοϝειδήσ*. Digamma agnoscitur in Hesychii glossa *γία* et in voce latina *viola*. Homeri carmina sonum ϝ nusquam poscunt, sed admittunt ubique.

Ϝῖρισ, *Ϝίρισ, Ἄϝιρισ*. Soni *w* in *v* mutati signum servat arae Laconicae inscriptio *Βίριδοσ*[v]. In Homeri carminibus ut ϝ possit restitui, pauci versus sunt corrigendi[w], unus molestus est[x].

---

a *Α* 518 *Δ* 374 (item *η* 322), 516 *Ε* 451 *Ζ* 367 *Θ* 559 *Λ* 112, 792 (= *Ο* 403 *Π* 860 *β* 332 *γ* 216) *Μ* 389 *Ο* 155 *Σ* 185 *Τ* 421 *Υ* 224 *Χ* 61, 407, 450 *Ω* 337 *β* 40 *δ* 475 (= *ε* 41, 114 *ζ* 314 *η* 76 *ι* 532), 556 *ε* 486 (l. a. *ζ* 160) *θ* 169 (l. a. 526) *ι* 143 *κ* 190 (= *ρ* 78) *λ* 124 (= *ψ* 271), 213 *π* 246 *σ* 375 (l. a. 379 *φ* 110 *ψ* 94) *ω* 101 (l. a. 504, 506). Correctiones non dicimus *ἔϝιδ'* pro *ἴδεν* scriptum *Β* 82 *Δ* 166 *Ε* 565 *Ξ* 294, *τε ϝιδεῖν* pro *τ' ἰδέειν* *Θ* 453 *θ* 410, § 126. *b* *Α* 203 *Β* 269 *Γ* 224 (spur.), 453 *Δ* 232, 240, 508 *Ζ* 151 *Η* 21 *Θ* 406 (= 420 *ι* 348 *π* 236 *χ* 234) *Μ* 333 *Ξ* 472 *Π* 232 *Τ* 292 (spur.) *Υ* 214 *Ω* 307 *β* 152 *γ* 233 (l. a. 372) *ε* 209, 220 *ζ* 311 *η* 234 *θ* 146 (spur.), 466 *ι* 182 *κ* 44, 194 *λ* 162, 522 *ν* 215 *ρ* 327, 573 (spur.) *τ* 283, 567 *φ* 122, 228 *ψ* 29 *ω* 491. Sono ϝ caret *εἰδάλιμοσ* *ω* 279. *c* § 190. *d* § 77. *e* *Δ* 27. *f* *Θ* 543 *Λ* 119 *Σ* 372 *δ* 39. *g* Pag. 129 *h*. *h* § 242[2]. *i* Ad *ϝέκηλοσ* referendum est *ἀϝεκήλιοσ* *Σ* 77. *j* Cypr. 76. *k* *Φ* 332 *δ* 247. *l* *Ψ* 107 *δ* 796 *ν* 288 *π* 157 *υ* 31. *m* *Α* 126 al. *n* *ω* 295. *o* *Β* 233 *Γ* 286, 459 *Δ* 286 *Σ* 418 *Υ* 371 sq. *Φ* 379 *ζ* 60 *λ* 363 *π* 290 *ρ* 511 *τ* 9. *p* *Τ* 282 *Ψ* 66, 649 (spur.) *ε* 337 (spur.) *θ* 146 (spur.) *ι* 321 *λ* 207. *q* Pag. 83 *a*. *r* *δ* 797. *s* Pag. 65 *g*. *t* *Δ* 166 *Ν* 349 *Ρ* 145 *Φ* 81, 156 *Ω* 67. Prisco more *ἐκ πλήρουσ* (§ 13) scripta sunt *ἡγήσασθαι ἐσ Ἴλιον* *ξ* 238 et *Ἀτρεΐδῃσι(ν) ἐσ Ἴλιον* *ρ* 104, verum *Ζ* 498 *θ* 578 praebet l. a., alienus videtur *Φ* 558, neque *Ἴλου* nomen *α* 259 huc est trahendum. *u* *Ε* 204 *Ζ* 386 *Η* 345 *Σ* 270 *Φ* 128. *v* Pausan. III 19 § 4. Sensit Heyne. *w* *Ε* 353, 365 *σ* 38, 56, 233. In versu *Ψ* 198 verum praebet papyrus pervetusta. *x* *Λ* 27 *ἴρισσι* plur.

ϝῖσοσ[a] sive ἔϝισοσ[b], *Ϝίσανδροσ*, ϝισόθεοσ, ϝισόμοροσ, ϝισόπεδον, ϝισοφόροσ, ϝισόω, ϝισάζω, ϝισάσκω, ϝισοφαρίζω. Digamma in multis inscriptionibus legitur: ϝίσϝοσ et ϝισϝόμοιροσ[c], ϝείσησ[d], ϝισο- saepius[e], et agnoscitur in Hesychii glossa γίσγον ἴσον. Homeri versibus multis convenit, nonnullis leni mutatione potest restitui[f], paucorum correctio dubia est[g]. Ubi verbum ἰσοφαρίζειν sono ϝ caret[h], legendum videtur ἀντιφερίζειν, quae l. a. alibi extat[i].

ϝίτυσ, ϝιτέη. Digamma agnoscitur in Hesychii glossa γιτέα, cernitur in vocibus latinis *vimen*, *vitis*, *vitex*, commemoratum est a Terentiano. Epicorum carminum locis cunctis sonum ϝ proferri sinunt numeri[j].

ϝιωή *flatus* vel *susurrus*[k]. Homeri versus tres digamma poscunt, ceteri duo admittunt leviter mutati[l].

ϝοῖκοσ, ϝοικίον, ϝοικεύσ, ϝοικέω, ϝοικίζω[m], (ϝ)οικωφελίη[n]. Digamma ostendunt ϝοικεύσ cum fem. ϝοίκηα[o], ϝοικία[p], ϝοῖκοσ, Ὀνᾱσίϝοικοσ, Στᾱσίϝοικοσ[q], ϝοικηταῖσ, ϝοικιᾱτᾱν, ἐπίϝοιϙοσ, ϝοικέοντοσ, ϝοικέταισ, μεταϝοικέοι[r], πεδάϝοικοι[s], ϝῡκίᾱσ, ϝῡκέτᾱσ, ϝεϝῡκονομειόντων[t], *Ϝοικύπολισ*[u] et in *υ* mutatum βοικίᾱρ[v]. Voci ϝοῖκοσ in vetusta dictione proprium fuisse sciebat Dionysius Hal.[w], Homeri autem versibus multis necessarium est, sed compluribus leni manu adaptari nequit[x]. Pro ᾤκεον, ᾤκει, ᾠκήθην scribenda sunt ’ϝοίκεον, -κει, -κήθην.

ϝοῖνοσ, ϝοινόω, ϝοινίζω, ϝοινοβαρήσ, ϝοινοβαρείων[y], ϝοινόπεδοσ, ϝοινοπληθήσ, ϝοινοποτάζω, ϝοινοποτήρ, ϝοινοχόοσ, ϝοινοχοεύω sive -χοέω, *Ϝοινεύσ*, *Ϝοινόμαοσ*, ϝοῖνοψ. Cernitur digamma in lapidibus: ϝοίνω[z], *Ϝοινίᾱσ*, *Ϝοίνων*[a], et in β mutatum: *Βοῖνοψ*[b], *Βοινέ*[ᾱσ][c]. In γ corruptum exhibent Hesychii glossae γοῖνοσ, γοίνακεσ, γοινάρυτισ, γοινέεσ[d]. Homeri loci plurimi sonum ϝ flagitant, alibi correctiunculae necessariae sunt[e], paucis locis maiores[f].

---

a Pag. 113 *p*. *b* Cognatum adiectivo (ϝ)ῖσοσ esse femininum ἐΐσην, -σησ, -σαι, -σᾱσ (masculinum ἔϊσοσ non extat) negavit Ahrens Zschr. f. d. Alterthumsw. 1836 (= kl. Schr. I 557 sqq.), adiectivum ἐΐσσαν interpretatus *aptam, decentem* et a stirpe ϝ(ε)ικ (ἔοικα) repetens. Cui opinioni parum favent verba σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐϝίσασ *B* 765. *c* Cret. pag. 135 *e*. *d* Cypr. 68 me·po·te·ve·i·se·se sive μή ποτε ϝείσησ in fine hexametri. *e* Boeot., El. 1153. *f* *E* 467 *I* 142 l. a. *Λ* 101 *Ψ* 736 *λ* 484 *σ* 373. *g* *Λ* 705 *β* 203 *ι* 42, 549. *h* *Z* 101 *Φ* 194 Hes. Oper. 490. Metro ϝισοφαρίζειν congruit *I* 390. *i* *Φ* 357, 411; ἀντιφερίζειν praeterea legitur *Φ* 488. Contrarius error est Hes. Theog. 609. *j* *Φ* 350 lectio sincera non nisi in parte codicum servata est. *k* A stirpe verbi ϝίεμαι? *l* ἦλθε ϝιωή pro ἤλυθ' ἰωή *K* 139 *ρ* 261. *m* *μ* 135. *n* *ξ* 223. *o* Cret. *p* Cret., Boeot., Croton. 1639. *q* Cypr. *r* Locr. 1478 sq. *s* Argiv. 3265 (= μέτοικοι). *t* Boeot. *u* Pamphyl. 1267. *v* El. 1172. *w* Pag. 117 *a*. *x* Perexigua sufficit mutatio *H* 364, 391 *β* 154 *δ* 596, l. a. verum praebet *ι* 530 *ν* 125 *ο* 436 *π* 463 *ρ* 408 *υ* 232; etiam *η* 326 *μ* 135 *φ* 211 *χ* 35 *ω* 208 probabiliter possunt corrigi, sed dubia est correctio *Λ* 19 *B* 750 *Ω* 572 *β* 52 *κ* 35 *ν* 42, 121, 305 *ξ* 223, 318 *ο* 21, 66 *π* 70, 303 *ρ* 84 *σ* 419 *ψ* 8. *y* § 286[10]. *z* Cypr. 73, genitivus. a Boeot. 791. b Cret. 5075[59]. c Lacon. 4589. d In Armenia, vitis patria, vinum dictum est *gini*; sed Hesychii glossae gamma suum debent errori vulgatissimo, pag. 137 *l*. e *E* 706 *H* 467 *β* 379 *γ* 40 *ζ* 77 *ι* 454 *ο* 334, 507 *σ* 396, 418 *τ* 122 *υ* 260 *φ* 142, 263. Verum praebet l. a. *H* 472 *α* 110 *γ* 472 *λ* 61. f *B* 641 *E* 813 *I* 224 *K* 497 *Σ* 545 *γ* 46, 51.

ϝόλξ. Digamma latitat in Hesychii glossa ἰῶλκα vel ἰόλκα[a]. Voci apud Homerum duobus locis inventae[b] sonum ϝ utrobique vindicant numeri, licet stirps verbi ἕλκειν, unde ducta est, ceteroquin apud Homerum illo sono careat. Nempe *sulci* nomen vetustam stirpis figuram — ut solent artis nomina — diutius servavit quam verbum vulgare.

[Particulam ὣσ postpositivam a sono ϝ coepisse sumebat Bentley[c]].

§ 42. Stirpium sequentium non *initialis* sonus fuit ϝ, sed initiali sono δ *subiunctus*:

δεδϝια sive δέδϝοικα[d], δϝείσομαι, ἔδϝιον sive ἔδϝεισα, δεδϝίσσομαι, δϝέοσ, Δϝεῖμοσ, δϝεῖμα[e], δϝεινόσ, δϝειλόσ[f], Δϝεισήνωρ, ἀδϝεήσ, θεοδϝήσ. Sonum ϝ huius stirpis cum dudum agnovissent critici, ipsum signum repertum est in inscriptione: Δϝεινία τόδε [σᾶμα], τὸν ὤλεσε πόντοσ ἀναι[δήσ][g]. Praeterea latet in Hesychii glossa: δεδροικώσ, δεδοικώσ[h]. Apud Homerum ϝ tantum non omnibus locis potest restitui[i]. Textus traditus praebet formas δείδια, δείδοικα, ἔδδεισα[j], δειδίσσομαι, ἀδδεήσ, θεουδήσ[k].

δεδϝίσκομαι, δέδϝεγμαι[l]. Tradita sunt δειδίσκομαι et δείδεγμαι[m].

δϝήν, δϝηθά, δϝηρόσ[n], δϝηναιόσ. Sed in verbo δηθύνω soni ϝ vestigium nullum, et a voce δϝηρόσ digamma compluribus locis abest[o].

δϝίζω *ambigo*[p]. Verbum a stirpe nominis numeralis δύω ductum[q].

§ 43. Nonnulla nomina et verba in carminibus epicis modo a sonis ἐϝε-, modo a sonis ϝε- incipiebant[r]: ἔϝεδνα[s], ἐϝείκοσι, ἐϝεικοστόσ, ἐϝεικοσάκισ[t], ἐϝέλδομαι, ἐϝέλπομαι, ἐϝέργω, ἐϝέρση, ἐϝερσήεισ[u], ἐϝέλσαι[v].

Eiusdem conformationis sunt adiectivi ϝέκηλοσ forma altera εὔκηλοσ[w], verbi ϝερύω aoristus εἰρύσσασθαι[x], adiectivum ἔϝισοσ sive ϝίσοσ[y]. Alia stirpis biformis σ(ε)ϝ- fuit ratio: ἐϝέ, ἐϝέο, ἐϝοί[z], ἐϝόσ[a] sive ϝε. ϝέο, ϝοι, ϝόσ.

Similis fuit origo verborum posthomericorum εἴργειν et εἱλίσσειν ex ἐϝέργειν et ἐϝελίσσειν natorum[b].

Etiam κεῖνοσ—ἐκεῖνοσ et θέλω—ἐθέλω sonum ἐ- habuerunt mobilem, sed Homerus non nisi formis κεῖνοσ[c] et ἐθέλω[d] est usus.

---

a Schulze Quaest. Ep. 78. *b* *N* 707 σ 375, codd. ὦλκα. *c* § 101. *d* § 168. *e* δειδήμονεσ *Γ* 56 leg. αἰδήμονεσ. *f* Att. δειλαῖοσ. *g* Corinth. 3114, anno 1874. *h* Havet, G. Meyer[2] 235. *i* Adiectivum δϝειλόσ *N* 278 (spur.) sonum ϝ amisit simulque deflexit a significatione epica. Vitio debetur ἀδειήσ *H* 117 (⏑–– pro –⏑–), levis correctio requiritur *Θ* 133 β 66 μ 203, dubia est emendatio *N* 163 *O* 626 *Ω* 663. *j* Aristarchus scribebat ἔδεισα. *k* Recentioribus vox epica θεουδήσ sive θεο-δϝήσ ex θεο-ειδήσ contracta esse videbatur, *divinum* igitur significare. Ex. gr. Quinto Smyrnaeo I 65, 191. *l* § 134[3]. *m* Sed ο 150 δεδισκόμενοσ sine ϝ. *n* § 324[9]. *o* *B* 435 *E* 885, 895 *P* 41 *Φ* 391 β 285 θ 150. *p* *Π* 713 et in oraculo Herodot. I 65. *q* Vocum δ(ϝ)ώδεκα, δ(ϝ)οιώ, cet. sonus ϝ ante poetae aetatem obmutuit, § 91. *r* § 41. *s* Cunctis locis ἐϝ- proferri sinunt versuum numeri. *t* Item. *u* Item, pag. 147 *b*. *v* *Φ* 295. Aliter ordinatis verbis forma insolita potest vitari. *w* Ex ἐϝ(ε)κηλοσ, pag. 134 *t*. *x* § 293. *y* § 41. *z* § 93. a § 95. b § 41 s. v. ϝέργω et ϝελίσσω. c § 9 et 97. d Novicia sunt θέλε *A* 277, θέλησθα l. a. *A* 554, θέλοιεν l. a. ο 317, θέλοι h. Ap. 46 (pag. 128 *n*).

IV. De sono σ initiali.

§ 44. Nonnullarum stirpium sigma initiale ante Homeri aetatem extinctum vestigia quaedam in poesi epica reliquit:

σαλ in vocibus *ὑπεὶρ ἅλα*[a] et *εἰν ἁλί*[b], quae melius — si mos in rebus orthographicis nunc obtinens fieri id sineret — scriberentur *ὑπειράλα* et *εἰναλί* vel potius *ὑπερράλα* et *ἐνναλί*, ad exemplum verbi *ἐννέπω* ex *ἐν-σέπω* nati[c]; artissime enim cum nomine coaluit praepositio, ut in adiectivo *εἰνάλιοσ*[d]. Praeterea hiatus internus adiectivorum *ἀγχίαλοσ* et *ἀμφίαλοσ* servat memoriam soni intermortui[e].

σα in locutione *μῆτιν ἀτάλαντοσ*[f], nisi syllaba *-τιν* primitus longa fuit[g] aut sola vi arseos in hac locutione est sustentata[h]; nam utravis causa satis valebat[i].

σεπ[j] in hiatu formarum *ἀμφίεπον*, *-ποντεσ* verbi compositi *ἀμφέπειν*[k].

σερ[l] in *ἄρα ἕρματα*[m].

σεχ in *παρέχῃ*[n], *συννεχέσ*[o], *ὑπείρεχον*, *Ὑπείροχοσ* (etiam adiectivum), *Ὑπειροχίδησ*[p].

Etiam *μεταΐζέμεν'(αι)*[q] et *καταΐσχεται*[r] huc essent referenda, si sana essent. Stirpis *σεϝο-* sigmate initiali hiatum unum et alterum textus traditi a poetis fuisse expletum vero est dissimillimum[s]. Vocum *ἅλα ἅλτο* hiatus sono δ, *ἅλαδ'(ε)*, videtur esse explendus[t], *δείπνοι ἁδήσειε* autem non *'σαδήσειε*[u] est intellegendum, sed recipienda est l. a. *ἀ(ϝ)ηδήσειε*[v]. Locutionis *βέλοσ ἐχεπευκέσ* syllaba *-λοσ* in arsi collocata miri nihil habet[w]. Sed fortasse vox *ἑτεόν* leve indicium soni pristini σ- habet in iunctura

---

a Ψ 227 Ω 13 γ 73 δ 172. *b* α 162 η 244 ι 25. *c* § 246. *d* Alia est ratio adiectivi *ἐνοδίου* et similium, § 21. *e* Plura huius soni indicia non habet Ilias aut Odyssea; nam nihil probant hiatus legitimi *εἴσω ἁλόσ* Φ 125, *ἑτέρῃ ἅλα* Ξ 273, § 14, neque vocum *ἀνέρριπτον ἅλα* ν 78 (codd. *-πτουν*, § 191) et *νῆασ ἅλαδ'* Β 165, 181 syllabae *-ον* et *-ασ* in arsi collocatae, § 19. Quadraginta autem versus docent sigma huius stirpis evanuisse, ceteris addaturne sigma an omittatur ad numeros nihil refert. *f* Β 169 al.

g § 74. *h* pag. 91 *p*. *i* Sigma initiale adiectivi *ἀτάλαντοσ* Β 651 Ξ 318 (spur.) Ο 302 non est servatum; ceterorum locorum numeri nihil probant. Quae praeterea a praefixo (σ)α- incipiunt voces, in carminibus epicis sonum σ non admittunt: *ἀδελφεόσ*, *ἀκόλουθοσ*, *ἄκοιτησ*, *-τισ*, *ἄλοχοσ*, *ἀϝολλήσ*, *ἅπᾱσ*, alia. Neque adverbium *ἅμα* sive *simul* (nostrum *samen*); nam nihil probat syllaba brevis arsin ante *ἅμα* obtinens Α 226 Β 745, 822 Ω 573 β 11 ο 100 (§ 19) aut vocalis longa Γ 143 α 331 δ 162 κ 425 π 76 σ 207 τ 528, 601 χ 251 (§ 14), ceteri autem loci centum septuaginta sonum σ non admittunt. *j* § 247. De *dicendi* stirpe homonyma § 246. *k* Ω 804 Β 525 al.; sed longe plurimis locis haec stirps nulla habet soni σ vestigia. *l* Cf. *ἕρται*. *m* Ξ 182, § 45. Leg. *σέρματα*?

n τ 113. *o* Μ 26 ι 74. *p* § 315. *q* π 362, leg. *ἵζειν μέτα* aut *σφι μεθιζέμεν'(αι)*. *r* ι 122, *ποίμνῃσιν καταΐσχεται*, leg. *δὴ ποίμνῃσι κατίσχεται*. *s* Α 533 *δὲ ἑϝόν*, Ι 420, 687 *χεῖρα ἑϝήν*, θ 524 *ὅσ τε ἑϝῆσ προπάροιθε πόλιοσ* leg. *ὅσ προπάροιθεν ἑϝῆσ πόλιοσ*, § 8. Nullius momenti hac in re est brevis syllaba finalis ante *ἑϝ-* arsin obtinens Ν 195 η 7, § 19. *t* Α 532. An *ἅλ' ἔαλτο*? § 150[40]. *u* § 192[1]. *v* α 134.

w Α 51 Δ 129, § 19.

εἰ ἐτεόν[a], nam εἰ arsin raro obtinet ante vocalem[b]. Denique fuit qui in deae Argivae vetusto nomine βοῶπισ πότνια Ἥρη soni σ- vestigium quaereret[c].

§ 45. Nonnullarum igitur stirpium initialis sonus σ ante Homeri aetatem mortuus tenuia quaedam vestigia in eius dictione reliquit; trium autem stirpium sigma initiale in carminibus epicis modo servatum, modo abiectum est:

σκίδνημι[d], κίδναται, ἐκίδνατο, ἐκέδασσε, ἐκέδασθεν, κεδασθέντεσ, -θείσησ. Quarum formarum quae sono σ- carent, metro adaptari partim non poterant nisi initiali illo sono neglecto; harum igitur ea fuit condicio quae vocum supra commemoratarum Σκάμανδροσ, -δριοσ, σκέπαρνον, στέατοσ[e]. Sed formarum ἐκίδνατο et κίδναται alia fuit ratio. Aut igitur in ipsa lingua poetarum epicorum biforme fuit verbum (σ)κίδνημι, aut brevior stirpis forma poeticae dictioni soli propria fuit, metri causa decurtata, ad exemplum autem aoristi ἐκέδασσε etiam praesens et imperfectum (σ)κίδναται, ἐ(σ)κίδνατο sono σ sunt spoliata[f].

σμῑκρόσ[g] sive μῑκρόσ[h]. Huic adiectivo in carminibus epicis rarissimo[i] quominus sigma initiale sive adimatur sive tribuatur, metrum non obstat; incerta autem est res, quia utraque forma et postea est usurpata.

σῦσ sive ὗσ, συβώτησ, συφορβόσ sive ὑφορβόσ. Forma integrior σῦσ etiam post Homerum vixit[j], firmus autem huius stirpis sonus σ fuit in voce σίαλοσ[k].

Praeterea commemoranda sunt nomen gentile Σελλοί et fluvii nomen Σελλήεισ nominibus Ἑλλάσ et Ἕλληνεσ artissime cognata, nec non σειρή ab eadem stirpe ductum atque ἕρματα[l].

Fuit cum tertia quoque consona spirans ȷ vestigia haud obscura in Homeri arte metrica reliquisse crederetur[m]; postea intellectum est in lingua epica, ut in posterioris aevi dictione, nullas eius fuisse partes[n]. Prius autem e Graecorum lingua hunc sonum quam sonum ϝ evanuisse testantur ipsa signa litterarum. Nam Punicum *vau* Graecis, ut Semitis,

---

a E 104 al., locis quatuordecim. *b* Pag. 84 *x*. *c* Roscher gentile Ἡρϝαῶιοι inscr. El. 1149 inde ductum esse et cum *servandi* stirpe cohaesisse sumebat; sed in lapide accuratius inspecto Εὐϝαοῖοι (pag. 130 *g*) scriptum esse apparuit. Apud Homerum nomen Ἥρη a nominibus ἥρωσ, Ἡρακλέησ, *herus* non seiungendum nulla ceteroquin consonae initialis habet vestigia. *d* § 301. *e* § 28. *f* Fick Bezzenb. Beitr. XIV 316. *g* P 757 h. Ven. 115. *h* E 801 γ 296. *i* In lingua epica dici solebat ὀλίγοσ vel τυτθόσ, Valckenaer ad Ammon. 177 sqq. *j* Ex. gr. Pind. fr. 60 Eur. fr. 855 Aelian. XIII 25.
k Aevo antehomerico συίαλοσ sive σϝίαλοσ fuit; σ(ϝ)ίαλοσ: συ = ὑπερφ(ϝ)ίαλοσ: ὑπερφυ (adv. ὑπερφεῦ = ὑπερφυῶσ, Aesch. Pers. 520 al.). *l* pag. 152 *m*. *m* Curtius Grundzüge[5] 602, Knös de digammo 156 sqq., Monro[2] 376. *n* L. Meyer Kuhns Zschr. XXI 351 sq.

consonam *w* significavit, vocalis autem *u* ut oculis ostendi posset, signum *Υ* a Graecis aliunde est desumtum; consonae *iod* vero signum Punicum Graecis fuit signum *vocalis iota*, consonae igitur *j* signo iis non fuit opus cum litteris uti coeperunt[a].

Quapropter iota consonans neque aliis linguae epicae vocibus est tribuendum, neque his, de quibus dubitatum est: verbo *ϝίεμαι*[b], aoristo *ἕηκα*[c], particulae *ὧσ* postpositivae[d].

---

[a] Contrarium non efficitur e vetusto decreto Pamphylico 1266, in quo leguntur *hιαρόσ*, *διά*, similia; nam sonus *j* ibi e vocali *ι* denuo est natus, ut *ϝ* in huius inscriptionis nomine gentili *Σελύϝιιοσ*, vel in Cyprico *Εὐϝαγόρᾱσ* pag. 130 *g*. [b] § Pag. 148 *o*. [c] § 150[24].
[d] § 101.

III.

DE FLEXIONE NOMINUM.

CAPUT I.

OBSERVATIONES GENERALES.

---

§ 46. In nominum flexione linguae epicae praeter casuum terminos eos, quibus et recentior aetas usa est, praesto erant suffixa **-φι(ν)** et **-θεν**.

Suffixo -φι(ν) indicabatur *instrumentum*, ex. gr.: ϝῆφι βίηφι, κρατερῆφι βίηφι (ϝή, κρατερή, βίη), δακρυόφι (δάκρυον), ὄχεσφι (ὄχοσ, neutrum), ϝῖφι (ϝίσ), ναῦφι (ναῦσ).

Insolite conformata sunt: ἐσχαρόφιν (ἐσχάρη)[a], κρᾶτεσφι (καρηατ)[b], κοτυληδονόφιν (κοτυληδών)[c]. Vitio debetur ὀχέεσφι (ὄχοσ)[d].

Cum *singularis* numeri suffixum -φι(ν) erat, tum *pluralis*[e]. Saepe autem *genitivi* vel *dativi* potestas ei tributa est, ex. gr.: τιτυσκόμενοσ κεφαλῆφι[f], ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι[g], praesertim cum addebatur *praepositio*, ex. gr.: ἀπὸ νευρῆφι, ἐκ θεόφι, παρ' ὄχεσφι. *Ablativi* obsoleti sedem hoc suffixum tunc occupabat[h].

Vix est tolerabile Ϝῑλιόφι genitivum *possessivum* significans[i], et αὐτόφι locis nonnullis in αὐτόθι mutandum est[j]. Sed vocibus κλισίηφι[k],

---

a ε 59 al. *b* *K* 156, § 82[1]. *c* ε 433. Aliis stirpibus in liquidam desinentibus suffixum -φι(ν) non est additum, neque stirpibus in mutam. *d* *E* 722, recte l. a. ὀχέεσσι.

e Ex. gr. δακρυόφι *P* 696 al., ὀστεόφι μ 45 π 145, ὄχεσφι *Δ* 297 al., θεόφι *H* 366 al.

f *Λ* 350, similia *K* 30 *Π* 762. *g* *I* 618 al. *h* Sic in dialectis Arcadica et Cypria dativus praepositionibus ἐξ et ἀπό est adiunctus, Monro[2] 150. *i* *Φ* 295, § 59. Suffixum -όφι(ν) etiam *K* 347 *T* 404 *Ω* 268 *θ* 67, 105 *P* 101 *N* 588 *Ψ* 347 *Ω* 576 *Λ* 351 in locum prisci termini -οο (§ 59) irrepsisse coniecit Ahrens, ipsi poetae tribuens simile vitium ω 83. *j* *M* 302 *N* 42 *T* 255 *Y* 140 *Ψ* 147, 640. Contrarium l. a. ξ 352.

k *N* 168.

Φθίηφι[a], *θύρηφι*[b], *ἀγέληφι*[c], *ὄρεσφι*[d] ipse poeta locum indicasse videtur, novam prisco suffixo vim tribuens[e].

Restituendum est *-φι(ν)* compluribus textus traditi locis, ubi legitur dativus plur. in *-ῃ(ι)σι* desinens nominis numerum pluralem non admittentis: *ποδωκείῃσι πεποιθώσ*[f], *ϝῇισι προθυμίῃισι*[g], *ἀγηνορίῃισιν ἐνῆκασ*[h], *ἀναλκίῃισι δαμέντεσ*[i], *νόον πολυϝιδρίῃισι*[j], *ἀεσιφροσύνῃισι*[k], *ἀφραδίῃισι*[l]. Huiuscemodi locis scribendum est *-ηφι*[m], item multis locis *στήθεσφι* pro *στήθεσσι*[n].

§ **47.** Roganti: „*unde?*" non solum praepositionibus genitivo iunctis respondebatur, ut postea, sed etiam ope suffixi *-θεν*, cui post consonas praemittebatur sonus *ο*; ex. gr.: *Τροίηθεν*, *ϝοίκοθεν*, *ἁλόθεν*[o], *ἠῶθεν*[p], *ἐμέθεν*, *σέθεν*, *ϝέθεν*[q]. Saepe autem hoc suffixum vice *genitivi* est functum, cui locum cessit aevo posthomerico[r].

Haud raro praemissa est *praepositio*: *ἐξ Αἰσύμηθεν*[s], *ἀπὸ Τροίηθεν*[t], *κατ' ἄκρηθεν*[u], *ἀπ' οὐρανόθεν*[v], *ἐξ οὐρανόθεν*[w], *ἐξ ἁλόθεν*[x], praesertim *pronominum* formis *ἐμέθεν*, *σέθεν*, *ϝέθεν*, quae *genitivi* partibus nusquam non sunt functae. Qualia conferenda sunt cum praepositionibus *ὑπ' ἐκ*, *ἀπὸ πρό*, *ἀμφὶ περί* coniunctim usurpatis[y], et magis etiam simile est *εἰσ ἅλαδε*[z].

In loquendi formulis *οἰόθεν οἶοσ*[a] et *αἰνόθεν αἰνῶσ*[b] vis adiectivi iterando est aucta.

Adverbiis *πόθεν*, *ὅθεν*, *ἐντεῦθεν*, *ἐνθένδε*, aliis suffixum *-θεν* et postmodo mansit[c]. Quorum adverbiorum sonus finalis *-ν* in lingua epica poterat abici, poterat etiam elisione decurtari suffixum sic imminutum[d]; ex. gr.: *καθύπερθεν*[e], *καθύπερθε*[f], *καθύπερθ'*[g].

Substantivum vero sono *ν* destitutum *Τροίηθε μολόντα* errori debetur[h].

---

a *Τ* 323. *b* *ι* 238 *χ* 220 *ξ* 352. *c* *Β* 480 *Π* 487. *d* *Δ* 474 *Τ* 376 *Χ* 139, 189. *e* Magis mirum foret *ἰτέρηφι* *nominativi* loco usurpatum Hes. Oper. 216, quod perhibuit Herodianus (schol. *Β* 233 *Ν* 588); sed non ita deliravit poeta. Adverbium *perendie* suffixo *-φιν* ornatum est Hes. Oper. 410: *εἰσ τ' αὔριον εἰσ τ' ἔννηφι* (Att. *εἰσ ἕνην*), vocibus *ἐπὶ δεξιόφιν* et *ἐπ' ἀριστερόφιν* *Ν* 308 sq. (= *-οῦ*) *accusativi* vis perperam tribuitur in schol. *Ν* 588. Vox *ὠρανίαφι* Alcmani pro *vocativo* (=*οὐρανιᾶ*) fuisse fertur (schol. *Β* 233 *Ν* 588, Apollon. Adverb. 575), id vero creditu durum. *f* *Β* 792. *g* *Β* 588.

h *Ι* 700. *i* *Ζ* 74. *j* *β* 346; simile *ψ* 77. *k* *ο* 470. *l* *κ* 27.

m Bekker, alii. *n* *Β* 416 al., l. a. *Β* 388 *Μ* 401 *π* 174. Etiamne *παλάμηφι* pro *-μη(ι)σι* *Ε* 594 al.? *o* Item *πάντ-οθεν*, *λειμων-όθεν*, *Δι-όθεν*, *πατρ-όθεν*. *p* § 77. *q* § 92.

r In *demoticis* mansit, ex. gr. *Κικυννόθεν* Ar. Nub. 134, *Ὠρωπόθεν* inscr. Ion. 5313.

s *Θ* 304. *t* *Ω* 492 al. *u* *Π* 548 *λ* 588 h. Cer. 182; *κατὰ κρῆθεν* Hes. Theog. 574 Clip. 7, § 82[1]. *v* *Θ* 365 al. *w* *Θ* 19 al. *x* *Φ* 335 al.; etiamne *ἀπ'* (codd. *ἄρ'*) *Αἰνόθεν* *Δ* 520? *y* § 317. *z* *κ* 351, § 49. a *Η* 39, 226 (Ap. Rhod. III 1169 IV 418, 1198). b *Η* 97. c Delbrück suspicatus est suffixum *-θεν* primitus solis *pronominibus* fuisse proprium (*αὐτόθεν*, *ἐμέθεν*, *κεῖθεν*, al.), hinc irrepsisse in flexionem *substantivorum* quorum stirps in *ο* desinebat (*ἀγρόθεν*, *θεόθεν*, al.), dein et stirpibus in *α* vel in consonam desinentibus accrevisse (*ἀγορῆθεν*, *πατρόθεν*, al.), G. Meyer[2] 385.

d § 29 sq. e *Β* 754 al. f *Μ* 153 al. g *Μ* 286 al. h *Ω* 492, recte l. a. *-θεν ἰόντα*. Recentiores dixerunt *ἄντροθε*, *πρώιρᾱθε*, *Σικυωνόθε*, *μᾱτροθε*, similia

§ 48. Roganti: „*ubi?*" responderi poterat *dativo*, praesertim numeri pluralis; ex. gr.: Ἄργεϊ μέσσωι[a], κεῖται ὀλέθρωι[b], τόξ' ὤμοισιν ἔχων[c], κατεγήρᾱ Κυκλώπεσσι[d].

In *adverbiis* locus designabatur suffixo -θι[e]. Adverbiorum autem loco habita sunt ϝοίκοθι *domi*[f] et ἀγρόθι *ruri*[g]. Praeterea suffixo -θι locus est datus in his vocibus hexametrum claudentibus: κηρόθι μᾶλλον[h], Ἀβῡδόθι et Κορινθόθι ϝοικία ναίων[i], Ϝιλιόθι πρό[j], οὐρανόθι πρό[k], ἠῶθι πρό[l].

Locativi vestigia servarunt ἰθαι-γενήσ[m], μεσαι-πόλιοσ[n], Πυλαι-μένησ[o], Πυλοι-γενήσ[p], παροί-τεροσ et πάροι-θεν[q], μυχοί-τατοσ[r], χοροι-τυπίη[s], et quae postea permanserunt: χαμαί[t], ϝοίκοι, ὁδοι-πόροσ, -πόριον, ἐνταυθοῖ. Etiam iota finale praepositionum ἐνί (= ἐν), π(ρ)οτί (= πρόσ), ὑπαί (= ὑπό), παραί (= παρά), aliarum[u] hinc originem habuit[v].

§ 49. Roganti „*quorsum?*" saepe responsum est nudo *accusativo*; ex gr.: ἔρχεσθον κλισίην[w], κνίση δ' οὐρανὸν ἷκε[x].

Saepe autem additum est suffixum -δε *versus*; ex. gr.: Ἰθάκηνδε, φόβονδε, φάοσδε, οὖδάσδε, ἅλαδε, πόλινδε, et iterato suffixo: ϝόνδε δόμονδε. Praeterea *praepositionem* praemissam habet vox εἰσ ἅλαδε[y], ut vox ἐξ ἁλόθεν[z].

Etiam adverbia ϝοίκαδε, φύγαδε, ἐνθάδε *huc*[a] hoc suffixo sunt ornata; quorum primum tertiumque et post Homeri aetatem in ore populi vixerunt[b].

Quoniam res tulit ut suffixum -δε non nisi stirpibus notionem *loci* habentibus subiungeretur, alienum erat a nominibus propriis[c]. Specie tantum differt vox Ἄϝιδόσδε[d] id quod Ἄϝιδοσ <δόμον>δε valens, ut Atticum εἰσ Ἅιδου.

(Pind., Callim., Theocr.), Μινθουντόθε et Ταμύνηθε inscr. Ion. 5313, qui lapis habet etiam Μινθουντόθεν, Ταμύνηθεν, alia in -θεν. *a* Z 224. *b* α 46. *c* Α 45. *d* ι 510; similia Π 719 Ψ 631 Ω 67 ζ 162 al. *e* § 322. *f* Θ 513 al. *g* λ 188, codd. ἀγρῶι, pag. 82 l. *h* Ι 300 al. *i* Ρ 584 Ν 664. *j* Θ 561 al. *k* Γ 3. *l* Γ 50 al. *m* ξ 303. *n* Ν 361. *o* Β 851 al. *p* Β 54 Ψ 303. *q* § 318[6]. *r* Ψ 459, 480 φ 146. Cf. μοχοῖ = ἐντόσ (μυχοῖ) gloss. Cypr. et § 88. *s* Ω 261 Panyas. fr. 17. *t* Etiam in compositis χαμαιγενήσ et χαμαιεύνησ (fem. -νάσ). *u* Etiam adverbii πέδοι Aesch. Prom. 272 al.; aliena sunt κραταιγύαλοσ Τ 361 et κραταίπεδοσ ψ 46, quae pro κραταιο-γύαλοσ et -πεδοσ metro urgente (§ 12) sunt dicta. *v* § 315. *w* Α 322. *x* Α 317. *y* κ 351. *z* Pag. 156 *x*. a Ex. gr. ἤγομεν ἐνθάδε πάντα Α 367, ϝείματα δ' ἐνθάδ' ἐγὼ πέμψω π 83. Homonymum ἐνθάδε *hic*, ex. gr. ἐνθάδ' ἄτιμοσ ἐὼν Α 171, suffixo *demonstrativo* -δε (= δή) est ornatum. Idem quod ἐνθάδε *huc* valet τεῖδε sive τυῖδε Hes. Op. 635 Sapph. fr. 1[5] (Boeot. apud) Ar. Ach. 884 Theocr. V 30 (υι etiam in ὄπυι inscr. Dor. 4991 IV[15], υἷσ 5261). In codd. Hesiodi et comici l.l. est τῇιδε (corr. Bergk, Blaydes, Cobet). b Idem suffixum fuit tragicae dictionis adverbio ὧδε *huc*, quod a lingua Homeri alienum fuisse docuit Aristarchus, errasse igitur Zenodotum Μ 346—348. Buttmannum aliosque de versibus Σ 392 α 182 ρ 544 contrarium statuentes refutavit Lehrs Arist.[2] 379 sqq. coll. ρ 447 ζ 218. c Ω 338 pro Πηληϊωνάδ' ἱκέσθαι leg. -ων' ἀφικέσθαι. d Η 330 al.

Eadem quae suffixi -δε, fuit potestas suffixorum -δισ, -ζε, -σε:
-δισ: ἄλλυδισ[a], ἀμοιβηδίσ[b] sive ἐπαμοιβαδίσ[c], ἄμυδισ[d], χαμάδισ[e].
-ζε: ἔραζε[f], θύραζε, μέταζε[g], χαμᾶζε.
-σε: κεῖσε, alia[h].

§ 50. *Casuum* termini in lingua epica hi erant:

	Declinationis 1ae. Masc.	Declinationis 1ae. Fem.	Declinationis 2ae. Masc. et Fem.	Declinationis 2ae. Neutr.	Declinationis 3ae. Masc. et Fem.	Declinationis 3ae. Neutr.
Sing. N.	-ησ	-η, -α	-οσ	-ον	—	—
A.	-ην	-ην, -αν	-ον	"	-ν, -α	—
G.	-ᾱο	-ησ	-οιο (-οο), -ου		-οσ	
D.	-ηι	-ηι	-ωι		-ῐ̄	
Dual. N.A.	-ᾱ[i]		-ω		-ε[l]	
G.D.	abest[j]		-οιιν[k]		-οιιν[m]	
Plur. N.	-αι		-οι	-α	-εσ	-α
A.	-ᾱσ		-ονσ	"	-(ν)σ, -ασ	"
G.	-ᾱων		-ων		-ων	
D.	-ηισι(ν)		-οισι(ν)		-εσσι(ν), -σι(ν)	

§ 51. *Vocativo* numeri singularis multorum nominum masculinorum et femininorum propria erat forma in dictione epica, ut fuit postea. Haud raro tamen et horum, ut ceterorum vocabulorum nominativus agebat partes vocativi. Nonnunquam autem vocativus et nominativus coniunctim usurpati sunt; ex. gr.:

αἲ γὰρ δὴ οὕτωσ εἴη, φίλοσ ὦ Μενέλαε[n].

Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε μέγιστε, | Ἠέλιόσ τε[o].

Hic illic metrum docet poetam non vocativo, qui traditus extat, esse usum, sed nominativo, ex. gr. in versu a Zenodoto recte sic scripto:

τίπτε, Θέτισ τανύπεπλοσ, ἱκάνεισ ἡμέτερον δῶ;[p]

---

a Λ 486 al.; etiam ἄλλυδισ ἄλλη, -α, -ον, -ηι l. a. ε 369 λ 385. *b* Σ 506 σ 310 h. Cer. 326. *c* ε 481. *d* Ι 6 al., ab adverbio ἅμα. Ψ 217 al. vis suffixi languet. *e* Ι 300 al.; id quod χαμᾶζε. *f* Μ 156 al., in fine versuum. *g* Hes. Oper. 394. *h* § 322. *i* Non nisi *masculinorum* substantivorum dualis in carminibus epicis invenitur: Ἀτρείδᾱ Α 16 al., αἰχμητᾱ́ Η 281, κορυστᾱ́ Ν 201 Σ 163, ὠκυπετᾱ́ Θ 42 Ν 24; sed παρειά Γ 35 a quibusdam dualis feminini est habitum. *Adiectivorum* femininorum dualis a masculinis non discrepabat: προφανέντε Θ 378, πληγέντε Θ 455, προλιπόντε Hes. Oper. 199. *j* Sed Δ 431 est l. a. Ἱππασίδηιν. *k* Collatis pronominibus personalibus νῶϊν, σφῶϊν, σφῶϊν terminus -οιιν videtur deberi errori illi cui verborum formae διεκτεταμέναι, § 191, litteras enim vetustas hιποιν, ut hoc exemplo utamur, significasse ἵππωϊν, sed postmodo prolatas esse ἵπποιν, ut tunc homines loquebantur, dein sonum οι metri causa esse protractum. *l* Accusativus potissimum; nominativus non nisi participiorum nonnullorum apud Homerum extat, ex. gr. βαλόντε Ρ 457. *m* Hic terminus ad exemplum declinationis *secundae* (nota *k*) confictus in vocibus ποδοῖιν Ξ 228 al. et Σειρήνοιιν μ 52, 167 invenitur solis. *n* Δ 189. *o* Γ 276. Si quis duos homines vel divos nominatim simul compellabat, prioris nominis vocativo, posterioris nominativo utebatur, ut in lingua sanscritica, Delbrück Synt. Forsch. IV 28. *p* Σ 385, 424.

cuius vulgata lectio est: *Θέτι τανύπεπλε*, et in hoc hemistichio: *Αἶαν Ἰδομενεῦ τε*[a], ubi legendum est *Αἴασ Ἰδομενεύσ τε*, quoniam brevis syllaba *-αν* ad thesin explendam non sufficit. Item *βοῶπισ πότνια Ἥρη* est proferendum pro tradito *βοῶπι*[b], et vitium metricum, quod est in vocibus *Σμινθεῦ, εἴ ποτέ τοι*, potest removeri substituendo nominativum *Σμινθεύσ*[c].

Voces *φίλε τέκνον*[d] constructione ad sensum quae dicitur sunt coniunctae.

§ 52. Subiectum plurale neutrius generis modo plurali verbi numero est iunctum, modo singulari[e], ut postea constanter. Ex. gr.:

καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε *νεῶν καὶ σπάρτα* λέλυνται[f].
τὸν δ' οὔ ποτε κύματα λείπει
παντοίων ἀνέμων, ὅτε κ' ἔνθ' ἢ' ἔνθα γένωνται[g].

Fieri autem vix poterat quin hic illic numerus pluralis metro non satis defensus cederet singulari, quo aetas recentior in huiusmodi enuntiatis est usa[h]. Quapropter Aristarchus pluralem praeferebat ubi res dubia videbatur[i].

Pronomine *μιν* vel *αὐτό* semel et iterum respectum est substantivum *δώματα*[j], singularis igitur numeri instar habebatur vox unam domum significans[k].

Errori debetur verbi numerus singularis in hoc versu: *γούνατά τε ... χεῖρέσ τ' ὀφθαλμοί τε 'παλάσσετο*[l].

Nihilo melioris notae sunt coniuncti numerus pluralis adiectivi et numerus dualis substantivi in vocibus: *ὀξέα δοῦρε*[m], *ἄλκιμα δοῦρε*[n], *φίλασ περὶ χεῖρε βαλόντε*[o], *χεῖρε πετάσσασ | ἀμφοτέρασ*[p], *ὄσσε φαεινὰ 'πέδησε*[q], *ὄσσε αἱματόεντα*[r], vel *ἄμφω* duale sociatum substantivi numero plurali: *ἄμφω φάεα καλά*[s], *ἄμφω χεῖρασ ὕπερθε*[t], *ἄμφω ὀφθαλμοί*[u], *οὔατα ἄμφω*[v], *πόδεσ ἄμφω*[w]. Quae corrigi facile possunt tantum non omnia.

Sed nomini *ὄσσε* adiunctus singularis verbi ferendus videtur: *ὄσσ' ἐδεδήει, δέρκεται ὄσσε, ὄσσε δαίεται*[x], collectivi igitur instar vox *ὄσσε* hic illic esse habita, ut *ὄμματα*.

---

a Ψ 493. *b* Θ 471 Ο 49 Σ 357, Aristophanes *βοῶπισ*. Alia huiuscemodi sunt Β 8 Δ 338 Θ 471 Κ 169 Ξ 357 Π 693, 859 Τ 400 Φ 106, 474 Ψ 602 Ω 88 γ 230 ϑ 408 ϱ 415 σ 122 υ 199 ω 192, Naber Quaest. Hom. 135 sq., Cobet Misc. Crit. 333; vHartel Hom. Stud. I 424 vulgatam servandam censuit. *c* Α 39, pag. 82 *r*. Sed verum videtur *Σμίνθιε*.
d Χ 84 β 363 γ 184 ο 125, 509. *e* Plur.: sing. = 1 : 3. *f* Β 135.
g Β 396 sq. *h* Ex. gr. Β 87 Μ 286 χ 405. *i* Friedländer Ariston. 15, Delbrück Grundl. 21 sqq., Vogrinz Hom. Gramm. 288 sqq. *j* κ 212 ϱ 266—269. Fortasse hinc originem habuit error imitatorum, pronomini *μιν* vel *νιν* etiam pluralis numeri vim tribuentium, § 92, 4—6. *k* Ut latinum *aedes*. *l* Ρ 386 sq., leg. *ἐπλήατο*.
m Ε 495 Ζ 164 Δ 212, leg. *ὀξέε*. *n* Γ 18 Δ 43 Π 139 μ 228 χ 125, leg. *δοῦρα*.
o χ 211, leg. *φίλω*. *p* Φ 115, leg. *ἀμφοτέρω*. *q* Ν 435, l. a. *φαεινώ*, leg. *φαεινὼ ἔδησε*. *r* Ν 616, recte l. a. *-εντε*. *s* π 15 ϱ 39 τ 417, leg. *φάεε καλώ*.
t ϑ 135. Correctio incerta. *u* Π 349, leg. *-μώ*. *v* ϱ 302, leg. *οὔατε*.
w υ 365. Correctio incerta. *x* Μ 466 (l. a. Τ 17 Ψ 464) Ψ 477 ζ 131.

Numero duali poetae epici saepissime sunt usi. Postea dualis ex ore Graecorum sensim evanuit[a] et tandem in Attica quoque extinctus est, saeculo IV° [b]. In epicis carminibus eiusmodi formas *ornamenti* causa a poetis usurpatas fuisse credere tunc coeperunt homines, qui ibi adhibitas videbant ubi ipsi numero plurali usuri erant. Artis igitur libertatisve epicae duxerunt in nominum verborumque flexione -ω dicere pro -οι vel -ουσ, -ε pro -εσ vel -ασ, -τον pro -ουσι, alia quae sunt similia. Itaque Crates et Eratosthenes putarunt „τὰ δυ<ϊκὰ καὶ τὰ πληθυντ>ικὰ συγχεῖσθαι παρ' Ὁμήρωι"[c]. Eadem Zenodoto mens fuit, qui θεοὶ .... ἰόντε[d], ὑμεῖσ ... ἀποτίνετον[e], μὰψ οἴχεσθον ἄγοντεσ[f], similia[g] edidit, turpes maculas adspergens carminibus vetustis aut ab aliis adspersas non detergens. Cuiusmodi vitia haud dubitanter corrigebat Aristarchus[h], optimo iure negans poetas epicos duali numero vim pluralis tribuisse unquam[i]. Ii autem versus, unde contrarium effici olim est visum, partim aliter sunt interpretandi[j], partim corrigendi[k], partim delendi ut spurii[l].

Multis in versibus, ubi textus traditus habet pluralis numeri formas, poeta usus est numero duali[m]. Multis autem locis alia exemplaria dualem praebent, alia pluralem[n].

Nonnumquam numero duali *duo pluralia* coniunctim sunt significata[o]; sic ambos exercitus spectant ἧμεν[p] et μαρναμένοιιν[q], et voces ποδοῖιν[r], χεῖρε[s], ὄσσε[t], βλεφάροιιν[u], ὀφθαλμώ[v], ϝάξαντε[w], ἵπποιιν[x] usurpatae sunt ubi plurium pedes, manus, oculi, bigae commemorabantur, quemadmodum *singularis* usurpabatur — et usurpari necessario debuit — ubi de plurium pede altero manuve altera fiebat sermo.

§ 53. Adiectiva *composita*, quorum masculinum desinebat in -οσ, in Attica dictione postea duarum terminationum esse solebant; in epica compluribus huiusmodi adiectivis fuit propria feminini forma, ex. gr. ἀδμήτη, ἀθανάτη.

---

a Ceterarum regionum inscriptiones vetustiores haec habent: Corinth. 3153 πύκτᾱ, Arg. 3282 ἰλάρχω, 3339 ἀμφοῖν, 3274 τοὶ ϝανάκοι (= -οιν), 3325 ὀφίοιν et θυρωτοῖν, 3326 ἀνεθέτᾱν, Co. 3638 οἰε τελέω, Lacon. 4496 ἐδειπνειτᾱν, 4588—4592 ἐπακ(ό)ω vel -κοε, Messen. 4649 ἱεριτεύσαντε. *b* In inscriptionibus post annum 320 exaratis non legitur. *c* Ariston. ad Ω 282. *d* Λ 567. *e* Γ 459. *f* Ν 627. *g* Ζ 112 Θ 503 Σ 287 α 38 ϑ 251 Ar. Ran. 1263. *h* Friedländer Ariston. 15. *i* Cuiusmodi vitia multa in sua ipsorum carmina admiserunt poetae Alexandrini dictionem epicam ut poterant imitati.

j Δ 407 Ι 182—198 Τ 205 ϑ 35, 48 μ 52. In oraculo Herodot. VII 140, ἴτον non est soloecum, sed duos significat. *k* Γ 279 Ε 487 Θ 405 (l. a. Μ 412) Π 370 h. Ap. 456, 487, 501 (Hes. Oper. 186?). *l* Θ 73 sq., 185. *m* Ex. gr. Ε 239 sq. l. a. Θ 378 Λ 598 Σ 606 δ 19 ι 476 σ 372 sq. τ 230, Ahrens Philol. 1851, 17 sqq. (= kl. Schr. I 127 sqq.). *n* Ex. gr. σ 64, 371, 378. *o* Hinc originem habuit prava interpretatio verborum comici Nub. 150 Pac. 7. *p* Ex. gr. Η 292. *q* Ρ 387. Similis est ratio Hes. Clip. 171, 176, 238. *r* τ 444. *s* λ 211 φ 223. *t* Ν 340 υ 348. *u* Κ 187. *v* Ι 503. *w* Π 371. *x* Ψ 362.

Substantivis feminini generis hic illic iunctum est adiectivum in -υσ desinens: ϑῆλυσ ἀϋτή[a], ϑῆλυσ ἐϝέρση[b], ϝηδὺσ ἀϋτμή[c], duarum igitur terminationum haberi poterant adiectiva in -υσ. Nisi poeta dixit ϑῆλε'(α) et ϝηδέ'(α), ut ὠκέα, βαϑέαν, βαϑέησ[d].

Corrupta sunt: ϝόπα χάλκεον[e], ἄγριον ἄτην[f], ὀλοώτατοσ ὀδμή[g], πουλὺν ἐφ' ὑγρήν[h]. Novicium autem est Ϝίλιον αἰπύ pro αἰπεῖαν vel αἰπήν dictum in versu spurio[i].

Incerti generis in dictione epica fuerunt nomina Ζάκυνϑοσ[j], Πύλοσ[k], ἀήρ[l], ἅλσ[m], κίων[n], λίϑοσ[o].

Adiectiva κλυτόσ et δήμιοσ in carminibus epicis etiam substantivis femininis adiuncta sunt[p], ἀσπάσιοσ vero dubia est lectio pro ἀσπασίη[q].

CAPUT II.

DE DECLINATIONE PRIMA.

§ 54. Nominativus singularis nominum femininorum desinebat in -η aut in -ᾰ, masculinorum in -ησ. Discrepant[r]: ϑεᾱ́[s], gen. ϑεᾶσ, Ναυσικάᾱ, Λαᾱ́, Φειᾱ́[t], Αἰνείᾱσ, Αὐγείᾱσ, Ἑρμείᾱσ.

Substantivorum ab adiectivis in -ησ et -ουσ ductorum accusativus in dialecto Attica postea desiit in -ειαν et -οιαν, in epica vero lingua terminabatur syllabis -εΐην et -οΐην[u], ex. gr. ἀληϑεΐην[v], ἀναιδεΐην[w], ἐϋπλοΐην[x], si quidem textui tradito fides est habenda; nam omnium huiuscemodi accusativorum syllaba finalis etiam producta est positione aut ictu, ita ut dubitari possit an poeta ἀληϑεῖαν, ἀναιδέϊαν, ἐϋπλόϊαν dixerit. Sed quoniam e posterioris aevi dialecto Ionica cognita sunt ἀτελείη[y] et similia, sollicitandus non est textus traditus.

Adiectivo δῖοσ sive δίϝιοσ, δῖϝjοσ in carminibus epicis non δίη adiunctum est femininum, sed δῖα[z].

---

a ζ 122. b ε 467. c μ 369. Simile est ϑερμὸσ ἀϋτμή Hes. Theog. 696 h. Merc. 110. d § 75. e Σ 222. f Τ 88. g δ 442. h Κ 27 δ 709, § 83[9]. i Ο 71. j ὑλήεντι Ζακύνϑωι et -εσσα Ζάκυνϑοσ. k Πύλον ἠμαϑόεντα et ἠγαϑέην, Πύλου ἠμαϑόεντοσ et ἱερῆσ, Πύλωι ἠμαϑόεντι et ἠγαϑέηι. l Masc. Ε 776 η 143, fem. passim. m ἀλὸσ πολιοῖο Υ 229 ε 410 ι 132, πολιῆσ Α 350 al. n Masc. ϑ 66 al., fem. α 53 al. o λίϑοι πυκινοί, ξεστοί, al. passim, sed ϑαμεῖαι Μ 287, στερεὴ λίϑοσ τ 494. p Β 742 ε 422 γ 82. q ψ 233. Femininum -σίη legitur Θ 488. r § 5. s Multis locis vox ϑεόσ epicoena est, ut postea fuit. Pluralis etiam ϑέαιναι est dictus. t Ο 187 'τέκετο Ῥέα leg. 'τέκε Ῥείη, ut Ξ 203, pag. 69 n. Hes. Theog. 135 traditum est Ῥείᾱν, item Θείᾱ vs. 135, 371. u Nominativus non extat. v Ψ 361 al. w Α 149 Ι 372 h. Merc. 156. x Ι 362. y Inscr. Ion. 5495[43]. z Id quod δίϝ-ια, δίϝjα. Ex. gr. Ἦλιδα δῖαν ἔναιον Β 615.

Thesis saepe expleta est syllaba paenultima substantivi in *-ίη* desinentis[a]: ἀϝεργίη(σ)[b], ἀκομιστίη[c], ἀναλκίηισι[d], ἀνολβίηι[e], ἀτῑμίηισιν[f], ἱστίη[g], Ἱστίην[h], κακοϝεργίησ[i], προθυμίηισι[j], Ὑπερησίην[k], ὑπεροπλίηισι[l], ὑποδεξίη[m]. Quae vocabula hexametro non fuissent apta, si sonus ι brevis fuisset[n]; nam thesis brevi syllaba expleri non poterat[o]. Itaque *natura longum* sonum -ι- fuisse apparet[p], corripi autem poterat ante vocalem, more in dictione Homerica et omnino in lingua Graeca solito[q]. Etiam apud Hipponactem longum iota invenitur; choliambicum enim versum ille clausit voce πονηρίησ[r]. Postea sonus -ι- brevis fuit constanter.

Nominativus singularis cognominum nonnullorum masculinorum, quae certis locutionibus certisque versus locis adstricta sunt[s], ita ut e poesi antiquiore transsumta esse videantur, in -ᾰ desinit: εὐρύϝοπα Ζεύσ[t], μητιέτα Ζ.[u], νεφεληγερέτα Ζ.[v], στεροπηγερέτα Ζ.[w], ἱππότα Νέστωρ[x], ἱ. Φῡλεύσ[y], ἱ. Τῡδεύσ[z], ἱ. Φοινεύσ[a], ἱ. Πηλεύσ[b], ἱ. Περσεύσ[c], γέρων ἱππηλάτα Νέστωρ[d], γ. ἱ. Πηλεύσ[e], γ. ἱ. Φοίνῑξ[f], γ. ἱ. Φοινεύσ[g], ἱππηλάτα Τῡδεύσ[h], κηρύτα κήρῡξ[i], αἰχμητὰ Λυκᾱων[j], κυανοχαῖτα Ποσειδᾱων[k], Ἑρμείᾱσ ἀκακῆτα[l]. Item apud Hesiodum ἀκακῆτα Προμηθεύσ[m] et ϝηχέτα τέττιξ[n], apud Pindarum βαθυμῆτα Χείρων[o], apud Theocritum ἰῦκτὰ Μενάλκᾱσ[p].

Proprium nomen sic conformatum habet hic versus:

αὐτὰρ ὅ(σ) αὖτε Θυέστ᾽(α) Ἀγαμέμνονι ᾽λεῖπε φορῆναι[q],

qui versus etiam propter *elisum* nominis sonum finalem notatu est dignus. In titulis Aeolicis atque Boeoticis multa extant virorum nomina

---

a Spitzner de versu Her. 85, Schulze Quaest. Ep. 291. *b* ω 251 Hes. Oper. 311. *c* φ 284. *d* *Z* 74 *P* 320, 337, leg. -ηφι, § 46. *e* Hes. Oper. 319. *f* ν 142. *g* ξ 159 ρ 156 τ 304 υ 231. *h* Hes. Theog. 454. *i* χ 374. *j* *B* 588, leg. -ηφι, § 46. *k* *B* 573 ο 254. *l* *Λ* 205, leg. -ηι. *m* *I* 73. *n* Excepto nominativo; huius enim sonus finalis poterat corripi ante vocem a vocali incipientem. *o* Schulze Quaest. Ep. 288 al. frustra demonstratum ivit poetas epicos metricae huiuscemodi licentiae haud raro indulsisse. Exempla quae olim afferebantur, corrigenda sunt: ἀδελφειοῦ al. § 59, ὠτώεισ al. § 69, λείουσι § 74, τετρᾰ́κυκλοι ι 242, Ὀϊκλῆησ ο 244, § 73. Pro ὀπωρῑνῶι *E* 5 *Π* 385 Hes. Oper. 677 et -νόσ *Φ* 346 ε 328 Fick coniecit ὀπωρινέωι et -νεοσ, item Vogrinz 185 coll. adiectivo biformi λᾱ́ϊνοσ sive λᾱΐνεοσ. Alienum hinc est δυσᾱήων ν 99. *p* ἀϝεργείη(σ) aut κακοϝεργείησ non videtur scribendum, epicae enim dictionis erant ἀϝεργόσ et κακοϝεργόσ, non ἀϝεργήσ aut κακοϝεργήσ. Vox ἀναλκίηισι non ab adiectivo ἄναλκισ (gen. ἀνάλκιδοσ) sed a breviore stirpe ἀν-αλκ § 83² ducta est. Vocum ἀϝιδρείηι *H* 198 μ 41, ἀϝιδρείηισι κ 231, 257 λ 272, πολυϝιδρείηισι β 346 ψ 77 sonus -ει- prodiit e duarum vocalium contractione; primitus enim fuerunt ἀϝιδριίηι, ἀϝιδριίηισι (-ηφι, § 46), πολυϝιδριίηισι (-ηφι, § 46), et sic etiam in epicis carminibus scribi satius est. *q* § 17. De *verbis* in -ίω et -ύω desinentibus similis quaestio est § 162, de verbis in -άω, -έω, -όω § 190. *r* Anecd. Ox. III 308. *s* Versum aperiunt locutiones κυανοχαῖτα Ποσειδᾱ́ων et Ἑρμείᾱσ ἀκακῆτα, ceterae claudunt. *t* *E* 265 al.; *accusativus* εὐρύϝοπα a breviore stirpe εὐρυϝοπ ductus § 83³. Vocativus εὐρύϝοπα Ζεῦ *Π* 241, εὐρύϝοπα Κρονίδη hymn. 22,4. *u* *Α* 175 al. *v* *Α* 511 al. *w* *Π* 298. *x* *B* 336 al. *y* *B* 628. *z* *E* 126. a *Ξ* 117. b *Π* 33 *Ψ* 89. c Hes. Clip. 216. d γ 436, 444. e *H* 125 al. f *I* 432 al. g *I* 581. h *Δ* 387. i *H* 384. j *E* 197; αἰχμητήσ *Γ* 179 al. k *N* 563 *Ξ* 390; κυανοχαίτησ *Y* 144 ι 536. Vocativus κυανοχαῖτα *O* 174 al. l *Π* 185 ω 10. m Theog. 614. n Oper. 582 Clip. 383. o Pind. Nem. III 92, § 83¹⁰. p Theocrit. VIII 30. q *B* 107.

in -α desinentia. Absurde vero *genitivi* hunc terminum fecit Aratus: *ἱππότα φηρόσ* [a], et *dativi* fecisse fertur Antimachus [b].

Vocativi hi commemorandi sunt: *νύμφα φίλη* [c], *ἄττα* [d], *πάππα φίλε* [e]. Vox *τέττα* uno loco obvia interiectio esse videtur, non vocativus [f].

§ 55. Genitivus substantivorum masculinorum desinebat in sonos -ᾱο [g], ex. gr.: *Ἀϝίδᾱο πυλάρτᾱο* [h], *Ὠκεανοῖο βαθυρρείτᾱο* [i].

Elisione hic terminus saepe est deminutus [j]; quae tamen in textu tradito non apparet deminutio, recentioris enim Iadis terminus -εω sive -ω [k] eiusmodi locis substitutus est, in carminibus vetustis propter synizesin [l] vel contractionem non ferendus. Exemplo sit primus Iliadis versus in codicibus sic scriptus:

μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆοσ.

Nempe recentior hic terminus irrepsit in omnes versus in quos irrepere potuit [m]. Hic illic tamen genuinus terminus -ᾱ(ο) ex ipsis libris potest restitui; nam *Πηληϊάδαο Ἀχιλῆοσ* [n], *Αἰνείαο ἕταρον* [o], *Μενοιτιάδαο ἀποτίσῃ* [p], *Ἄλταο ὃσ Λελέγεσσι* [q], *Λαέρταο Ἰθάκῃ ἔνι* [r], *Λαερτιάδαο Ὀδυσῆοσ* [s], alia quae his sunt similia in nonnullis certe exemplaribus prisco more *ἐκ πλήρουσ* scripta extant [t].

In septimi sextique a. Chr. saeculorum titulis plus semel legitur genitivi terminus -ᾱϝο sive -ηϝο:

υἱοῦ Τλασίαϝο Μενεκράτεοσ τόδε σῆμα [u].
Πασιάδαϝο τὸ σᾶμα· Κράτησ ἐποίει [v].
μνᾶμ' ἐμὶ Πυρριάδα[ϝο], ὃσ οὐκ ἠπίστατο φεύγειν [w].
Πυρρόσ μ' ἐποίησεν Ἀγασίληϝο [x].

Quorum nominum sonus ϝ non *suffixo* proprius fuit, sed *stirpi* [y]; nominativus igitur si eadem ratione formatus extaret, desineret in -ᾱυσ sive -ηυσ, et conferenda sunt quae in carminibus epicis usurpata sunt nomina biformia: *Ἀντιφάτησ*, acc. *Ἀντιφατῆ(ϝ)α*, alia [z].

In inscriptionibus Boeoticis leguntur genitivi *Ἀγαθαρχίδᾱο* [a], *Ἀθᾱνίᾱο* [b],

---

a Arat. Phaen. 664. *b* Anecd. Bekk. 1187. Sed fortasse *κυανοχαῖτι* scripserat Antimachus. *c* Γ 130 δ 743, a nominativo *νύμφη*. *d* Ι 607 al. *e* ζ 57, unde *παππάζειν* Ε 408. *f* Δ 412. *g* Primitus fuit -ασιο. *h* λ 277. *i* Hes. Theog. 265. *j* § 13. *k* Inde a septimo ad minimum saeculo Iones genitivis in -εω et -έων desinentibus sunt usi, inscr. 5423 (pag. 61 *b*), 5352, 5431, 5508, al. *l* § 8.
m Pag. 66 *a*; primus rem perspexit Knight. *n* ω 15. *o* Ε 534. *p* Σ 93.
q Φ 86. Vulgatum *Ἄλτεω* duas ob causas ferri nequit, pag. 82 *n*. *r* ι 505.
s π 104. *t* Pag. 76—78. Verba in commentario ad Φ (Iliad. 1912, IL 9) ex VI saeculi carmine epico allata *αργυροδινα | ωκεανου* Wackernagel scribit *ἀργυροδίνα'(ο) Ὠκεανοῦ* Sprachl. Unters. 1916, 163. *u* Inscr. Corcyr. 3188. *v* Rhod. 4247. *w* Herm. 1885, 158. Nisi -αϝο legimus, litterarum anfractarum vestigia secuti, ruit metrum.
x Eub. (?) 5292, pag. 57 *g*; simili genitivo *Βριάρηο* usus est Ibycus, Etym. M. 213, 23.
y Ahrens Philol. 1878, 200 sqq. (= kl. Schr. I 284). *z* § 76. a Boeot. 528.
b Ibid. 398.

alii multi, in aere Thessalico Ὀρέστᾱο[a], in Cypricis inscriptionibus Δαϊατίσᾱο[b], Κυπραγόρᾱο[c]. In hac regione terminus -ᾱο postea abiit in -αυ: Ἀριστᾰγόραυ[d], Ὀνᾱσαγόραυ[e], similia; item in Arcadia[f], feminini quoque generis hic terminus fuit Tegeae: ζᾱμίαυ, ἐσδοκαῦ, ἐργωνίαυ[g]. Abiectus igitur est prisci termini -ᾱυο sive -ᾱϝο sonus finalis, ut termini -οιο in Thessalico genitivo syllaba -οι terminato[h].

Vitii gravioris indicium in carminibus epicis est genitivi terminus -εω vel -ω ante *consonam* collocatus: ἀγκυλομήτεω[i], Ἀϝίδεω[j], Ἀτρείδεω[k], ἐριβρεμέτεω[l], Ἑρμείω[m], ἐϋμμελίω[n], Ἴδεω[o], ἱκέτεω[p], κυβερνήτεω[q], Μενοιτιάδεω[r], Πριαμίδεω[s], συβώτεω[t], Τυδεΐδεω[u]. Ex hymnis accedunt Ἀγχίσεω[v] et Κρονίδεω[w], ex Hesiodo ἀβούτεω[x], Αἰήτεω[y], ἀργέστεω[z], Βόρεω[a], ἐριβρύχεω[b], Κρονίδεω[c].

Genitivus Αἰνείᾱο metro invito in Αἰνείω contractus est olim, dein ad numeros explendos in Αἰνείωο mutatus[d].

§ 56. Genitivum pluralem in -ᾱων desinentem habebant omnia huius declinationis nomina, etiam generis feminini adiectiva, participia, pronomina, ex. gr.: μελισσάων ἀδινάων | ... νέον ἐρχομενάων[e], θυράων ἡμετεράων[f]. Sono -ᾱ- non solum arsin sed etiam thesin expleri potuisse docet exemplum prius.

In nonnullis textus traditi versibus termino -ᾱων substitutus est recentior -έων vel -ῶν. Qui versus si ita essent comparati ut termini -έων vel potius -άων utraque syllaba separatim posset proferri, suspicionem non magis moverent quam correpta diphthongus αι vocis χαμαιευνάσ vel vocalis ω vocis ἥρωοσ[g]. Sed in tantum non omnibus[h] correptione imminutus sonus -ᾱ- etiam synizesi vel contractione cum syllaba -ων confluxit secundum morem aevi recentioris, omnino igitur e metro exemtus et numeros parum epicos efficiens[i]. Quapropter non ipsis poetis tribuendi sunt hi similesque versus:

---

a IG. IX 2, 257. *b* Cypr. 58. *c* Ibid. 79. *d* Ibid. 28. *e* Ibid. 60 (ter). *f* Arcad. 1231, 1246, al. *g* Ibid. 1222. Sed τᾶσ, quia masculinum τᾶο numquam fuit. *h* Pag. 64 *d*, 168 *f*, *g*. Similia sunt ταναύποδα ι 464 al. = ταναϝόποδα et Σαυ- pro Σαϝο- dictum in nominibus Boeoticis pag. 171 b. *i* Β 205 al., leg. -μητισ, § 83[10]. *j* ψ 322 Hes. Theog. 311, 768, 774, leg. Ἄϝιδοσ. *k* Π 76 -δεω ϝοπὸσ ἔκλυον, leg. -δαο ϝοπὸσ 'κλύον, ut Λ 453. *l* Ν 624 ἐριβρεμέτεω χαλεπήν, leg. -ταο κακήν vel ἐριγδούπου χαλεπήν. *m* Ο 214 Ἑρμείω τε καὶ Ἡφαίστοιο, recte l. a. Ἡφαίστου τε καὶ Ἑρμείαο. Novicium est Ἑρμέω h. Merc. 413 Ven. 149. *n* Δ 47, 165 Ζ 449 Θ 552, leg. ἐϋμμελίησ. *o* Ι 558.

p Ω 158, 187. *q* μ 412 κυβερνήτεω κεφαλήν, leg. -ταο κάρη. *r* Π 554; recipienda non est l. a. -δαο Πατρ., § 25 et Ζ 479. *s* Υ 77. *t* ξ 459 ο 304. *u* Ε 16 (-δεω δ', leg. -δα' deleto δ'?) Κ 566 Π 76 (-δεω Διομήδεοσ, leg. -δηι -δεῖ). *v* H. Ven. 53, 126. *w* H. Cer. 415. *x* Hes. Oper. 451. *y* Theog. 994. *z* Theog. 870.

a Theog. 870 Oper. 518, 553. b Theog. 832. c Theog. 572 Oper. 71. d Ε 263, 323, § 191. e Β 87. f Ω 567. g § 17. h Non nisi Η 1 Μ 340 φ 191 sunt excipiendi. i § 8.

καιρουσσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον.
γίγνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων ἀπό τ' ἀλσέων [a].

Qui huc faciunt genitivi hi sunt: *θυρέων* [b], *πυλέων* [c], *ἀγορέων* [d], *Ἀθηνέων* [e], *ἀλλήλων* [f], *ἀπασέων* [g], *ἀργεννῶν* [h], *ἀρέων* [i], *αὐτέων* [j], *βουλέων* [k], *δμωιῶν* [l], *ἑδρέων* [m], *ἐφετμέων* [n], *θυμορραιστέων* [o], *καιρουσσέων* [p], *κεφαλέων* [q], *κλισιῶν* [r], *κρηνέων* [s], *κρῑθῶν* [t], *κυνοραιστέων* [u], *Μαλειῶν* [v], *μελαινέων* [w], *ναυτέων* [x], *νυμφέων* [ij], *ὀθονέων* [z], *ὁπλέων* [a], *παλαιῶν* [b], *παρειῶν* [c], *πᾱσέων* [d], *πηγέων* [e], *πληγέων* [f], *πολλέων* [g], *πρωτέων* [h], *ῥιζῶν* [i], *Σῑδονίων* [j], *Σκαιῶν* [k], *σῶν* [l], *τῶν* [m], *τρυφαλειῶν* [n], *ψῡχέων* [o], *ὠτειλέων* [p]. Ex hymnis accedunt *θυσιῶν* [q], *φηλητέων* [r], *ὡρέων* [s], in Hesiodi autem carminibus terminus *-έων* sive *-ῶν* est frequens [t] et hic illic invenitur Doricus genitivi terminus *-ᾱν* [u], quo passim usus est Pindarus, ex. gr. *ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν* [v].

§ 57. Dativi pluralis terminus *-ησι(ν)* saepe imminutus est elisione [w]; corrupti autem recentesve sunt ei versus in quibus syllaba *-ησ* praemissa est *consonae* [x]. Clara in luce qui hanc rem collocavit Nauck [ij], docuit dativos in *-ησι(ν)* et *-οισι(ν)* — nam coniunctim hi nunc sunt tractandi — extare

	in Iliade	in Odyssea	
integros	1564	1297	2861
elisos (*-ησ'* et *-οισ'*)	212	150	362
decurtatos (*-ησ* et *-οισ*)	39	75	114.

---

a λ 554 Hes. Clip. 71, item ἀγγέων Oper. 475, νεικέων 30. b Pag. 179 sq. c Ex Hesiodo accedunt: ἀτερπῆ Oper. 647, ἀφρογενέα [illegible] Theog. 196, ἀψευδέα 233, Γηρυόνεα 982, εὐειδῆ fr. 154, πολυγηθέα Theog. 941, ἀτενεῖ Theog. 661, ἠεροϝειδεῖ Theog. 757, ψευδέασ Theog. 229. d σ 201. e ν 194. f Δ 365 E 881. g ω 523. h Γ 27, 450 Ω 483 φ 277. i Γ 237 λ 300 Hes. fr. 6. j Ω 267. k δ 757. l Π 743. m L. a. I 106. n ω 465. o Π 792 ν 164. p Φ 262. q H. Cer. 475. r ξ 255, l. a. ἀσκεθέεσ, pag. 90 *u*. s Y 131 η 201 π 161. t I 225 (?) N 622. u Δ 179. v E 194. w λ 110 μ 137. x E 90, pag. 68 *q*. ij δ 695 χ 319, pag. 68 *u*.

III. De stirpibus in ι.

§ 74. Stirpes in ι desinentes sic flectebantur:

N.	*μάντισ*	*μάντιεσ*
A.	*μάντιν*	*μάντῑσ* sive *μάντιασ*
G.	*μάντιοσ*	*μαντίων*
D.	*μάντιι*[a]	*μαντίεσσι* sive *μάντισσι*[b] sive *μάντεσι*[c].
V.	*μάντι.*	

Syllaba finalis nominativi, accusativi, vocativi singularis arsin ante vocalem obtinens nihil habebat insoliti[d]; thesin vero non recte explet in vocibus *βλοσυρῶπισ ἐστεφάνωτο*[e] et: *βοῶπι πότνια Ἥρη*, quae fuit l. a. pro *βοῶπισ*[f]. Alienus hinc est nominativus *ὄρνῑσ*[g].

Dativi singularis terminus plerisque locis textus traditi monosyllabus est, -ει vel -ῑ, sed in poetarum ore disyllabum fuisse docent verba *πόσεῐ ϝῶι*[h], *πτόλεῐ τε καὶ αὐτῶι*[i], *ἐνὶ πτόλεῐ ’λίπετ’ ἀνήρ*[j]. Metrum nimirum prohibuit quominus harum quoque vocum soni -εῐ sive -ιι in unum confluerent, et ceteris quoque locis tantum non omnibus proferri potest -ιι metro haud invito[k].

Accusativi pluralis terminus disyllabus -ιασ, qui analogiae debetur, legitur ex. gr. in verbis *καὶ πόσιασ*[l]. Monosyllabus terminus -ῑσ ex -ινσ natus suspecti nihil habet[m].

Vocis *π(τ)όλισ urbs*[n] formae praeter solitas in carminibus epicis hae sunt: *πόληοσ*[o], *πόληῐ*[p], *πόληεσ*[q], *πόληασ*[r], et *cives*, qui *πολῖται* solebant dici[s], etiam *πολιῆται* sunt vocati[t]. Erroribus[u] debentur disyllaba *πόλιοσ*[v] et *πόλιασ*[w].

Vocis *ὄῑσ ovis* vocales sono ϝ olim diremtas textus traditus in diphthongum more recentioris aevi coniunctos hic illic praebet: *οἰόσ* et

---

a Inscr. Cypr. 60[6] *ta·i·po·to·li·ji* (*τᾶι πτόλιϳι*). *b* Non extat -ισσι, sed legendum est *ὄῑσσι* pro tradito *ὄεσσι* pag. 183 *d*. *c* *E* 137 *φ* 252 al. et *X* 3. *d* Ex. gr. *H* 164 *Π* 57, § 19. *e* *Λ* 36. Correctio incerta. *f* *Θ* 471 *O* 49 *Σ* 357, § 51. *g* *I* 323 *M* 218 *Ω* 219 al.; gen. *ὄρνῑθοσ*, al. *h* *E* 71. *i* *P* 152. *j* *Ω* 707. *k* Molesta sunt *ἀγύρῑ* *Π* 661 *Ω* 141, *δυνάμῑ* *Ψ* 891, *Θέτῑ* *Σ* 407, *νεμέσσῑ* *Z* 335 (leg. *νεμεσσῶν*, § 36), *πόσῑ* *ο* 555 *τ* 95 l. a. *λ* 430, *παρακοίτῑ* *γ* 381, *πόλῑ* *Ω* 706 *ζ* 9. *l* *Z* 240. *m* G. Meyer[2] 346 suspicatus est primitus terminos -ῑσ et ῡσ fuisse stirpium in *brevem* vocalem, terminos -ιασ et -υασ stirpium in *longam* desinentium, -ῑσ et -ῡσ igitur ex -ῐνσ et -ῠνσ, -ιασ et -υασ ex -ῑϳνσ et -ῡϝνσ esse nata, quae permixta esse ante tempus Homeri; hic enim promiscue usurpavit. Cui opinioni favet terminorum biformium -νται sive -αται et -ντο sive -ατο in verborum flexione usus epicus, § 119. *n* De sono τ mobili pag. 108 *r*. *o* *Π* 395 al. Alcaei fr. 23 al., *πόλευσ* Theogn. 776 al. *p* *Γ* 50 (*Ω* 706?) Tyrt. 12[15] al. *q* *Δ* 45, 51 *τ* 174 h. 10, 3 Apoll. Rh. II 373 al. *r* *ρ* 486 Hes. Clip. 105. *s* *O* 558 al. *t* *B* 806. Item Gortyn. 4991 *πολιᾶται* et *πολιατεύεν*, *πολιανόμοι* Heracl. 4629. *u* § 8. *v* *B* 811 *Φ* 567. *w* *ϑ* 560, 574, leg. *πόλῑσ*.

οἰῶν. Quorum versuum nonnulli signo diaereseos appicto sanari possunt[a], ceteri suspicionem movent[b], sed non omnium certa est medela[c].

Pro ὄεσσι leg. ὄϊσσι[d], pro ἄρσενεσ ὄϊεσ versus initio ὄϊεσ ἄρσενεσ[e]. Etiam οἴεσιν vitio est natum[f].

Leo nonnullis Iliadis locis audit λίσ[g], acc. λίν[h], dat. plur. λίεσσι[i]. Sed multo pluribus carminum epicorum locis designatus est nomine producto[j], quod postea solum ei obtigit: λέων[k], λέοντα, cet., λέουσι[l].

Etiam *adiectivorum* nonnullorum stirps in ι desinebat: ϝίδριϲ, ἄϝιδριϲ, πολύϝιδριϲ[m], νῆστιϲ[n]. Item εὔνιϲ[o], θέσπιϲ[p], τρόφι[q], quorum stirps ex epicis carminibus cognosci non potest. Vocis ἦνιϲ, ut vis, sic et stirpis sonus finalis ignoratur[r].

IV. De stirpibus in υ.

§ 75. Substantivorum in -υϲ desinentium accusativus plur. desinebat in -ῡϲ, ut apud posteros, vel in -υαϲ, ex. gr. νέκῡϲ sive νέκυαϲ[s]. Accusativum πελέκεαϲ in πελέκῡϲ mutari iubent numeri[t].

Dativus singularis plerorumque est contractus: θρήνυι[u], ἰξυῖ[v], νέκυι[w], ὀϊζυῖ[x], ὀρχηστυῖ[y], πληθυῖ[z], Ἴσχυι[a], Φόρκυι[b]. Sed dativorum δρυΐ[c], συΐ[d] sive ὑΐ[e], νηδυΐ[f] soni υ et ι non confluxerunt.

Substantivorum in -ῡϲ desinentium vocalis υ longa erat in numeri singularis nominativo, accusativo, vocativo[g], item in adverbio βοτρῡδόν[h].

---

a Γ 198 Ο 373 ι 167, 441, 443 υ 3. b Disyllabam formam ὄϊ Ionibus aequalibus tribuit comicus Pac. 930. c Λ 696 Ο 323 Σ 588 Χ 501 ι 448 λ 402 μ 129, 266, 299 ο 386 υ 142 φ 408 ω 112; pro πώεα οἰῶν Λ 678 ξ 100 recte l. a. π. μήλων. d Ζ 25 Λ 106 ι 418, pag. 173 *a*. e ι 425, § 22. f ο 386, § 64. g Λ 239 Ο 275 Ρ 109 Σ 318. A stirpe λιϝ. h Λ 480; item Eur. Bacch. 1174 Theocr. XIII 6.

i Ε 782 Η 256 Ο 592. Codd. λείουσι, sed λίεσ et λίεσιν (leg. λῖεσ et λίεσσιν?) dixit Callimachus (Et. M. s. v. λίσ), cui vera lectio videtur fuisse cognita. j Stirps λιϝ-οντ abiit in λε(ϝ)οντ. k Leaenam a mare non distinguebat dictio epica, schol. Ρ 133 Σ 319 Φ 483. l Χ 262 h. Merc. 569. m § 212. n § 90 et 307.

o Χ 44 ι 524. p ρ 385. q Λ 307, plur. τρόφιεσ Herodot. IV 9.

r ἦνιν Κ 292 γ 382, acc. plur. ἦνισ Ζ 94, 275, 309. Numeri sinunt scribi ἤνιδα (ut ἔριδα pro ἔριν, § 66) et ἤνιδασ. s Pag. 182 *m*. t Ψ 114, 851, 856, 882 τ 573 φ 120, 260, § 8. Eodem vitio laborat πολέασ § 83[9]. u ρ 504. v ε 231 κ 544. w Π 526, 565 Ω 108. x η 270. y θ 253 ρ 605. z Χ 458 λ 514 π 105. a H. Ap. 210. b Hes. Theog. (270? et) 333. Similia sunt γένυι Pind. Ol. XIII 121, ἰλυῖ Theognid. 961, Δέρμυι inscr. Boeot. 875. Genitivum plur. in -ῡν tragicis tribuebat Dindorf Aesch. Sept. 122 Eur. Iph. Taur. 931, 970, 1456.

c Σ 558. d Λ 293 Ρ 281. e Δ 253. f Υ 486, l. a. πνεύμονι.

g Spitzner de versu Her. 67. Syllabae -ῡσ et -ῡν *thesin* explent Ζ 79 Λ 305 Υ 421 Φ 127, 303 σ 407 Hes. Theog. 214 Clip. 264, *arsin* Δ 492 al. h Β 89.

Ante vocales vero sonus *υ* corripiebatur: *-υοσ*, *-υεσ*, *-υασ*, *-ύων*, item in dativo numeri pluralis: *-υσι*, ex. gr. *ὀφρύσι*[a], *ἰχθύσι*[b], vel, ampliore et vetustiore suffixi forma -(ε)σσι stirpi adiecta: *νέκυσσι* sive *νεκύεσσι*, *γένυσσι*, *πίτυσσι*[c]. Unum *ἰλῦοσ* sonum *ῡ* servavit intactum[d].

Barytonorum nonnullorum[e] sonus *υ* brevis erat: *γῆρυσ*, *μελίγηρυσ*, *ϝίτυσ*, *θρῆνυσ*, *κἶκυσ*, *ἄκῑκυσ*, *γρῆϋσ*[f].

Vocis *βοῦσ* flexio nihil habebat insoliti. Accusativi numeri pluralis gemellae erant formae *βοῦσ* et *βόασ*, dativi *βουσί* et *βόεσσι*, utraeque autem multis locis sunt usurpatae[g].

Nominis *γρῆϋσ* dativus erat *γρηΐ*, vocativus *γρῆϋ*[h]. Monosyllaba *γρηῦσ* et *γρηῦ* dirimenda sunt: *γρῆϋσ* et *γρῆϋ*[i].

Vox *νηῦσ* sic flectebatur:

N.	*νηῦσ*	*νῆεσ* sive *νέεσ*[k]
A.	*νῆα*[j]	*νῆασ* „ *νέασ*[k]
G.	*νηόσ* sive *νεόσ*[j]	*νηῶν* „ *νεῶν*[k]
D.	*νηΐ.*	*νήεσσι* „ *νέεσσι*[k] sive *νηυσί.*

Addito suffixo *-φι(ν)*: *ναῦφι(ν)*[l].

Vocabulorum *ϝάστυ* et *πῶϋ* in carminibus epicis hae sunt figurae: *ϝάστυ*, *ϝάστεοσ*, *ϝάστεΐ*, *ϝάστεα*, *πῶϋ*, *πώεα*, *πώεσι.*

In *-υ* desinebant etiam *μέθυ*[m], *γόνυ*[n], *δόρυ*[n], *δάκρυ*[o].

Adiectivorum in *-υσ*, *-υ*, *-εια* desinentium masculinum et neutrum sic flectebantur:

N.	*ταχύσ*	*ταχύ,*	*ταχέε,*	*ταχέεσ*	*ταχέα*
A.	*ταχύν*	„	„	*ταχέασ*	„
G.	*ταχέοσ*			*ταχέων*	
D.	*ταχέϊ*[p]			*ταχέεσσι.*	
V.	*ταχύ.*				

---

a *Α* 528 al. *b* *Τ* 268 al. *c* Deleto altero sigma *νέκῡσι*, *γένῡσι*, *πίτῡσι* scribi iusserunt Brugmann Gr. Gramm. § 90, Schulze Quaest. Ep. 132, alii (primariam suffixi formam *-σσι* fuisse negantes, § 64). *d* *Φ* 318. Alia est ratio genitivi *δρυόσ* hexametrum incipientis Hes. Oper. 436, § 22. *e* Item Eur. Herc. 5 *στάχῡσ*, Electr. 1213 fr. 530 *γένῡσ*, similia. Dubia res est in vocibus *νέκυσ* *Δ* 492 al., *πέλεκυσ* *Ρ* 520, *πίτυσ*, vHartel Hom. Stud. I 449.
f Nota *i*. *g* Novicium est *βοῶν* Hes. Theog. 983, § 8. *h* Gen. *γρηόσ* *α* 438, l. a. *γραίησ*. Accusativus non invenitur. *i* Correpto sono *η*, § 17. Fieri id iubet metrum *τ* 383 (pag. 82 *w*), sinit *τ* 346 *χ* 411, vetat *ω* 389. *j* Pro *νέα μέν μοι* *ι* 283 leg. *νῆ' ἠμήν*, § 8. *k* § 17. *l* *Β* 794 al.; de diphthongo *ηυ* sive *αυ* pag. 57 *o*.
m Non nisi nominativus et accusativus leguntur. *n* § 68. *o* § 83[6].
p Vocalis *ι* elisa est *Η* 86 *ω* 82, *πλατέ'(ϊ)*, codd. *πλατεῖ*, pag. 76—78.

Adiectivi εὐρύσ accusativus sing. masc. plerisque locis est εὐρύν, solito more formatus, sed εὐρέα in locutionibus εὐρέα πόντον et εὐρέα κόλπον [a].

Femininum horum adiectivorum ita flectebatur ut postea, nisi quod discrepant haec:

βαθύσ, fem. acc. βαθέην [b], gen. βαθέησ [c], sed etiam βαθεῖαν, βαθείησ, cet.

ὠκύσ, fem. ὠκέα [d], sed ὠκεῖαι, al.

αἰπύσ, fem. αἰπήν [e], sed etiam αἰπεῖα, αἰπεῖαν. Neutrum plur. αἰπά [f]. A forma αἰπή substantivi loco usurpata ductum est novum adiectivum αἰπήεισ *scopulosus* [g].

πρέσβυσ [h], fem. πρέσβα [i].

Eadem ratione, qua αἰπά, formata sunt: θαμά, λίγα, τάχα, ὦκα [j], ab adiectivis θαμύσ [k], λιγύσ, ταχύσ, ὠκύσ ducta. Quae pluralia vice adverbiorum functa sunt, ut alia multa [l].

Masculini formae θῆλυσ et ϝηδύσ uno et altero loco cum feminini generis substantivis sunt coniunctae [m].

Biforme fuit adiectivum ἠΰσ sive ἐΰσ, acc. ἠΰν sive ἐΰν, neutr. ἠΰ sive ἐΰ. Initialis enim sonus saepe est correptus [n]. Ab eadem stirpe ducti sunt genitivus sing. ἐῆοσ [o] et genitivus plur. ἐάων substantivi feminini ceteroquin ignoti [p] ἐ(ϝ)ή *bonum*.

Neutri sing. forma correpta et interdum contracta ἐΰ sive εὖ usurpata est adverbii loco, ut apud posteros.

In compositis plerisque ἠϋ- abiit in ἐϋ-, sed metro defensum sonum ἠ- integrum servarunt ἠϋγένειοσ [q], ἠϋγενήσ [r], ἠΰκομοσ [s], ἠϋπάτειρα [t].

§ 76. Quae in -εύσ desinebant substantiva, vocalem η stirpi propriam in dictione epica ante vocales servabant. Sic igitur sunt flexa:

---

a Z 291 I 72 Σ 140 Φ 125 δ 435 ω 118. *b* Π 766, codd. βαθέην. *c* E 142 O 606 Φ 213, § 17. *d* In clausulis ποδήνεμοσ ὠκέα Ϝῖρισ B 786 al. et πόδασ ὠκέα Ϝῖρισ B 790 al.; pro ὠκέα δ' Ἶρισ Ψ 198 recte l. a. ὦκα δὲ Ϝῖρισ. *e* N 625 al. *f* Θ 369 Φ 9. *g* Φ 87, pag. 176. *h* Masculini non nisi comparativus et superlativus πρεσβύτεροσ et -τατοσ apud H. inveniuntur. *i* E 721 al. *j* Item apud posteros κάρτα ab adiectivo (καρτύσ) κρατύσ Π 181 al., pag. 115 *j*. *k* Sing. θαμύσ non extat, plur. θαμέεσ, θαμέασ, θαμέσι K 264 ξ 12 ε 252 al., femininum θαμεῖαι, -ᾶσ A 52 M 44 al., quod olim non recte scribebatur θαμειαί, θαμειάσ ut a masculino θαμειόσ ductum, Lehrs Arist.[2] 259; item ταρφειαί, -άσ T 357, 359 M 158 leg. ταρφεῖαι, ταρφειᾶσ, a masculino (ταρφύσ) ταρφέεσ Δ 387 al., pag. 115 *v*. *l* § 320. *m* Pag. 161 *a—c*. *n* § 17. *o* A 393 al.; l. a. ἑοῖο, quod fuere qui defenderent, secundae quoque primaeque personis hoc possessivum aptum fuisse rati, § 95. *p* Ω 528 θ 325, 335 Hes. Theog. 46, 111, 633, 664. Multi olim scripserunt ἑάων et ἑῆοσ. *q* λῖσ sive λέων. *r* H. Ven. 94. *s* Mulierum epitheton. *t* Z 292 λ 235 χ 227, codd. εὐπατέρειαν et -ρῃ. Voce εὐπάτειρα etiam Menander videtur usus esse fr. 616, Schulze Quaest. Ep. 33.

N.	*βασιλεύσ*	*βασιλῆε*[a]	*βασιλῆεσ*
A.	*βασιλῆα*		*βασιλῆασ*
G.	*βασιλῆοσ*		*βασιλήων*
D.	*βασιλῆϊ*		*βασιλεῦσι*
V.	*βασιλεῦ.*		

In propriis nominibus sonus *η* hic illic correptus est, cuiusmodi locis *ε* scribi solet[b]; item in genitivo *τοκέων*[c]. Duo autem nomina propria nusquam non brevem habent stirpis sonum finalem in acc., gen., dat.:

Ἀτρεύσ[d], *Ἀτρέοσ*[e], *Ἀτρέϊ*[f] cum patronymico *Ἀτρεΐδησ* sive *Ἀτρεΐων*[g].
Τῡδεύσ[h], *Τῡδέα*[i], *Τῡδέοσ*[j], *Τῡδέϊ*[k] cum patronymico *Τῡδεΐδησ.*
Item, quod uno loco apud H. invenitur nomen proprium: *Πορθέϊ*[l].
In *-εσσι* unum *ἀριστήεσσι* excurrit[m].

Nominativus et vocativus singularis numeri et dativus pluralis in textu tradito minus recte scripti esse videntur, dicta enim esse *-ηύσ*, *-ηῦ*, *-ηῦσι*[n], quemadmodum dicebantur *νηῦσ* et *νηυσί.* Ceteris frequentius usurpatum est *βασιλεύσ*, quod primitus fuit *βασιλᾱύσ*[o], teste dialecti Eleae voce *βασιλᾱεσ*[p], et deus *Ζεύσ* olim audivit *Djāúsq*[q]. Proxime autem cognata fuere nomina in *-ησ* desinentia, quorum stirps in *-ᾱυ* desiit primitus[r]. Similia docent: nominum *ἱερεύσ* et *γραφεύσ* figura Cypriea atque Arcadica *ἱερήσ* sive *ἰαρήσ*, *γραφήσ*[s]; deus *Ἄρησ* ab Aeolibus *Ἄρευσ* vocatus[t]; nominativo *Ζεύσ* accusativus *Ζῆν* in carminibus epicis adiunctus[u]; suffixa gemella *prolem* indicantia *-ίδησ* (hominum) et *-ιδεύσ* (bestiarum)[v].

---

a *ϑ* 312 *σ* 64. *b* *Α* 264 sq. *Β* 782 al., § 17. Qua licentia metrica poetae epici raro sunt usi. Sic nominum *Achillis* et *Ulixis* passim obviorum *nusquam* extant formae breviores *Ἀχιλλέα* (nisi l. a. *Φ* 550), *-έοσ*, *-έϊ* (corruptum est *-εῖ* *Ψ* 792, pag. 187 *z*), *Ὀδυσσέϊ*, non nisi *ζ* 212 *ρ* 301 extat *Ὀδυσσέα*, quod *Ὀδυσσῆ'(α)* scribi, ut *Ὀδυσῆ'(α)* *ε* 336 al., altero loco metrum sinit, altero iubet, uno loco *Δ* 491 *Ὀδυσσέοσ.* *c* *Φ* 587; *Ο* 660 praeferenda est l. a. *τεκέων*, Schulze Quaest. Ep. 457, 3. Simile est *γονέων* h. Cer. 241, vitiosum *βασιλέων* Hes. Oper. 261, § 8. *d* *Β* 106, id quod *Ἄτρεστοσ* sive *qui cedere nescit*, unde nomen *Ἀτρεστίδασ* Arcad. 1181. A stirpe *ἀτρεσ* ducta sunt *Ἀτρέα*, *Ἀτρέοσ*, *Ἀτρέϊ*, *Ἀτρεΐδησ*, duci poterat nominativus *Ἀτρήσ.* Similis fuit flexio nominis *Ἄρησ* § 73. *e* *Β* 23 al. *f* *Β* 105. *g* Pag. 187 a. *h* *Δ* 387 al. *i* *Ζ* 222. *j* *Β* 406 al. *k* *Δ* 372 al. *l* *Ξ* 115. Recentioribus hic heros modo *Πορθεύσ* modo *Πορθᾱ(ϝ)ων* audivit. *m* *Α* 227 al.; nominativus *ἀριστεύσ* apud Homerum non extat. *n* Ahrens Philol. 1876, 16 (= kl. Schr. I 195). *o* A stirpibus *βασι* (*βῆσαι*) et *λᾱόσ* ductum id quod *ἀρχᾱγέτᾱν* sive *Ἀγεσίλᾱον* sive *ducem populi* (*Herzog*) videtur significare (Curtius); multi tamen haud Graecum nomen nunc ducunt (Wackernagel Sprachl. Unters. 1916, 212). Simile est nomen *Ἡγήσανδροσ*, nec non nomina *Λευτυχίδησ* et *λῃτουργία* ad rem illustrandam sunt utilia. *p* El. 1152. *q* § 80. *r* Pag. 163 sq.; etiam *Ἀντιφάτησ*, acc. *-τῆα* *κ* 114, *Γηρυόνησ*, acc. *-νῆα* Hes. Theog. 287, *Χρύσησ* cum patronymico *Χρυσηΐσ* huc faciunt. *s* Cypr. 33 Arcad. 1230 sq., 1235 sq. *t* Pag. 180 *q*. Nominibus propriis *Μελανθεύσ* et *Μενεσθευσ* fuit altera forma in *-ιοσ*: *Μελάνθιοσ* et *Μενέσθιοσ.* Etiam substantivum *ἡνίοχοσ*, *ἡνιοχῆα*, *-χῆεσ* fuit biforme. *u* § 80. *v* Ex. gr. Ar. Ach. 866. Apud Homerum non extat.

Olim igitur *βασιλᾶϝα* sive *-λῆϝα* et similia dicta sunt. Sed sonum *ϝ* ante Homeri aetatem obmutuisse testatur paenultima eiusmodi nominum syllaba in nonnullis versibus correpta, quod nisi ante *vocalem* fieri non poterat[a]. Non recte igitur *τοκῆϝεσ* vel *Πηλῆϝα* in carminibus epicis proferat aliquis, et plane absurdum foret *τοκέϝων* vel *Πηλεϝίδησ*[b].

Errabant enim qui perhibuerunt horum substantivorum sonum *e* sua natura *brevem* fuisse, sed in carminibus epicis *metri* causa esse productum[c]. Quae opinio praepostera refutatur ipsis carminibus, in quibus horum nominum sonus *-η-* non solam arsin sed et thesin passim explet, et dictionis pedestris in lapidibus verbis *Ἰδαμενῆοσ*[d], *βασιλεῖοσ*[e], *βασιλᾶεσ*[f], *βασίλησ*, *-ληασ*, *-λήων*, *-λήεσσι*[g], *Πολιῆϊ*[h], *ἱερῆϊ*[i], *Μαχανῆϊ*[j], *Ἀλκηΐδεσ*[k], *Ἀμφιαρηΐδεσ*[l], *Ὠπωρεῖι*[m], *Πτωιεῖοσ*[n], et cum littera digamma *Πτωιεῖϝι*[o].

Corruptae sunt formae *contractae* vel per *synizesin* proferendae[p]: *Μηκιστῆ*[q], *Ὀδυσῆ*[r], *Τυδῆ*[s], *Ἰδομενεῦσ*[t], *Μηκιστέοσ* vel *-έωσ*[u], *Ὀδυσεῦσ*[v], *Πηλέοσ* vel *Πηλέωσ*[w], *Ἀχιλλεῖ*[x], *Ὀδυσεῖ*[y], *ἱππεῖσ*[z].

A nominibus in *-εύσ* desinentibus ducta sunt:

a) adiectiva possessiva in *-ήϊοσ*, ex. gr. *βασιλήϊοσ*, *Πηλήϊοσ*, *Νηλήϊοσ*.

b) patronymica masculina in *-ηϊάδησ*, *-εΐδησ*, *-εΐων*, gen. *-εΐωνοσ*. Ex. gr:
Πηλεύσ, *Πηληϊάδησ*, *Πηλεΐδησ*, *Πηλεΐων*.
Νηλεύσ, *Νηληϊάδησ*, *Νηλεΐδησ*.
Ἀτρεύσ, — *Ἀτρεΐδησ*, *Ἀτρεΐων*[a].

c) adiectiva et patronymica feminina in *-ηΐσ*[b], gen. *-ηΐδοσ*, ex. gr. *βασιληΐσ*[c], *Βρισηΐσ*, *Κισσηΐσ*.

---

a Pag. 136 *b*. *b* Pag. 135 *j*. Ex. gr. in edicto Gortynio vocis *ϝοικεύσ* genitivus est *ϝοικέοσ*, non *ϝοικέϝοσ*. *c* Opinionem intermortuam defendebat E. I. Haupt de nominum in *-εύσ* exeuntium flexione Homerica, 1883; cf. Mnemos. 1889, 202. In lingua epica brevis vocalis produci non poterat eiusdem vocis sono *ϝ*. Schulze Quaest. Hom. 1887 cap. I, Quaest. Ep. 1891, 52 sqq. *d* Rhod. 4230. *e* Thess. 345. *f* El. 1152. *g* Lesb. 304. *h* Dor. 3636[42]. *i* Ibid.[50], 3641. *j* Ibid. 3637. *k* Ibid. 3636. *l* Ibid. 3639. *m* Boeot. 567. *n* Ibid. 569. *o* Boeot., Kühner-Blass I 450. *p* § 7 sq.; ex Hesiodo accedunt *Προμηθέα* et *Ἐπιμηθέα* Theog. 510 sq., *βασιλεῖσ* Oper. 248, 263, *βασιλέων* 261. *q* *Ο* 339. *r* *τ* 136. *s* *Δ* 384. *t* L. a. *Ν* 424. *u* *Μηκιστέοσ* vel *-τέωσ υἱόσ* *Β* 566 *Ψ* 678, leg. *Μηκιστῆοσ υἱόσ*, § 17. *v* *ω* 398. *w* *Πηλέοσ* vel *-λέωσ υἱόσ* (*υἱέ*) *Λ* 489 *Π* 21 *Τ* 216 *λ* 478 leg. *Πηλῆοσ υἱόσ* (*υἱέ*), § 17. *x* *Ψ* 792. *y* *ε* 398 *ν* 35, codd. meliores *Ὀδυσῆ'*(ϊ); cf. *Ἄρη*(ϊ) *Φ* 112, 431, pag. 78 *p*, 180 *k*. Pro *Ὀδυσῆ'*(α) *ο* 157 male l. a. *Ὀδυσεῖ*. *z* *Δ* 151. a Patronymicis in *-ίων* congruit femininum *Ἀκρισιώνη* *Ξ* 319, quocum cf. suffixum *-ίνη* nominum *Ἀδρηστίνη* et *Εὐηνίνη*. Masculinis suffixis ambobus ornata sunt *Ὑπεριονίδησ Solis* nomen *μ* 176, *Ταλαϊονίδησ* sive *Talai filius* *Β* 566, *Ἰαπετιονίδησ* sive *Iapeti f.* Hes. Theog. 528 al. b Idem suffixum inest nominibus *Δαρδανίδεσ* et *Ἀχαιίδεσ* sive *-ιάδεσ*, quod idem valet atque *Ἀχαιαί*, quemadmodum *Δάρδανοι* *Η* 414 *Θ* 154 dicti sunt *Δαρδανίωνεσ* et *Ἀχαιοί* passim audiunt *υἷεσ Ἀχαιῶν*. Ceterum patronymica usu tantum, non origine, disiuncta sunt ab *adiectivis possessivis*; nam quemadmodum *Κισσηΐσ* dicta est quae *Cisseo* est *propria* (*φίλη*, § 95), hinc eius filia, sic *Τελαμώνιοσ Αἴασ* poetis epicis vocatus est *Telamonis filius*, *Νηλήϊοσ* iis fuit *Nelei filius* Nestor, *Ποιάντιοσ υἱόσ* audivit *Poeantis filius* Philoctetes. Suffixum *-ιων*(ῐ) etiam *comparativi* fuit, § 85 et 88. c *Ζ* 193.

Varietatis in patronymicorum masculinorum conformatione obtinentis causa fuit metrum. Ipsa lingua praebebat suffixa *-ίων* et *-ίδησ*[a] et, quod in epica dictione non est usurpatum, *-ιδέοσ* (Att. *-ιδοῦσ*); sed forma *Πηληΐων* vel *Πηληΐδησ*[b] non admittebatur numeris dactylicis. Quapropter aut, correpta syllaba antepaenultima, dicta sunt *Πηλῆΐων* et *Πηλῆΐδησ*, quae scribi solent *Πηλεΐων* et *Πηλεΐδησ*[c], aut, inserta vocali, *Πηληϊάδησ*[d]. Simili vel etiam maiore libertate a nomine proprio *Πείραιοσ*[e] ductum est patronymicum *Πειραΐδησ*[f], *Teuthrantis* filius audivit *Τευθρανίδησ*[g], *Deucalionis* filius *Δευκαλίδησ*[h], *Anthemionis* *Ἀνθεμίδησ*[i], et ab *Eleusīnis* nomine ductum est *Ἐλευσινίδησ*[j].

Metri autem causa quae a poetis *corripiebantur* vocales, eas non et cum vocali sequenti potuisse *confluere* clamat ratio; nam contrahi si licuisset, corripi non erat necesse. Contractionem lingua prius non tulit quam in ipsa dictione quotidiana sonus natura longus in brevem abiit; perperam autem perhibitum est „*ὅτι οὐδὲν πατρωνυμικὸν παρὰ τῶι ποιητῆι ἔχει πρὸ τέλουσ διεσταλμένον τὸ ἰῶτα ἀπὸ ἑτέρου φωνήεντοσ*"[k], e meris igitur spondeis constare hunc versum:

Ἀτρεΐδησ· τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου 'γουναζέσθην[l],

singulari autem artificio compositum esse versum sequentem:

ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενέσ, ὀλβιόδαιμον[m],

gradatim enim huius verba crescere „*κατὰ πρόσθεσιν συλλαβῆσ*"[n]. Nempe poeticae licentiae deberi vocis *Πηλῆοσ* et similium sonum *η* homines olim putabant, genuinam autem in dictione Homeri, ut in posterorum sermone, fuisse vocalem *ε*[o]. Contrarium obtinuisse sensit Brunck, nusquam enim non in carminibus epicis vocales *-εϊ-* separatim proferri posse, quippe quae in *thesi* semper et ubique sint collocatae[p]; distingui autem *iubent* horum vocabulorum origo et conformatio[q].

V. De tertiae declinationis vocabulis anomalis.

§ 77. Vocabula masculina *ϝῖδρώσ* et *χρώσ*, feminina *αἰδώσ* et *Ἠώσ* et quae in *-ώ* desinunt[r] sic flectebantur[s]:

χρώσ, χρόα, χροόσ, χροΐ.

Λητώ, Λητόα, Λητόοσ, Λητόϊ, Λητοῖ[t].

---

a Pag. 187. *b* In nummis Samiis legitur *Ἀρισστήιδησ*, Ion. 5721. *c* § 17. *d* Item *Ἀγχῑσιάδησ*, *Ἀμφιτρυωνιάδησ*, *Λᾱερτιάδησ*, *Λᾱομεδοντιάδησ*, al.; pro *'Οϊλιάδησ* *M* 365 al. leg. *'Οϊλεΐδησ*. *e* *ο* 539 sq. al. *f* *Δ* 228. *g* *Z* 13. *h* *M* 117 al. *i* *Δ* 473, 488. *j* H. Cer. 105. *k* Tyrannio ad *Δ* 228. *l* *Δ* 130, pag. 44 *b*. *m* *Γ* 182. *n* Pag. 38 *a*. *o* Pag. 31 sq. *p* Hoc argumento rem non confici ostendit Ludwich Arist. II 244 sqq. *q* Mnemos. 1889, 202 sqq. *r* *Propria* haec tantum non omnia sunt nomina. *s* Ahrens Kuhns Zschr. 1854, 81 sqq. (= kl. Schr. I 31 sqq.). *t* *Φ* 498. Cum vocativi termino *-οῖ* congruit nominativus in *-ώι* desinens,

Accusativo nominis χρώσ et altera fuit forma χρῶτα[a], genitivo altera forma χρωτόσ[b], quae formae solae usurpatae sunt postea et conferendae sunt cum voce φῶτα[c], aliis.

Epicis accusativi, genitivi, dativi formis in -όα, -όοσ, -όϊ desinentibus in textu tradito substitutae sunt formae contractae, quibus recentior aetas usa est: ἱδρῶ, ἱδρῶι, Ἠῶ, Ἠοῦσ, Λητοῖ, aliae. Quae haud paucis locis arguuntur metro. Nam verbis τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει[d] inest hiatus illicitus, legendum igitur est αἰδόα[e]; et vitiosi sunt qui in voces Ἠῶ δῖαν[f], Ἠῶ δ' αὖτε[g], ἐπ' Ἠῶ κοῖτον[h], Ἠῶ 'μίμνον et μίμνειν[i], ϝιδρῶ πολλόν[j], Λητοῦσ υἱόσ et υἷέ[k], αἰδοῖ ϝείκων[l] desinunt versus σπονδειάζοντεσ[m], quapropter legenda sunt Ἠόα, ϝιδρόα, Λητόοσ, αἰδόϊ.

Solvi nisi vicinis vocibus mutatis non possunt vocabula sequentia[n]:
Καλυψώ[o], Πηρώ[p], Τυρώ[q], κυκηῶ[r] sive κυκεῶ[s].
αἰδοῦσ[t], Ἠοῦσ[u], Λητοῦσ[v].
ἱδρῶι[w], Λητοῖ[x], Πυθοῖ[y], Ναυσικλειτοῖ[z].

Vocis χρηώ[a] formam parum epicam χρεώ haud paucis locis praebet textus traditus[b].

§ 78. Substantivum υἱόσ sic flectebatur:

Sing.	N. υἱόσ	Dual. υἷε	Plur.	υἱέεσ sive υἷεσ
	A. υἱόν sive υἷα			υἱέασ „ υἷασ
	G. υἱέοσ „ υἷοσ			υἱῶν
	D. υἱέϊ „ υἷι			υἱάσι
	V. υἱέ.			

Praeterea hic illic leguntur formae insolitae υἱέα, υἱοῦ, υἱοῖσι[c]. Contractae autem formae υἱεῖ, υἱεῖσ, υἱέων mutandae sunt in υἷι[d], υἷεσ vel υἱέεσ[e], υἱῶν[f].

Syllaba υἱ- haud raro correpta est[g].

---

quem multi praebent lapides: Αἰτώι Corinth. 3130, Διώι, Fιώι, Ηαμαθώι 3137, similia 3143, 3146, 3148, 3152, 3156, Ἰαρώι Cret. 5063 sq., Φιλυτώι Ion. 5452, Ἀριστώι [n]11.

a σ 172, 179 Hes. Oper. 556. Item ϝῑδρῶτα Hes. Oper. 289 (Homerus ϝῑδρόα Δ 27 al.). b Κ 575. c Δ 194 al. d Β 262. e Pag. 83 g. f Ι 240 al. g ψ 243. h Hes. Oper. 574. i Θ 565 σ 318. j Κ 574. k H. Merc. 243, 321 Hes. Clip. 202 h. Ap. 545. l Κ 238. m Pag. 45 x—a. n Ex Hesiodo accedunt αἰδῶ Oper. 324 et Κητοῦσ Theog. 336. o ψ 333. p λ 287. q λ 235. r Λ 624, 641, codd. κυκειῶ. s κ 290, 316 h. Cer. 210. Postea dictum est κυκεών, -ῶνοσ. t υ 171. u Θ 470, 525 δ 188 Hes. Oper. 724, 821. v Α 9 Ξ 327. w Ρ 745. x Ω 607, pag. 113 x. y Ι 405, leg. Πυθῶν'(ι). Sed ϑ 80 Πῡθό'(ϊ) potest legi, pag. 78 p, ut Πυθόαδ'(ε) λ 581. z L. a. ζ 22. a Codd. χρειώ. b Pag. 69 a. c Ν 350 χ 238 τ 418, leg. υἱόν, υἷοσ, υἷεσσι? d Π 177 Φ 34 Χ 302 (recte pars codicum), Hermann ad h. Ap. 48. e υἷεσ Ε 464 ο 248 ω 387, υἱέεσ ω 497; corr. Knight. f ω 223 (recte cod. antiquissimus); υἱῶν recte traditum est Φ 587 Χ 44. g Pag. 87 h.

§ 79. Nominum in *-ηϱ* desinentium et *syncopen* quae dicitur passorum plerisque carminum epicorum locis ea est flexio quae et postea fuit; sed praeterea hae formae a vulgaribus discrepantes sunt usurpatae:

πατέϱοσ[a], *πατέϱι*[b], *πατϱῶν*[c].

μητέϱοσ, *μητέϱι*.

ϑύγατϱα, *ϑυγατέϱοσ*[d], *ϑυγατέϱ᾽(ι)*[e], *ϑύγατϱεσ*, *ϑύγατϱασ*, *ϑυγατϱῶν*, *ϑυγατέϱεσσι*[f].

ἀνέϱα, *ἀνέϱοσ*, *ἀνέϱι*, *ἀνέϱε*, *ἀνέϱεσ*, *ἀνέϱασ*[g], *ἄνδϱεσσι*.

γαστέϱοσ, *γαστέϱι*.

Δημήτεϱοσ.

Etiam vocis *ἀστήϱ* dat. plur. *ἀστϱάσι* ita est conformatus, et genitivum *δα̃έϱων* parum epicum[h] ad horum nominum exemplum refingi sunt qui iubeant; alii adverbium *ἀγκάσ* perperam interpretati sunt *ἀγκάσ᾽(ι)*[i].

Similis fuit flexio vocis *ϝαϱήν*[j], *ϝάϱνα* cet., et in VI[1] saeculi lapidibus Atticis et apud Pindarum vocis *φϱήν* dativus est *φϱασί*[k].

§ 80. *Iovis* nominis in carminibus epicis praeter formas vulgares *Ζεύσ*, *Ζεῦ*, *Δία*, *Διόσ*, *Διί*[l] passim usurpatas et hae inveniuntur multo rariores: *Ζῆνα*, *Ζηνόσ*, *Ζηνί*[m].

In nonnullorum autem versuum exitu legitur accusativus monosyllabus *Ζῆν*[n]. Quem Aristarchus *Ζῆ | ν᾽(α)* scribebat[o], quia disyllabum *Ζῆνα* integrum legitur alibi[p] et locis laudatis versus proximus a vocali incipit. Sed versus heroici syllaba finalis in Graecorum poesi nusquam alibi invenitur elisa, in exitu autem versuum etiam perantiqua vox *δῶ* pro vulgari *δῶμα* est usurpata[q]. Non decurtatum sed integrum est *Ζῆν*: a stirpe *ζη(ϝ)* hic accusativus ita est ductus ut *diēm* a stirpe vocis *diēs*[r], dein — sed diu ante aetatem Homeri — peperit genitivum et dativum metaplastos *Ζηνόσ*[s] et *Ζηνί*, ad quorum exemplum novus accusativus *Ζῆν-α* est confictus[t], quemadmodum pronominis *τι-σ* priscus accusativus *τιν* peperit genitivum *τιν-όσ*, dativum *τιν-ί*, novum accusa-

---

a λ 501. *b* E 156 Ω 37 γ 39. *c* δ 687 ϑ 245. *d* De syllaba *ϑυ-* arsin obtinenti § 21. *e* κ 106 ο 364, pag. 76 c. *f* O 197. *g* De sono *ᾰ̄-* pag. 89 *h*.

h Pag. 69 e. *i* § 84. *j* Pag. 117 *a*. *k* Ex *φϱνσί* natus. Etiam in epicis carminibus *φϱασί* scribi iussit Bechtel. *l* Primitus *Δι(ᾱ)ϝ-*, pag. 135 *n*. *m* *Ζην-* : *Δι-* = 1 : 9. *n* In locutione *εὐϱύϝοπα Ζῆν* Θ 206 Ξ 265 Ω 331 Hes. Theog. 884, etiam propter epitheti formam memorabili, § 83[3]. *o* Nicanor ad Θ 206. Quod exemplum secutus Vergilius complurium versuum sonum finalem elisione suppressit: *precanti'(a)* Aen. VII 237, *humor'(em)* Georg. I 295, *Latinor'(um)* Aen. VII 160, fortasse et *sulphur'(a)* Georg. III 449 et *horrid'(a)* II 69. Praeterea *-que* in versuum fine saepius est elisum. *p* Ξ 157 ω 472. *q* § 84. *r* *Diespiter*. Nominativus *Ζᾱ́σ* (*diēs*) in Pherecydis fragmentis Diog. Laërt. I 119 et Clem. Strom. VI 9 (= New classical Fragments 1897 tab. 4). Similia pag. 186.

s *Ζᾱνόσ* in lapide Chio [n]53. *t* In lapidibus Creticis *Τᾶνα*, *Τῆνα*, *Δῆνα*. Simili metaplasmo debetur nominativus *Ζᾶν* Doricus.

tivum *τιν-ά*[a]. Veri autem est simile etiam in *mediis* versibus[b] ante vocalem dictum non esse *Ζῆν'(α)*, sed *Ζῆν*, vel potius *Ζήν*, nam quid sibi vult circumflexus?

§ 81. Vox *χείρ* ita ut postea flectebatur, sed insuper usurpatae sunt dativi formae *χερί*[c] et *χείρεσσι*[d].

§ 82. A lingua recentiore aliena fuerunt epica haec substantiva duo:

1) *κάρη* (neutrum) *caput*[e]. Integra stirps *καρᾱατ*[f] superest in formis rarissimis *καρήατοσ*[g], *καρήατι*[h], *καρήατα*[i], sed multo frequentiores sunt formae altero utro stirpis alpha vel utroque carentes:

(*καρητ*) nom. et acc. *κάρη*[j], gen. *κάρητοσ*[k], dat. *κάρητι*[l].

(*κρᾱατ*) gen. *κρᾱ́ατοσ*[m], dat. *κρᾱ́ατι*[n], plur. *κρᾱ́ατα*[o].

(*κρᾱτ*) gen. *κρᾱτόσ*[p], dat. *κρᾱτί*, plur. *κρᾱ́τα*[q], *κρᾱ́των*[r], *κρᾱσί*[s].

In plurali autem numero tantum non semper dicta sunt *κάρηνα* et *καρήνων*[t].

Ab eadem stirpe sunt ducta *ἐπὶ κάρ*[u] et forma metaplasta *ὑπὸ κρᾱ́τεσφι* *sub capite*[v]. Pro *κατὰ κρῆθεν*[w] legendum videtur *κατ' ἄκρηθεν*[x] collata locutione gemella *κατ' ἄκρησ*[y].

2) *λᾶασ* *saxum*[z], acc. *λᾶαν*, gen. *λᾶοσ*, dat. *λᾶϊ*, dual. *λᾶε*, plur. *λᾱ́ων*, *λᾱ́εσσι*. Cohaerent *λᾶϊγξ*[a], *λᾱ́ϊνοσ*[b] sive *λᾱΐνεοσ*[c], *λεύειν*[d].

---

a § 99. *b* *E* 756 *Θ* 22 *P* 339 *Ψ* 43 *υ* 339 Hes. Theog. 568. *c* *Θ* 289 *Υ* 182 *Ω* 101. *d* *Γ* 271 al.; de *χείρεσι* *Υ* 468 forma vitiosa § 64. *e* Apud Pindarum et tragicos *κάρᾱ*. Vox vetusta etiam postea servata est in vocibus *κάτω κάρᾱ*, *καρᾱδοκεῖν*, *καρηβαρίᾱ*, *-ρικόσ*, *κραιπάλη* (Poll. II 41), *ὀλέκρᾱνον* (Ar. Pac. 443 al.), *ἡμίκραιρα* (Thesm. 227).

f Cognata sunt *κέρασ*, *κόρυσ*, alia. *g* *Ψ* 44. *h* *Τ* 405 *Χ* 205 h. Cer. 169 Hes. Theog. 577. *i* *Λ* 309 *P* 437. *j* Dat. metaplastus *κάρῃ* sive *κάρᾱι* Theognid. 1024 Aesch. Eum. 176 Soph. Ant. 1272 Eur. Andr. 110 al. *k* *ζ* 230 *ψ* 157. *l* *Ο* 75 h. Cer. 467. *m* *Ξ* 177. *n* *χ* 218 (*ι* 490? pag. 100 j). *o* *Τ* 93. Hinc ductum est *κρήδεμνον* pag. 75 *h*. Etiam *κρᾱαίνω* § 267 cohaeret. *p* L. a. *κρητόσ* schol. *Α* 530, pag. 58 *b*.

q *ϑ* 92, ubi sitne *pluralis* numeri haec forma an *singularis*, dubitari sinit verborum contextus. Hinc factum est ut *κρᾶτα* pro singulari usurparent Pind. Pyth. XII 28 Soph. Ant. 764 Eur. Hipp. 1203 al., Homerum ea in re imitari sibi visi. *Masculini* generis hunc accusativum habuerunt Soph. Phil. 1207 (?) Eur. fr. 243 Apoll. Rh. II 93 Theocr. XXV 232, et pluralis numeri accusativum huic congruum *κρᾶτασ* usurpavit Eur. Phoen. 1149 Herc. 526. *r* *χ* 309 *ω* 185. *s* *Κ* 152. *t* Composita in *-κάρηνοσ*: *οὐλοκάρηνοσ* et *ὑψικάρηνοσ*, apud posteros autem in *-κρᾱνοσ*, ex. gr. *τρίκρᾱνοσ*, *κιόκρᾱνοσ* Xen. Hell. IV 4 § 5. Etiamnunc vivit prisca vox in montis *Krn* (*Kärnten*) nomine. *u* *Π* 392.

v *Κ* 156, pag. 155 *b*. *w* *Π* 548 *λ* 588. *x* Sic h. Cer. 182 et l. a. l. l.

y *Ν* 772 *Ο* 557 *Χ* 411 *Ω* 728 *ε* 313 Herodot. IV 18, 82 Thuc. IV 112 Soph. Ant. 201. Apud Hesiodum vero certa sunt *ἀπὸ κρῆθεν* Clip. 7 et *κατὰ κρῆθεν* Theog. 574. *z* Lapis quem praebuit natura. Etiam voce *λίθοσ* in carminibus epicis lapis, sectus praesertim, designatus est, *Μ* 287 al.; cognata autem veteribus inter se visa sunt *λᾶασ* et *λᾱόσ* *miles*, (*Ω* 611?) Pind. Olymp. IX 70. a *ε* 433 *ζ* 95. b *Γ* 57 al. c *Χ* 154.

d Hoc apud Homerum non extat.

§ 83. Nominum nonnullorum, quorum stirps in vocalem α vel ο desinebat, casus quidam a breviore stirpis forma ducti sunt:

1) Ἀϝίδησ, -δην[a], -δᾱο[b], sed a stirpe ἀϝιδ dativus Ἄϝιδι[c] et genitivi forma brevior Ἄϝιδοσ (ᾰ). Praeterea amplior fuit nominis forma Ἀϝιδωνεύσ[d], dat. Ἀϝιδωνῆϊ[e].

2) ἀλκή, -κήν, -κῆσ, -κῆι[f], sed a stirpe ἀλκ[g] ductus est dativus in versuum clausula ἀλκὶ πεποιθώσ[h].

3) εὐρύϝοπα[i] cum accusativo homonymo a stirpe εὐρυϝοπ ducto in locutionibus εὐρύϝοπα Κρονίδην[j] et εὐρύϝοπα Ζῆν[k], in quarum posteriore etiam *proprii* nominis forma vetusta est servata. Quod epitheton a *vocandi* stirpe ϝοπ[l] ductum esse, *late tonantem* igitur significare sentiens Pindarus ad eius exemplum finxit novam vocem βαρυόπαν στεροπᾶν πρύτανιν[m], et ignotus poeta lyricus dixit εὐρύοπα κέλαδον[n].

4) ϝιωκή[o] cum accusativo ἰῶκα[p].

5) ὑσμίνη, -νην(δε), -νησ, -νηι, -ναι, -νᾱσ passim, sed dativus a stirpe ὑσμῑν in versuum clausula ὑσμῖνι μάχεσθαι[q]. Similis ratio intercedebat inter stirpes δαιτ (δαίσ) et δαιτα (δαίτη).

6) δάκρυον, δακρύοφι(ν)[r], cum adiectivo δακρυόεισ, sed insuper δάκρυ et δάκρυ(σ)σι[s] a stirpe δακρυ. Forma plur. δάκρυα ab utravis potuit duci.

7) δένδρεον[t], plur. δένδρεα[u], sed dat. sing. δένδρεϊ[v].

8) ἐρίϝηροσ[w], acc. ἐρίϝηρον[x], sed ἐρίϝηρεσ ἑταῖροι[y] et -ρασ ἑταίρουσ[z] versuum clausulae.

9) adiectivi πολύσ casus a stirpibus πολυ et πολυο sive πολϝο—πολλο sunt ducti, partim a recentioris aevi formis discrepantes[a]:

Sing.	N.	**πολλόσ**	sive	πολύσ	**πολλόν** sive πολύ
	A.	**πολλόν**	„	πολύν	
	G.			**πολέοσ**	
	D.	πολλῶι			
Plur.	N.	πολλοί	„	**πολέεσ**	πολλά
	A.	πολλούσ	„	**πολῦσ** sive **πολέασ**	
	G.	πολλῶν	„	**πολέων**	
	D.	πολλοῖσι	„	**πολέεσσι** „ **πολέσι**.	

---

a *Ι* 565 h. Merc. 569. b *Ε* 646 al., § 55. c *κ* 534 *λ* 47 est l. a. Ἀϝίδηι. d *Υ* 61 h. Cer. 2 Hes. Theog. 913 Aesch. Pers. 650 Orac. 43 Hendess. Vocativus Ἀϊδωνεῦ Soph. Oed. Col. 1560. e *Ε* 190. f *Γ* 45 al., dat. ἀλκῆι ω 509. g § 288[2].
h *Ε* 299 al. i Pag. 162 *t*. j *Α* 498. k *Θ* 206 al., § 80. Simili dativo κυανοχαῖτι usus esse videtur Antimachus, pag. 163 *b*. l ϝόψ, al., § 306[3]. m Pind. Pyth. VI 24. An βαρύοπα? n Adesp. fr. 91 Bergk. o *Ε* 521, 740. p *Δ* 601.
q *Β* 863 *Θ* 56. r § 46. s *σ* 173, § 64; l. a. δακρύοισι. t § 63.
u Gen. δενδρέων *τ* 520, § 8. v *Γ* 152, l. a. δενδρέωι. Item Hes. Oper. 583 δένδρε'(ϊ) ἐφεζόμενοσ, codd. δενδρέωι, § 8. Hunc metaplasmum Gregorius Cor. 61 sq. Schaef. ita tetigit ut parum ei perspectum fuisse appareat. w *Δ* 266. x *α* 346 *ϑ* 62, 471. y *Γ* 378 al. z *Π* 363 al.; ἑτάρουσ ἐρίϝηρασ *Γ* 47; Gregorius Cor. 444 apte contulit locutionem ϝερυσάρματεσ (-τασ) ἵπποι (-ουσ) *Ο* 354 *Π* 370. a Pinguioribus litteris hae sunt indicatae.

Femininum πολλή nihil habebat insoliti.

Locis nonnullis traditus est accusativus πολέασ vel πολεῖσ[a], qui πολῦσ est legendus[b]; et pro dativo πολέσσι legendum videtur πολύσσι[c]. Molesta sunt πολεῖσ[d] et πο(λ)λέων[e]. Haud raro autem formas πολλόσ et πολλόν in vulgatas πολύσ et πολύν mutarunt librarii rationem metri non habentes[f], dein lectio vitiosa locis compluribus metri causa mutata est in vitiosiorem — nam unde sonus ου? — πουλύσ, -λύν. Quod vitium locutioni πουλὺν ἐφ' ὑγρήν firmiter inhaeret, metrum enim non sinit proferri πολλήν[g].

In compositione sola stirps brevior est usurpata[h]; sed in exemplaribus manuscriptis syllaba initialis vocum πολυβότειρα, Πολυδάμᾱσ, πολύποδοσ,[i] quae nisi in *arsi* collocari non poterat, signis που- saepe est indicata, non recte neque constanter[j].

Ut nominum modo allatorum, sic et aliquot adiectivorum verbalium biformis fuit stirps, modo in τ, modo in το desinens:

ἀδμήσ et δμητόσ, ἄδμητοσ.

ἀβλήσ, προβλήσ, ἐπιβλήσ et ἄβλητοσ, ἀπόβλητοσ.

ἀκμήσ et ἀνδρόκμητοσ, πολύκμητοσ.

Ἄτλᾱσ, πολύτλᾱσ et τλητόσ, ἄτλητοσ.

ἄγνωσ et γνωτόσ, ἀλλό-, ἀρίγνωτοσ.

10) Quaedam metaplasta erroribus posterorum debentur. Quorum nonnulla a priscis grammaticis notata sunt: πολυπῖδάκου pro -κοσ[k], ἀνδραπόδεσσι pro -δοισι[l], Τίρυνθον pro -νθα[m], ἀτέρπου pro -πέοσ[n]. Alia correxerunt recentiores: εὐτείχεον leg. εὐτειχέα[o], πολυδακρύου leg. πολυδάκρυοσ[p], πολυπτύχου leg. πολύπτυχοσ[q], ἄκμητοι leg. ἀκμῆτεσ[r], ἴχνια leg.

---

a Α 559 Β 4 Ν 734 Ο 66 Υ 313 Φ 59, 131 γ 262 δ 170 Hes. Oper. 580, § 8. Eodem vitio laborat πελέκεασ pag. 183 *t*. b Recte Zenodotus Β 4 (Duentzer Zenodot. 56, vChrist Proleg. Il. 143 sq., Cauer Praef. Il. XXVIII). Primitus fuit πολύνσ. c Ν 452 Ρ 236, 308, § 64. d Α 708. e Β 131 Ι 544 δ 813 Π 655, § 57. f Ex. gr. Χ 31 papyrus πουλύν, τ 387 X πολύ (invito metro), F πουλύ. In cunctis exemplaribus est πουλύσ (leg. πολλόσ) ϑ 109 Theognid. 211, 509, πουλύν (leg. πολλόν) Ε 776 Θ 50, 472 Κ 517 ρ 67 Hes. Theog. 190 (Mnemos. 1888, 28, Schulze Quaest. Ep. 445 sqq.). Apud imitatores vero haud rara sunt πουλὺ δι' ἐξ ἁλόσ (Apoll. Rh. II 351) et similia; qualia apud Homerum non inveniuntur. g Κ 27 δ 709, § 53. Schulze l. l. collatis femininis πρέσβα et γραῖα suspicatus est a poetis illic usurpatum esse femininum πούλαν e πόλναν sive πόλϝαν natum, item ἠέρα πούλαν Ε 776 Θ 50 (Ρ 269). h Etiam ab Herodoto, cui unica adiectivi forma fuit πολλόσ. i ε 432. Item Πολυνόη Hes. Theog. 258. j Productionem, quam peperit metrum dactylicum, postea servarunt nomina propria Πουλυτίων, Πουλυδάμᾱσ, Πουλυχάρησ et, quod proprii nominis instar fuit, nomen animalis πουλύπουσ, pag. 94 *b, c, d*. k Ξ 157 al. l Η 475. m Hes. Clip. 81. n Ζ 285. Correctio incerta. o Α 129 al., § 15; sincera forma extat Π 57. p Ρ 192. Vulgatam lectionem secutus est Euripides Herc. 426. q Θ 411 Υ 5 Φ 449 Χ 171 Hes. Theog. 1010. Acc. δίπτυχα Α 461 al.; nominativus τρίπτυχοσ Λ 353 et δίπτυχον ν 224 mutari non possunt. r H. Ap. 520.

ἴχνεα[a], χρυσάορον et -άορου leg. χρυσάορα et -άοροσ[b], Κρόνοσ ἀγκυλομήτησ et Κρόνου πάϊσ ἀγκυλομήτεω leg. Κρόνοσ ἀγκυλόμητισ[c] et Κρόνου πάϊσ ἀγκυλόμητισ[d], ποικιλομήτην leg. ποικιλόμητιν[e], δολομῆτα leg. δολόμητι[f], μελανόχροοσ leg. μελάγχρωσ[g], ἄμφωτον leg. ἄμφωνας[h], ἑκατόγχειρον leg. ἑκατόγχειρα[i].

Dubia sunt μάρτυροι, -ρεσ et φυλακοί, -κεσ[j]. Adiectivum περιμήκετον[k] in περιμήκεα mutari potest[l], sed defenditur simili adiectivo πάχετοσ[m].

§ 84. Separatim commemorandi sunt dativi δαΐ[n] et λιπί[o], neutra sing. δῶ[p], κρῖ[q], ἄλφι[r], dual. masc. ὄσσε[s], neutra plur. δέσματα[t] et προσώπατα, προσώπασι[u], accusativus sing. νίφα[v].

---

a *N* 71 al.; verum praebent τ 436 h. Merc. 76 ἴχνη (= ἴχνε'), ἴχνεσι ρ 317. *b* *O* 256 *E* 509 h. Cer. 4. Verum extat h. Ap. 123, metro ibi defensum; ipsis vero numeris invitis Hes. Op. 771 in codd. compluribus scriptum est χρυσάορον γείνατο Λητώ (!). *c* *Δ* 59 h. Ven. 22, 42 Hes. Theog. 19, 137, al. *d* *B* 205 al. *e* *Δ* 482 al.

f *Δ* 540; corr. Nauck. Cum propter linguae indolem atque analogiam, ex. gr. δολόμητισ α 300 vel αἰολόμητιν Hes. Theog. 511, necessaria sunt -τισ, -τιν, -τι, tum propter traditae formae -μήτεω synizesin ab epica dictione alienam, § 8; extat autem ἀγκυλόμητισ φ 415 Hes. Oper. 48 in codd. optimis. Multis tamen philologis displicuit *Saturni* epitheton (*Δ* 59 al.) etiam *Iovi* tributum (Menrad de Contract. 32 sq.); at Mars et Diana in carminibus epicis χρυσήνιοι dicti sunt ambo, Diana et Iuno χρυσόθρονοι, et plura possunt conferri. Antehomerico autem illo aevo, quo adiectivum ἀγκυλόμητισ est natum, Κρόνοσ eiusdem dei fuit nomen atque Κρονίων, pag. 195 *f*. Antiqua fuisse quae dicta sunt vitia docet nominativus βαθυμῆτα Pind. Nem. III 92, § 54; pro αἰπυμῆτα vero Aesch. Prom. 18 αἰπύμητι scribi potest et fortasse debet. *g* τ 246, ὤμοισ μελανόχροοσ οὐλοκάρηνοσ leg. ὤμοισι μελάγχρωσ ϝουλ., ut -χροεσ *N* 589, ταμεσίχροα, -χροασ *Δ* 511 *Ψ* 803 *N* 340. *h* *X* 10, § 72. *i* *Δ* 402.

j § 63. *k* *Ξ* 287 ζ 103. *l* Sic Nauck coll. (*N* 63) ι 487 al. *m* θ 187 ψ 191, id quod παχύσ. *n* *N* 286 *Ξ* 387 *Φ* 146, 301 *Ω* 739 Hes. Theog. 650, 674 Simonid. fr. 145 al.; accusativo δάϊν usus est Callimachus fr. 243. *o* In locutionibus λίπ' ἐλαίωι *K* 577 al. et λίπ' ἄλειψε ζ 227, pag. 76 *x*. *p* Id quod δῶμα. Nominativus α 392, acc. *Δ* 426 al.; vetusta haec nominis forma, quae in fine tantum versuum invenitur, pag. 190 *o*, a stirpe δομ (δέμειν, δόμοσ, al. § 262) est ducta, ut ἔνδον (ἐν-δομ), Fick Bezzenb. Beitr. I 317. Imitatori debetur plur. χρύσεα δῶ Hes. Theog. 933. *q* κρῖ λευκόν *E* 196 *Θ* 564 *Υ* 496 δ 41, 604 μ 358 h. Cer. 309, 453, pag. 46 *u*, et apud posteros in voce κρίβανοσ *clībanus*. Plur. κρῖθαί, -ᾱσ, -ῶν (pag 165 *t*) ι 110 τ 112 *Δ* 69.

r H. Cer. 208 et in composito ἀλφεστήσ α 349 al. (codd. -ηστ-, pag. 95 *j*); sed ἀλφίτου et ἄλφιτα (*Δ* 631, 640 al.). Similis ratio intercedit inter nomina ζειά δ 41, 604 et ζείδωροσ (ἄρουρα) *B* 548 al.; Strabo autem 364 scribit nomen Μέσσην *B* 582 e *Messeniae* nomine detruncatum quibusdam visum esse, quemadmodum Homerus dixerit κρῖ, δῶ, μάψ (pro μαψιδίωσ), Ἄλκιμοσ (pro Ἀλκιμέδων), Hesiodus βρῖ (pro βριαρόν), Sophocles et Ion ῥᾶι (pro ῥᾳιδίωσ), Epicharmus λί (pro λίαν) et Συρακώ (pro Συρακούσᾱσ), Empedocles et Antimachus ὄψ (pro ὄψισ), Euphorion ἧλ (pro ἧλον), Philetas ἔρι (pro ἔριον), Aratus πηδά (pro πηδάλια), Simmias Δωδώ (pro Δωδώνην). Quarum vocularum una et altera iocis poetarum videtur deberi, quemadmodum Palladas quidam finxit militem *thoracem* et *ocreas* et *galeam* hoc disticho dedicantem epigr. 92: τὸν θῶ καὶ τὰσ κνῆ τάν τ' ἀσπίδα καὶ δόρυ καὶ κρᾶ | Γορδιοπριλάριοσ ἄνθετο Τιμοθέου. *s* Ex. gr. ν 401 ὄσσε πάροσ περικαλλέ' ἐόντε. Cognata sunt ὀφθαλμόσ, -ώ, -οί, cet. et ὄμματα, § 309. Gen. plur. ὄσσων et dat. metaplastus ὄσσοισ Hes. Theog. 826 Clip. 426, 430 et apud recentiores, Mnemos. 1885, 405. De verbi numero singulari cum subiecto ὄσσε coniuncto § 52. *t* *X* 468 α 204 θ 278. Alibi δεσμόσ, -οί, cet.

u σ 192 *H* 212; πρόσωπα *Σ* 414 al., πρόσωπον *Σ* 24, ut μέτωπον *Δ* 460 *N* 615 al.

v Hes. Oper. 535.

Addendum esset *ἀγκάσ*[a], si vocis *ἀγκών* hic esset dativus pluralis, a debilissima stirpis forma *ἀγκν* ductus[b]. Sed inauditi quid foret longa vocalis ω in uno casu prorsus neglecta, et conciliari haec opinio non potest cum versu sequenti:

ἀγκὰσ δ' ἀλλήλω(ν) 'λαβέτην χερσὶ στιβαρῇισι[c],

alia autem fuit vis vocis *ἀγκών* sive *cubitus*, alia vocis *ἀγκάσ* sive *ulnis*. Quam notionem cum poeta *dativo* exprimere volebat, vocibus *ἀγκοίνῃσι* et *ἀγκαλίδεσσι* est usus[d].

CAPUT V.

DE COMPARATIONE.

§ 85. Comparativorum in *-ίων*, *-ιον* desinentium *brevis* in carminibus epicis est sonus *ι*. Sed natura longum fuisse, in epica igitur dictione perpetuo *correptum* esse[e], testatur *patronymicorum* aliorumque nominum in *-ίων* desinentium iota in arsi saepe collocatum[f]. E recentioris aevi dictione idem efficitur; tunc enim iota horum comparativorum sine controversia longum fuit. Et iota nominis *βραχίων* *brachium*, quae adiectivi *βραχύσ* sive *brevis* fuit forma comparativa[g], etiam in epica dictione longum mansit.

Epicae dictionis erant termini *-ονα*, *-ονεσ*, *-ονασ*. Breviores *-ω* et *-ουσ*, ex *-ο(σ)α* et *-ο(σ)εσ* contracti, quibus Attica dialectus constanter est usa, in textu tradito hic illic inveniuntur: *ἀμείνω*[h], *ἀρείω*[i], *πλέω*[j], *χερείω*[k], *ἀρείουσ*[l], *κακίουσ*[m], *πλείουσ*[n], sed debentur aevo recentiori et omnes fere facile possunt corrigi.

---

a § 324[11]. *b* Harder de *α* vocali 19 sqq., alii. Olim erant quibus *ἀγκάσ* accusativus plur. nominis haud epici *ἀγκή* esse videretur. *c* Ψ 711. *d* Maritus uxorem *ἀγκοίνῃσι* complexus est Ξ 213 λ 261, 268, nutrix infantem *ἀγκαλίδεσσι* Σ 555 Χ 503; *ἀγκῶσι* non poterant: caput carissimum laesissent. Recentiores dicebant *ἐν ἀγκάλαισ ἔχειν* vel *βαστάσαι*, ex. gr. Ar. Ran. 704. Dativus *ἀγκῶσι* in carminibus epicis non extat; quae casui tribuenda est res, nam extant *ἀγκῶνι* ξ 485, *-να*, *-νοσ*, *-νασ* Ε 582 Κ 80 Ψ 395 alibi. *e* § 17. *f* Suffixum *-ῑων*, quod commune fuit patronymicis, pag. 187 a, b, comparativis, aliis nominibus multis, ex. gr. *οὐρανίων*, *κυλλοποδίων*, *ἰθυπτίων*, primitus fuit *attribuentis*; item alter comparativi terminus *-τεροσ*, pag. 198 *a*—*g*, et superlativi terminus *-τατοσ*, ex. gr. *ἑβδόματοσ* = *ἕβδομοσ*, Schulze Quaest. Ep. 302. *Comparare* enim est: certas ob causas *cum emphasi designare*; verba *ὁ Α μείζων ἐστὶ τοῦ Β* et: *μέγιστόσ ἐστι τῶν Β* primitus significarunt: *magnus tum praesertim apparet A cum spectatur ex ea parte ubi est vel sunt B.* *g* Opp. *χείρ*, quae inde a digitis usque ad humerum pertinebat.

h (L. a. Γ 11 Δ 400) Ι 423 η 310 ο 71 Hes. Oper. 19, 294, 320. *i* Κ 237 γ 250. *j* Hes. Oper. 690. *k* L. a. ξ 176. *l* Π 557 β 277 ι 48. *m* β 277.

n ω 464, leg. *πλέονεσ*, ut π 246. Pro *πλέονέσ κε μνηστῆρεσ ἐν ὑμετέροισι δόμοισι | ἤωθεν δαινύατ'* σ 247 leg. *ἤωθεν πλέονέσ κεν ἐν ὑ. δ. | μνηστῆρεσ δ.*, § 8.

Miro errore terminus nominativi -ων in textu Zenodoti sonum ν passim amiserat[a].

§ 86. Poetae epici usi sunt compluribus comparativis et superlativis in -ίων et -ιστοσ desinentibus, qui non permanserunt in dictione aevi recentioris:

κῡδρόσ	—	κῡ́διστοσ.
μακρόσ	μάσσων[b]	μήκιστοσ.
ὀλίγοσ	ὀλείζων[c]	ὀλίγιστοσ[d].
φίλοσ	φιλίων[e]	—
βαϑύσ	—[f]	βάϑιστοσ[g].
βραδύσ	βραδίων[h]	βάρδιστοσ[i].
[βραχύσ]	βρᾰ́σσων[j]	—
γλυκύσ	γλυκίων	—
παχύσ	πᾰ́σσων	πάχιστοσ[k].
ὠκύσ	—	ὤκιστοσ[l].
(οἶκτοσ masc.)	—	οἴκτιστοσ[m].
(ἄλγοσ neutr.)	ἄλγιον	ἄλγιστοσ[n].
(ἔλεγχοσ „)	—	ἐλέγχιστοσ[o].
(κέρδοσ „)	κέρδιον	κέρδιστοσ[p].
(κῆδοσ „)	—	κήδιστοσ[q].
(ῥῖγοσ „)	ῥίγιον	ῥίγιστα[r].

Etiam substantivis αἶσχοσ, ἔχϑοσ, ἦδοσ, κάλλοσ, κράτοσ, κῦδοσ, μῆκοσ, πάχοσ, τάχοσ, βένϑοσ[s] comparativus et superlativus in -ίων, -ιστοσ sunt adiuncti.

§ 87. Ab adiectivis ἀγαϑόσ, ἠΰσ[t], ἐσϑλόσ comparativus aut superlativus non est ductus, sed horum loco usurpati sunt sequentes:

ἀρείων	ἄριστοσ.
κρείσσων	κάρτιστοσ[u].
φέρτεροσ	φέριστοσ sive φέρτατοσ.

---

a Α 80, 249, al. b ϑ 203 Choeril. fr. 12 Duentzer Pind. Ol. XIII 161 al. Aesch. Prom. 629 al.; sed etiam μακρότεροσ, -τατοσ. c Σ 519. d Τ 223. Item apud posteros. e τ 351 ω 268; sed et φίλτεροσ, -τατοσ. f βᾰ́σσων Epicharm. fr. B 121 Lor. g Θ 14. h Hes. Oper. § 528 (βράδιον leg. βρᾶσσον brevius?). i Ψ 310 et 530, pag. 115 a. j Κ 226. k Π 314. l Etiam ὠκύτατοσ. m Sed et οἰκτρότεροσ. n Ψ 655. o Stirpis ἐλεηχ, unde ducta sunt ἔλεγχοσ et ἐλέγχιστοσ, debilior forma ἐληχ sive ἐλαχ (not. s) peperit femininum ἐλαχεῖα ι 116 κ 509 h. Ap. 197, comparativum ἐλᾰ́σσων (ex ἐλάχιων) Κ 357, superlativum ἐλάχιστοσ h. Merc. 573. p Ζ 153. q Ι 642 ϑ 583 κ 225. Positivi vice fungitur κήδε(ι)οσ pag. 170 ij. r Ε 873. Cognata sunt ῥῑγεδανόσ, καταρρῑγηλόσ, ῥῑγέω, ῥῑγόω. s βένϑοσ est forma amplior vocis apud Homerum non inventae βάϑοσ (ex βιϑοσ). Similia sunt π(ε)νϑ § 295[4], ἐλ(ε)γχ nota o, μ(ε)ν § 160[8], alia. t Pag. 185. u Pag. 115 j. Positivus erat κρατύσ (ἀργεϊφόντησ, Π 181 al.) sive κραταιόσ sive κρατερόσ—καρτερόσ.

προφερέστερος	*προφερέστατος.*
ἀμείνων	—
βέλτερος [a]	—
λωΐων sive *λωΐτερος* [b]	—

Adiectivi *κακός* comparatio in epica dictione haec fuit:

κακίων sive *κακώτερος*	*κάκιστος.*

Idem autem valebant:

χερείων sive *χερειότερος* [c]	—
χείρων „ *χειρότερος*	—
ἥσσων [d]	*ἥκιστος* [e].

Adiectivi *πολύς* comparativus et superlativus in carminibus epicis sunt:

πλείων, πλεῖον / *πλέων, πλέον*	*πλεῖστος.*

Breviores comparativi formae erant *πλέες* et *πλέας* [f].

§ 88. Praeterea commemorandi sunt hi comparativi et superlativi:

ἰθύς	—	*ἰθύντατος* [g].
μέ(σ)σος	—	*μέσσατος* [h].
ῥηΐδιος [i]	*ῥηΐτερος*	*ῥηΐτατος* [j] sive *ῥήϊστος* [k].
φαεινός	—	*φαέντατος* [l].
(*κύων*)	*κύντερος* [m]	*κύντατος* [n].
(*μυχός*)	—	*μυχοίτατος* [o].
ἔνερος [p]	*ἐνέρτερος* [q]	—
νείαιρα [r]	—	*νείατος* [s] sive *νέατος* [t].
(*ἄφαρ*) [u]	*ἀφάρτερος* [v]	—
(*ὄπισθεν*)	—	*ὀπίστατος* [w].
(*πάροιθεν*)	*παροίτερος* [x]	—
—	*ὁπλότερος* [ij]	*ὁπλότατος.*
—	—	*πύματος.*
(*ὑπέρ*)	*ὑπέρτερος*	*ὑπέρτατος* sive *ὕπατος* [z].

---

a §.259. *b* § 286^{2}. *c* Positivus *χέρηα* *Δ* 400 *ξ* 176, *χέρηϊ* *Α* 80, plur. *χέρηες* *ο* 324, *χέρηα* *Ξ* 382 *σ* 229 *υ* 310. Genitivus comparationis *Δ* 400 *ξ* 176 est additus. Pro *χέρηα* librarii scripserunt *χέρεια*, exemplum comparativi *χερείονος* secuti. *d* *Π* 722 *Ψ* 322, 858 *ο* 365. Positivi neutrum plur. *ἦκα* adverbii loco est usurpatum, § 320^{8}.

e *Ψ* 531. *f* *Β* 129 *Δ* 395, item inscr. Mityl. 213 et *πλίες, πλίανς, πλία* Cret. 4991. *g* *Σ* 508. *h* *Θ* 223. *i* Adverbium *ῥεῖα, ῥέα, ῥηϊδίως* § 320^{12}.

j *τ* 577 *φ* 75. *k* *δ* 565. *l* *ν* 93, codd. *φαάντατος*, § 191 et 280.

m Novum comparativum *κυντερώτερος* ludens hinc duxit Pherecrates fr. 106. *n* *Κ* 503.

o *φ* 146, pag. 157 *r*. *p* Adverbium (*ἔ*)*νερθε*(*ν*). *q* *Ε* 898 *Ϙ* 225.

r *Ε* 539 al.; adverbia *νειόθι* § 322 II^{14} et *νειόθεν*. *s* *Β* 824 al. *t* *Ι* 153 al.

u § 324^{6}. *v* *Ψ* 311. *w* *Θ* 342 *Δ* 178. *x* *Ψ* 459, 480, § 48.

ij Pag. 198 *d*. Ad *ὅπλα* perperam referebant veteres; cognatum fortasse est *ἁπαλός*.

z Ex *ὕπρ-τος*.

Termino -τεροσ, ut -ίων [a], in dictione epica non solum *comparatio* fiebat, sed saepe rei vel animantis *proprietas* indicabatur, qua ab aliis distingueretur, ut suffixo latino *-ter* (*dexter*, *paluster*, al.). Ita formata sunt δεξιτερόσ [b], ἀριστερόσ, ἀγρότεροσ, ὀρέστεροσ, θεώτεροσ [c], ὁπλότεροσ [d], κουρότεροσ [e], θηλυτέρη [f]. Quae e *prisco* sermone poeta servavit. Sic in inscriptione vetusta legitur καττωρέντερον sive κατὰ τὸ ἀρρέντερον [g], ubi ἀρρέντεροσ non *magis virilem* significat, — quod absurdum, — sed epico adiectivo θηλυτέρηι oppositum id quod *virilis* valet, ut illud id quod *feminina*.

Hic illic non liquet quomodo suffixum -τεροσ accipi voluerit poeta, ex. gr. adiectiva γεραίτεροσ et νεώτεροι sive κουρότεροι inter se opposita utrum *senem* et *iuvenes* ei significarint an *seniorem* et *iuniores* [h]. Cuiusmodi locis luculenter apparet quomodo notio vetustior in recentiorem abierit.

In *pronominibus* denique frequens fuit suffixum -τεροσ: ἡμέτεροσ = ἡμόσ [i], ἕτεροσ [j], alia, et superlativi suffixa -ιστοσ atque -τατοσ. quae item non nisi cum emphasi *statuentis* fuere primitus, in *numeralibus ordinalibus* redeunt [k].

Terminorum -ότεροσ et -ότατοσ vocalis ο metro cogente nonnumquam in arsi est collocata [l].

Adiectivi παλαιόσ comparativus, qui apud recentiores παλαίτεροσ fuit, non nisi uno priscorum carminum loco legitur, ibi autem est παλαιότεροσ [m].

§ 89. *Adverbiorum* sequentium comparatio est notatu digna:

ϝεκάσ [n], ϝεκαστέρω [o], ϝεκαστάτω [p].

τῆλε sive τηλόθι [q], τηλοτάτω [r].

ἄγχι [s], ἆσσον sive ἀσσοτέρω [t], ἄγχιστον sive -τα. Cohaeret adiectivum ἐπᾱσσύτεροσ [u].

§ 90. Superlativi vice fungebantur praefixa intensiva ἀρι- [v] sive ἐρι- [w], ζα- [x] sive δα- [y], ἀγα- [z], παν- [a], τρισ- [b]. Quorum primum et secundum ἀρι- et ἐρι- sola specie inter se differebant, ζα- et δα- vero etiam vi metrica. Praepositionis διά forma monosyllaba erat ζα- sive δjα- [c]. Sic

a Pag. 195*f*. *b* Cohaerent δέχομαι, (δέξισ), δεξιόσ, § 237. *c* ν 111. *d* Pag. 197 *ij*. *e* Δ 316 φ 310. *f* = θήλεια. *g* Mantin., Bull. de corr. Hell. XVI 568 sqq. *h* γ 362 sq. *i* § 95. *j* Comparativus nominis numeralis εἷσ. *k* § 91. *l* § 20. *m* Ψ 788. *n* § 318[8]. *o* η 321. *p* Κ 113. *q* § 322[10]. *r* η 322. *s* § 318[1]. *t* ρ 572 τ 506. *u* Λ 383 al., sonus υ pro ο usurpatus dialecti Aeolicae fertur fuisse. *v* ἀρίγνωτοσ al.; cohaerent ἀρετή, ἀρείων, ἄριστοσ, alia. *w* ἐριαύχην al. *x* ζάθεοσ, al. *ij* δάσκιοσ, δαφοιν(ε)όσ. *z* A stirpe μ(ε)γα sive ἀγα et alia sunt ducta (§ 305[1]) et adverbium non epicum ἄγᾱν. a πανάποτμοσ, al. b τρίλλιστοσ, τρισμακάριοσ (epice τρὶσ μάκαρεσ ε 306 ζ 154 sq.). c Pag. 104 *r*.

quae in carminibus Aeolicis leguntur ζάνεκῶσ[a], ζὰ δ' ἐλεξάμαν[b], ζάδηλοσ[c], ζάβατοσ[d] id quod διάνεκῶσ, διὰ δ' ἐλεξάμαν, διάδηλοσ, διάβατοσ valent, et similia sunt ζὰ τῶν παίδων[e], κάρζα et κόρζα = καρδία[f], Ζάλευκοσ = διαφανήσ[g], alia. Praefixo δα- autem in textu tradito utuntur δάσκιοσ, quod quominus fiat ζάσκιοσ non obstant numeri[h], et δαφοιν(ε)όσ, quod nisi post brevem syllabam in versibus heroicis collocari non potuit, ex. gr. δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινόσ[i], cum nominibus Ζάκυνθοσ et Ζέλεια[j] igitur comparandum. Itaque ζάσκιοσ et ζαφοιν(ε)όσ scribi fortasse praestat.

Suffixa *deminutiva* a dictione gravi, seria, ornata sunt aliena. Itaque poetae epici iis non sunt usi. Complura quidem carminum epicorum substantiva desinunt in -ίον, ex. gr. ἑρκίον, ϝοικίον, πεδίον, τειχίον. sed *minuendi* vis his non inest.

Negativum praefixum — *n* sonans — biforme fuit primitus. Altera forma ἀ(ν)- et Homeri aetate et postea pervulgata fuit; altera, quae sensim obsolevit, in carminibus vetustis tributa est his adiectivis: νέποσ, νήγρετοσ, νῆϝισ, νηκερδήσ, νηλ(ε)ήσ, νηλείτιδεσ, νημερτήσ, νήνεμοσ et νηνεμίη, νηπενθήσ, νήπιοσ sive νηπύτιοσ sive νηπίαχοσ[k], νήποινοσ, νῆστισ, νωθήσ, νώνυμ(ν)οσ. Aliena videntur incertae originis nomina νηγάτεοσ, νωλεμέσ sive -μέωσ, νῶρυψ, νωχελίη, errori debetur νήδυμοσ[l], ex Hesiodo accedunt: νήϋτμοσ, νήκεστοσ, νήποτμοσ, νήκεροσ.

Quorum adiectivorum pleraque solum sonum ν- stirpi praemissum habent, prima autem syllaba adiectivorum ν-ήνεμοσ, ν-ηλεήσ, ν-ώνυμ(ν)οσ, aliorum producta est more solito, ut in ποδ-ήνεμοσ, ἐπ-ηρεφήσ, ἐπ-ώνυμοσ, aliis plurimis[m]. Syllaba νε- vero ornatum est νέ-ποσ, syllaba νη- autem νῆ-ϝισ, νη-κερδήσ, νή-κεστοσ[n], νη-πενθήσ, νή-ποτμοσ, νή-κεροσ, et ν-ῆστισ pro ν-έστισ est dictum[o]. Quae ad ceterorum exemplum sunt ficta; nam primitus sonus ν- non nisi stirpibus a *vocali* incipientibus erat aptus.

Praefixum negativum primitus a praepositione ἄν sive ἀνά[p] haud fuit diversum[q]; sed disyllabi praefixi negativi ἀνα- vestigia, quae in priscis carminibus cernere quidam sibi sunt visi, textus traditi erant menda[r].

---

a Corinn. fr. 9. *b* Sapph. fr. 86; ζά versus initio Theocr. XXIX 6. *c* Alc. fr. 18. *d* Sapph. fr. 158. *e* Aeol. 255. *f* Aeschyl. Suppl. 799 al. *g* Nostrum *doorluchtig*. *h* Ο 273 ε 470. H. Cer. 284 ζάπεδον poscitur metro, item Xenophan. 1 et inscr. Ion. 5430 σεμνῶι ἐνὶ ζαπέδωι. Olim fuere qui λ 598 traditas litteras *ΕΠ(Ε)ΙΤΑΠΕΔΟΝΔΕ* una lineola horizontali addita interpretarentur ἐπὶ ζάπεδόνδε. Conferri potest adiectivi δῆλοσ compositum ἀρίζηλοσ § 305[2]. *i* Β 308. *j* Pag. 104 *b, c*. *k* Cohaerent νηπιίη et νηπιαχεύω. *l* Leg. ϝήδυμοσ, pag. 141 *g*. *m* § 21. *n* Ζ 94, 275, 309, § 211[3], codd. ἠκ. Adiectivum νήκεστοσ *insanabilis* vero Hes. Op. 283 ex ν + ἀκεστόσ § 286[5] est compositum. *o* Pag. 95 *j*. *p* § 10. *q* Buttmann Lexil. II 120, 17. Ab eadem stirpe ductum est *recusandi* verbum ἀναίνομαι § 138[1]. *r* Pag. 93 *f*.

CAPUT VI

DE NUMERALIBUS.

§ 91. Numeralia quae sequuntur in dictione epica habent quod notatu dignum sit:

Cardinalia.

1. εἷσ, neutr. ἕν sive ἰόν[a], fem. μία, μίαν, μιῆσ sive ἴα, ἴαν, ἰῆσ, ἰῆι[b]. E stirpe σεμ[c] prodierunt σέμσ sive εἷσ et σμία sive μία, dein femininum masculino assimulatum sono μ abiecto in ἴα (ἴαν, cet.) abiit. Masculini formam vitiosam ἕεισ finxit imitator Hesiodi[d].

2. δύω sive δύο[e]. Non flectitur[f]. Additum autem suffixum ιο. ια effecit novum numerale δοίω, plur. δοιοί, δοιά, δοιαί[g], et substantivum δοιή[h].

4. τέσσαρεσ, -ρα, -ρασ sive πίσυρεσ, -ρασ[i]. Apud Aeoles permansit πε(σ)σ-, πεττ-[j]. Doricum neutrum τέτορα apud Hesiodum invenitur usurpatum[k].

5. πέντε, sed πεμπ- in composito πεμπώβολα[l] et in verbo πεμπάσσασθαι sive κατὰ πεμπάδασ (πεντάδασ) *enumerare*[m]. In Aeolica dialecto πέμπε mansit.

9. Ab ἐννέα[n] ducta sunt ἐννῆμαρ, ἐννήκοντα, εἰνάϝετεσ, εἰνάνυχεσ, εἰνάκισ, εἴνατοσ[o].

12. δύο καὶ δέκα, δυώδεκα, δώδεκα[p].

20. ἐϝείκοσι(ν) sive ϝείκοσι(ν)[q], *30.* τριήκοντα[r], *80.* ὀγδώκοντα, *90.* ἐνενήκοντα[s].

---

a Z 422. Masculinum ἰόν inscr. Dor. 4689^{126}, ἰῶι 4991 VII^{23}. Cohaeret οἶοσ *oenus* sive *unus*, Vogrinz Hom. Gramm. 80. *b* Pag. 108*a*. Feminino ἴα constanter usae sunt dialecti Thessalica, Boeotica, Lesbia. *c* *Semel*, al. *d* Hes. Theog. 145, pag. 32 *f*. In Iliadis Odysseaeve textu ἕεισ nusquam est traditum, nedum *E* 603 *Λ* 35 *Υ* 98 e coniectura sit invehendum. *e* Pag. 91 *c*. Vetustior forma δύω ibi quoque Homero tribuenda, ubi sonus finalis insuper productus est positione, ex. gr. υἷε δύω Πριάμοιο *Λ* 102 *M* 95, δύω Κρόνου υἷε *N* 345, ἒν δὲ δύω κρῆναι η 129. *f* *Genitivi* vice fungitur *K* 253 κ 515, *dativi* *N* 407. Fortasse etiam ἄμφω in dictione epica indeclinabile erat (*Γ* 211 *Σ* 329). *g* Primitus δϝοιώ, cet.; sed sonum ϝ aetate poetae extinctum fuisse apparet *M* 464. *h* *I* 230 ἐν δοιῇι. Verbum hinc ductum ἐνδοιάζειν sive *dubitare* in epicis carminibus non est usurpatum, sed brevius verbum δϝίζειν *Π* 713. *i* *O* 680 *Ψ* 171 *Ω* 233 ε 70 π 249 χ 111. *j* πέσυρα in carmine Balbillae Aeol. 323^{6}, πέτταρεσ cet. Boeot. *k* Hes. Oper. 698. *l* *Α* 463 γ 460.

m δ 412. *n* Primitus ἐννέϝα, *novem*. *o* Pag. 201 *h*. Recte habet sonorum ἐνν- et εἰν- varietas. Vocis primitivae *enwn* sonus finalis cum ante consonam more solito in α esset mutatus, ἐνϝά-νυχεσ dein productione compensatoria in εἰνά-νυχεσ abiit; ἐνϝν-ῆμαρ vero extruso sono ϝ factum est ἐνν-ῆμαρ, Schulze Quaest. Ep. 106 sq. *p* Primitus fuit δϝώδεκα, sed non in lingua Homeri (*I* 123, 266 *T* 244). *q* § 43. *r* Gen. τριηκόντων Hes. Oper. 696, ut δέκων, τεσσερακόντων, πεντηκόντων, ἐνενηκόντων in lapide Chio 5653.

s *B* 602 τ 174 (corrupt., pag. 83 c).

200. διηκόσιοι, *300.* τριηκόσιοι[a], *500.* πεντηκόσιοι[b].

9000. ἐννεάχῑλοι[c], *10000.* δεκάχῑλοι[d]. Horum pars posterior fuit -χίλιοι, -αι, -α, ut in voce τρισχίλιαι[e], sed vocalis ι abiit in consonam: ἐννεάχῑλjοι et δεκάχῑλjοι, iamque non apparent eius vestigia[f].

Ordinalia.

1.us πρῶτοσ sive πρώτιστοσ.
2.us δεύτεροσ cum superlativo δεύτατοσ *ultimus*.
3.us τρίτοσ sive τρίτατοσ.
4.us τέταρτοσ sive τέτρατοσ[g].
7.us ἕβδομοσ sive ἑβδόματοσ.
8.us ὄγδοοσ sive ὀγδόατοσ.
9.us εἴνατοσ[h].
12.us δυωδέκατοσ sive δωδέκατοσ[i].
20.us ἐϝεικοστόσ sive ϝεικοστόσ[j].

Adverbiorum δίχα (ἄνδιχα, διάνδιχα), τρίχα, πένταχα, *bifariam*, cet. fuit forma gemella sono ϑ aucta[k]: διχϑά (διχϑάδιοσ *diversus*), τριχϑά, τετραχϑά, ex. gr.: τριχϑά τε καὶ τετραχϑὰ διέσχισε ϝὶσ ἀνέμοιο[l].

CAPUT VII.

DE PRONOMINIBUS[m].

I. De personalibus et reflexivis.

§ 92. Vix ulla in grammaticae Homericae parte exemplaria scripta carminum vetustorum minus quam in hac fideles testes se praestant. Nam quae *contractionem* passae vel cum *synizesi* proferendae videntur pronominum formae, ex. gr. ὑμεῖσ et ὑμέων, poetis non debentur[n]; neque

---

a ν 390 ξ 20 φ 19. Vitiosum est τρι- thesin explens Λ 697. *b* γ 7, l. a. -τα-. Vix recte habet syllaba producta. *c* Ε 860 Ξ 148. *d* Ibidem. Adi. μῦριοι apud Homerum non *certum* numerum indicat, sed *ingentem*. *e* Υ 221. *f* Olim fuere qui -χειλοι scriberent. Schol. Ξ 148 absurde: Ἀρίσταρχοσ ἐννέα χείλη ἔχοντεσ, ἐκ μέρουσ σώματοσ (collato Eust. leg. τοῦ στόματοσ: *pars pro toto, novem labra = novem ora habentes*). Quae ineptiae Aristarcho non sunt imputandae, sed fortasse inde efficitur Aristarchum commemorasse lectionem -χειλοι Aeolico χέλληστυσ inscr. Aeol. 276—278 congruam. *g* Pag. 115 *u*.
h Pag. 200 *o*; primitus ἔνϝατοσ, pag. 113 c. Novicium ἔνατοσ in versibus noviciis Β 313, 327. *i* Primitus δϝωδέκατοσ, pag. 200 *p*. *j* § 43. *k* Pag. 109 *d*.
l ι 71. *m* Mnemos. 1885, 188 sqq., 400 sqq., Sittl Philol. XLIII 24 sqq., Cauer Curtius Studien VII 101 sqq. *n* § 7 sq.

eae formae, quae scribendi ratione inter se distingui olim non potuerunt, ex. gr. *ὕμμιν* et *ὑμῖν*, ab ipsis poetis promiscue usurpatae esse credendae sunt, licet in textu tradito reperiantur permixtae. Versuum autem numeri docent nominativo, accusativo, dativo numeri pluralis pronominum primae secundaeque personarum in Homeri lingua *breves* fuisse terminos: *-εσ*, *-ασ*, *-ιν*.

Recensebuntur iam personalium pronominum formae, dein annotabuntur quae necessaria visa fuerint.

			1ª persona.	2ª persona.	3ª persona.
Stirpes			(ἐ)μ-ε, νω, ἀσμ-ε	τ(ε)ϝ-ε, σφω, ὑσμ-ε	σ(ε)ϝ-ε, σφ(ω)-ε
Singularis		N.	*ἐγώ(ν)*	*σύ, τῡνη* (1)	(2)
		A.	*ἐμέ, με*	*σέ*	*ϝε, μιν*
		G.	*ἐμεῖο, ἐμέο, μεο, ἐμέθεν*	*σεῖο, σέο, σέθεν*	*ϝεῖο, ϝέο, ϝέθεν*
		D.	*ἐμοί, μοι*	*σοί, τοι, τεΐν* (3)	*ϝοί*
Dualis	N.	A.	*νῶϊ, ἧμε* (4)	*σφῶϊ, ὗμε* (5)	A. *σφωέ, σφε* (6)
	G.	D.	*νῶϊν*	*σφῶϊν* (7)	*σφωΐν* (8)
Pluralis		N.	*ἧμεσ* (9)	*ὗμεσ* (10)	(11)
		A.	*ἧμασ, ἡμέασ* (12)	*ὗμασ, ὑμέασ* (13)	*σφασ, σφέασ* (14)
		G.	*ἧμων, ἡμείων* (15)	*ὗμων, ὑμείων* (16)	*σφῶν, σφείων* (17)
		D.	*ἧμι(ν)* (18)	*ὗμι(ν)* (19)	*σφι(ν), σφισι(ν).*

(1) Posteriori syllabae nominativi *τῡνη*[a] cognatus videtur mobilis sonus *-ν* pronominis primae personae *ἐγώ(ν)*[b]. Interiectionis loco *τῡνη* perperam adhibitum est apud Hesiodum[c].

(2) Nominativum *ἵ*, quo Sophocles aliquando usus esse fertur[d], fuere qui miro errore scriberent pro *εἰ* in his verbis: *ὠσ εἰ ἅπασα* | *Fίλιοσ . . . σμύχοιτο*[e].

(3) Dativi formae *σοί* et *τοι* ita solent distingui, ut illa accentu sit ornata, haec enclitica[f]. Quam recte? quis dixerit! Particula certe *τοι*, sive pronominis *σύ* fuit dativus, sive aliunde originem habuit, tum cum sententiam aperiebat sui erat iuris: *τοὶ γάϱ* sive *τοιγάϱ*.

Disyllaba dativi forma *τεΐν* in textu tradito rara est[g], sed saepius a poeta usurpata esse videtur, ex. gr.: *πῶσ γάϱ με τεΐν κέλε' ἤπιον εἶναι*

---

a *E* 485 *Z* 262 *M* 237 *Π* 64 *T* 10 *Ω* 465. *b* Sonus finalis estne particula *ἦ* *profecto*, ut in *τίη* (§ 99) et *ὀτιή* (comic.), ita ut *duo* suffixa pronomini *τύ* fuerint addita? Laconico aliquando dictum est *ἐγών*, Boeotice *ἰώνει* — ab ipso populo an a solis poetis? Nam in lapidibus haec non sunt reperta. *c* *τύνη . . . ἀϱχώμεθα* Theog. 36. Erroris causa videtur fuisse infinitivus *Π* 64 *T* 10 *Ω* 465 pronomini *τύνη* subiunctus imperativi loco. *d* Apollon. de pron. 272 *b*, 329 *c* Bekk. *e* *X* 410. *f* Schol. *Α* 294. *g* *Δ* 201 *δ* 619, 829 *λ* 560 *ο* 119; item in oraculis Herodot. V 60 sq.

pro *πῶσ γάρ με κέληι σοὶ ἤπιον εἶναι*[a], vel: *οὔ τι τεΐν γε* pro *οὐδὲν σοί γε*[b], vel: *ἐγὼ τεΐν εἰμι* pro *ἐγώ τοί εἰμι*[c].

Similem tertiae personae dativum *ϝίν* usurpavit Hesiodus: *ϝὶν δ' αὐτῶι*[d].

(4—6) In textu tradito non *ἄ̄με* et *ὔ̄με* leguntur, sed *ἄμμε* et *ὔμμε*. *Dualis* numeri sunt hae formae et *σφε*[e]: „*ἄμμε οὐ πληθυντικοῦ ἀλλὰ δυϊκοῦ*. „*ἀριθμοῦ, καί τινεσ μὲν ἀπὸ τοῦ ἄμμεσ Αἰολικοῦ πληθυντικοῦ φασιν ἀποβολῆι* „*τοῦ σ τὸ δυϊκὸν γενέσθαι, ὡσ Αἴαντεσ Αἴαντε*" cet.[f]; „*τὸ δ' ἀΰπνουσ ἄμμε* „*τίθησθα, φανερῶσ τὸ ἄμμε δυϊκὸν ἀντὶ πολλοῦ πλήθουσ λαμβάνει κατὰ δια-* „*φορίαν Ἰωνικήν*"[g]. Quam et Aristarchi fuisse sententiam fortasse efficitur ex Aristonici his verbis: „*ὦ] ἡ περιεστιγμένη διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτοσ γράφει* „*ὅν*", *μήποτε δὲ πεπλάνηται, . . . ἔστι γὰρ περὶ δυοῖν ὁ λόγοσ, διὸ καὶ ἐπιφέρει·* „*καὶ γάρ σφε πάροσ παρὰ νηυσίν*,"[h] nisi Aristarchus id tantum dicere voluit, Homerum nunquam, ut tragicos, pronomine *σφε* *unum* hominem significasse, quemadmodum in scholio proximo legitur: „*ὅτι σφε ἀντὶ τοῦ αὐτούσ*"[i]. In textu tradito *σφε* cunctis locis id quod *illos ambos* valet[j], *ἄμμε* (*ἄ̄με*) locis multis id quod *nos ambos* (*me et te*)[k] et *ὔμμε* (*ὔ̄με*) uno certe loco id quod *vos ambos* (*te et te*)[l].

Tertiae personae dualis forma disyllaba *σφωέ* nonnullis locis usurpata est[m].

Etiam *nominativo* dualis *ἄμμε* (*ἄ̄με*) poetae usi esse videntur[n], ex. gr. *ἄμμε* (*ἄ̄με*) *περιπλομένων ἐνιαυτῶν* | *'γειν όμεθ'*, codd. *ἄμμεσ ἐπιπλομένων*[o], *ἄμμε* (*ἄ̄με*) . . . *ἐκπέρσαντε*, femininum, codd. *ἄμμεσ ἐκπέρσαντεσ*[p].

Pluralis numeri accusativum voces *ἁμέ*—*ἄμμε* et *ὑ̄μέ*—*ὔμμε* postea indicarunt in dialectis Dorica, Aeolica, Elea, Thessalica[q], quae numerum dualem mature amiserunt. Nempe pronomen *nos* id quod *me* + *alios* valet, *vos* saepe id quod *te* + *alios*, ita ut pluralis horum pronominum ad dualis notionem proxime accedat; et congruunt versus epici ei in quibus duae *catervae* duali numero sunt significatae et complurium oculi vel manus dicti sunt *ὀφθαλμώ, ὄσσε, χεῖρε*[r]. Etiam in epicorum carminum textu tradito *ἄμμε* et *ὔμμε* plures hic illic indicant; quae aevi posthomerici vestigia vix usquam deletu difficilia sunt[s].

---

a κ 337, § 14 et 117. *b* Χ 513, § 100. *c* λ 252, pag. 83 *n*. *d* Hes. fr. 11, *ϝὶν αὐτῶι* (= *ἑαυτῶι*) inscr. Cret. 4991 II[40]. Metap. 1643 leg. *ϝ' ἰν* (= *ϝε ἐν*), non *ϝιν*, pag. 206 *s*.

e Mnemos. l. l. *f* Et. Gud. 45, 19. *g* Eust. 1636,56 ad ι 404. Barnesio *ἄμμε* dualem vocanti oblocutus est Clarke ad Α 567 χ 73. *h* Ad Α 104, pag. 18 *g*. *i* Ad Α 111.

j Α 111 ϑ 271 φ 192, 206. Item Hes. Clip. 62 Theognid. 552. Alienum est *σφ'(ι)* Τ 265. *k* Α 59 Η 292, 378, 397 Κ 346 Ξ 62 (corrupt.) Χ 219 Ω 355 l. a. δ 179.

l Ψ 412. *m* Α 8, 574 Κ 546 Λ 751 Ρ 531 ϑ 317 (?). Add. ϑ 315 ρ 312.

n Rarus in carminibus epicis est nominativus numeri dualis, pag. 158 *l*. *o* Hes. Clip. 87; sic Guyetus. *p* Φ 432. Similia Α 274, 335 φ 231 pag. 158 *i*. Hesych.: *ὔμμε· ὑμᾶσ, ὑμεῖσ, αἰολικῶσ*. *q* Antiquissimum testimonium est: *ἔγραφε δ' ἁμὲ ἄρχων* Collitz. 5261, pag. 62 *e*; *ὑμέ* vel *ὔμμε* in lapidibus non est inventum. *r* Pag. 160 *p*—*x*.

s *ἄμμε* pro *ἥμασ* Σ 268 ι 404 κ 209 μ 221 χ 73, *ὔμμε* pro *ὕμασ* ν 357 σ 407 et l. a. ω 109. Non *ὔμ'(ε)* sed *ὔμ'(ι)* poeta dixit Λ 781.

Tragici poetae accusativos *σφε* et *νιν*, sive epici *μιν* figuram Doricam [a], numeri singularis, dualis, pluralis promiscue fecerunt ambos [b]. Quae licentia apud poetas Alexandrinos etiam latius est grassata. Nusquam clarius apparet quam difficilis perspectu Graecis fuerit vetustioris linguae structura.

(7) Contractum *σφῶιν vobis ambobus* legitur in uno versu corrupto [c].

(8) Dativus *σφωῖν iis ambobus* quinque locis est usurpatus [d].

(9 et 10) Nominativi formae *ἥμεσ* et *ὗμεσ* commendantur metro et analogia [e]; codicum vero nonnullis locis scripta sunt *ἅμμεσ* vel *ἄμμεσ* et *ὕμμεσ* vel *ὔμμεσ* [f], ceteris vulgaria *ἡμεῖσ* et *ὑμεῖσ*, sed metrum non obstat quominus substituatur forma trochaica [g], nam syllaba posterior locis tantum non cunctis *positione* est producta [h]. Nempe posteri cum exemplarium vetustissimorum litteras (*h*)*αμεσ* sive (*h*)*ημεσ* [i] et (*h*)*υμεσ* parum intellegerent, formas recentiores scripserunt omnibus fere locis ubi fieri id non vetabant numeri. Simillimo errore epicum *υἷεσ* in tradito textu hic illic scriptum est *υἱεῖσ* [j].

(11) Tertiae personae nominativus plur. in Homeri carminibus non est usurpatus. Apud Herodotum *σφεῖσ* et *σφέα* leguntur, *σφεῖσ* adiuncto infinitivo etiam apud Thucydidem et apud Xenophontem [k].

(12—14) In textu tradito *ἧμασ* (‿‿), *σφασ* (‿), *ἡμέασ* (‿‿‿), *ὑμέασ* (‿‿‿), *σφεασ* (‿‿) triginta fere locis leguntur [l]. Pluribus locis *ἡμέασ*, *ὑμέασ*, *σφέασ* *synizesi* contrahenda praebent codices invita dictione epica [m]; leg. *ἧμασ*, *ὗμασ*, *σφασ*, vel, ubi de duobus est sermo, *ἧμε* [n], *ὗμε* [o], *σφε* [p] sive *σφωέ* [q]. Epicae formae cum abiissent in recentes iisdem signis scriptas nec nisi accentu discrepantes: *ἡμᾶσ*, *ὑμᾶσ*, *σφᾶσ*, dein in Ionicas *ἡμέασ*, *ὑμέασ*,

---

a Ex accusativo *ἵμ* geminato prodiit (*ἱ*)*μιμ* sive *μιν*. *Finalis* igitur erat sonus *μ*, quapropter in dialecto Dorica utrumque *μ* in *ν* abiit, Doederlein Reden und Aufs. II 144, I. M. Hoogvliet Gramm. Raadselen 15 sq. *b* Pag. 160 *i*. *c* δ 61 sq.: *εἰρησόμεθ' οἵ τινέσ ἐστον | ἀνδρῶν· οὐ γὰρ σφῶιν γε γένοσ ἀπόλωλε τοκήων*, leg. *οἵ τινέσ ἐστον· | οὐ γάρ τοι σφῶϊν γε κτέ.* *d* Λ 338 Δ 628 δ 28 λ 319 υ 327. *e* Fick et vChrist *ἄμμεσ* et *ὕμμεσ* scribi iusserunt, Sittl *ἁμμέσ* et *ὑμμέσ*, G. Meyer *ἄμμεσ* et *ὕμμεσ* (not. *f*), Menrad *ἡμέσ* et *ὑμέσ*. *f* Ante vocalem *ἅμμεσ* sive *ἄμμεσ* legitur Φ 432 ι 303, 321 χ 55, *ὕμμεσ* sive *ὔμμεσ* Λ 274, 335 Ψ 469 φ 231, in fine versus *ὕμμεσ* sive *ὔμμεσ* Ξ 481 Ω 242. Quibus locis codices variant inter *ἅμμ-* *ὕμμ-* et *ἄμμ-* *ὔμμ-*, eadem autem spiritus varietas est in numeri dualis formis *ἅμμε* et *ὕμμε* sive *ἄμμε* et *ὔμμε*, nec non in possessivis *ἁμόσ* sive *ἀμόσ* et *ὑμόσ* sive *ὐμόσ* § 95. Tyrannio in *secundae* personae pronomine asperum spiritum praeferebat, sonum enim *ὐ-* a lingua Graeca fuisse alienum; primitus autem *secundae* personae pronomen ab aspero, primae a leni spiritu coepit: *ὑμμέσ* ex *jusmás* et *ἀμμέσ* ex *asmás*. Lenem spiritum utrique tribuebat Herodianus (Ammon. Valcken. 236, schol. Α 335 Δ 249) Aeolismi recentioris rationem secutus. *g* Non congruunt Γ 104 Ξ 369 α 76 γ 81, sed probabiliter possunt corrigi. *h* *ἡμεῖσ* locis 79, *ὑμεῖσ* 35. *i* De sono *ᾱ—η* § 5 sq. *j* § 78. *k* Thuc. IV 8 § 8, 114 § 5, V 38 § 3, al. (add. VII 4 § 4) Xen. Cyrop. IV 2 § 4 al. *l* *ἧμασ* π 372 (*ἡμᾶσ* codd. multi metro invito) Theognid. 1104 Soph. Philoct. 222 Orph. Arg. 819, *σφασ* Ε 567 (*σφεασ* codd. multi metro invito), *ἡμέασ* Θ 529 al. (locis 13), *ὑμέασ* β 75, *σφεασ* Ν 152 al. (locis 12). *m* § 8. *n* δ 178 ν 269? *o* φ 198? *p* Ε 151? Κ 140. *q* *σφωέ* (θ 315) ρ 212.

σφεασ distractae sunt numeris invitis, et metro heroico utcumque adaptatae synizesi.

(15—17) Poeta rarius usus est formis productis *ἡμείων* [a], *ὑμείων* [b], *σφείων* [c]. Pro *ἥμων*, *ὕμων*, *σφων* in textu tradito scripta sunt *ἡμέων*, *ὑμέων*, *σφέων* cum synizesi proferenda [d].

(18 et 19) Trochaica forma *ἥμιν* compluribus in versibus extat tradita [e], *ὕμιν* in uno [f], quibus locis spondeum non admittunt numeri [g]; apud Sophoclem autem *ἧμιν* et *ὗμιν* frequentia sunt [h]. Ubi vero *arsin* obtinet syllaba *-ιν* vel in thesi *producta* est positione, codices solent exhibere formas recentes *ἡμῖν* et *ὑμῖν*, minime tamen sibi constantes, sed passim fluctuantes inter formas *ἡμῖν*, *ἥμιν*, *ἧμιν* et *ὑμῖν*, *ὕμιν*, *ὗμιν* [i]. Praeterea in tradito textu leguntur Aeolicae formae *ἄμμι(ν)* sive *ἄμμ'(ι)* et *ὔμμι(ν)* sive *ὔμμ'(ι)* [j], quae cur *ἧμι(ν)*, *ἧμ'(ι)*, *ὗμι(ν)*, *ὗμ'(ι)* scribendae sint supra est expositum. Sed *ἡμῖν* et *ὑμῖν* in nonnullis versibus explent spondeum ante vocalem, ibi igitur nequeunt mutari in *ἧμιν* et *ὗμιν* [k]; quibus locis poetae fortasse usi sunt formis dactylicis *ἥμισιν* et *ὕμισιν*, quas in dictione epica vixisse cum veri simile reddit *tertiae* personae dativus biformis *σφι(ν)* sive *σφισι(ν)* [l], tum Alcaei verba: *ἄμμεσιν πεδάορον* [m].

Correpta diphthongo formarum *ἐμεῖο*, *σεῖο*, *ϝεῖο* [n] nata sunt *ἐμέο*, *σέο*, *ϝέο* [o].

Praeterea passim in textum irrepserunt formae *contractae* *ἐμεῦ*, *μευ*, *σεῦ*, *ϝευ*. Has longe plurimis locis sequitur vocalis, poeta autem *elisione* sonum finalem pronominis suppresserat. Scribenda igitur sunt *ἐμεῖ'(ο)* [p] et *σεῖ'(ο)* [q] ubi diphthongus *ευ* in *arsi* est; quae formae et codicum locis nonnullis extant [r]. In *thesi* autem ubi est *-ευ*, restituenda sunt *ἐμέ'(ο)* [s], *μεο* [t], *με'(ο)* [u], *σεο* [v], *σε'(ο)* [w], *ϝεο* [x], *ϝε'(ο)* [y].

Pro *κέκλυτέ μευ* ante consonam leg. *κέκλυτέ μοι* [z] ad aliorum ver-

---

a *E* 258 *Υ* 120 *ω* 159, 170. *b* *Δ* 348 *H* 195 *τ* 153 *φ* 318. *c* *Δ* 535 *E* 626, 688. *d* § 8. Aeolica genitivi forma postea fuit *ἄμμων*, Apollon. de Pron. 121. *e* *P* 415, 417 *ϑ* 569 *κ* 563 *λ* 344 *ν* 177 *ϱ* 376 *υ* 272. *f* *Ω* 33. *g* Aristarcho *ἧμιν* aut *ὕμιν* non erat suspectum, *A* 147, 214, 579 *Ω* 33 Et. M. 438, 29. *h* *ἅμιν* Alcman fr. papyr. 89 Theocr. VII 2, 135 (vel *ἁμίν*). *i* La Roche Odyss. Praef. XXXIV, Dindorf. Hom. Teubn.[4] Praef. XI. *j* *ἄμμιν* *μ* 275, *ἄμμι* *A* 384 al. (locis 19), *ἄμμ'(ι)* *H* 76, *ὔμμι(ν)* et *ὔμμ'(ι)* locis 25. *k* *H* 32 *Θ* 142 *K* 445 *Ξ* 481 *γ* 56 *η* 202 *ϑ* 566 *ι* 53 *ν* 174 *ο* 455 *π* 312, 427 l. a. *φ* 365 *ψ* 134 *ω* 169. *l* *σφι(ν)*: *σφι-σι(ν)* = *ἧμι(ν)*: *ἧμι-σι(ν)* = *ὗμι(ν)*: *ὗμι-σι(ν)*. *m* Apollon. de Pron. 123 *c*. *n* Integra *ἐμεῖο* et *σεῖο* locis multis extant, *ϝεῖο(εἷο)* *Δ* 400 *χ* 19. *o* § 17. Traditum est *ἐμέο* *K* 124, *σέο* locis 23, *ϝέο(ἕο)* locis 12. *p* *A* 541 al. *q* *Γ* 206 al. *r* *ἐμεῖ'(ο)* *Ψ* 789 *ϑ* 462, *σεῖ'(ο)* *Z* 454 hymn. 33,19 et l. a. *Δ* 841. Etiam *δ' ἕο αὐτοῦ* *T* 384 et *σε* pro *σευ* *Ξ* 95 *P* 173 veri vestigia servant. Traditas formas *ἐμεῖ'* et *σεῖ'* in *ἐμεῦ* et *σεῦ* mutari olim erant qui iuberent, pag. 66 *h*, *i*. *s* *I* 494 al. *t* *I* 345 al. *u* *H* 235 al. *v* *Φ* 475 al. *w* *B* 27 al. *x* *O* 165 al. *y* *Ξ* 427 al. *z* *Γ* 86 al.

suum exemplum[a] et codicibus haud invitis[b]. Corruptis aut spuriis versibus nonnullis diphthongus -ευ firmiter inhaeret[c].

De interrogativi indefinitique pronominis genitivo τεῦ, τευ similia dicenda erunt infra[d].

De genitivi formis suffixo -θεν ornatis ἐμέθεν, σέθεν, ϝέθεν supra est dictum[e].

Frequens in pronominibus personalibus fuit *elisio*[f]. Nam supprimere licebat hos sonos finales:

-ε	in acc. sing.:	ἐμ'(έ), μ'(ε), σ'(ε), ϝ'(ε).
	„ acc. dual.:	ἄμ'(ε), ὔμ'(ε), σφω'(έ), σφ'(ε)[g].
-ο	„ gen. sing.:	ἐμεῖ'(ο), ἐμέ'(ο), με'(ο), σεῖ'(ο), σέ'(ο), ϝέ'(ο)[h].
-οι	„ dat. sing.:	μ'(οι), σ'(οι) sive τ'(οι), ϝ'(οι)[i].
-ι	„ acc. dual.:	νῶ'(ῑ)[j], σφῶ'(ῑ)[k].
	„ dat. plur.:	ἄμ'(ι)[l], ὔμ'(ι)[m], σφ'(ι)[n].

Tertiae personae formae ϝε et ϝοι e cunctis fere exemplarium manuscriptorum locis, ubi elisione premebantur, evanuerunt, quia consona ϝ signo non indicabatur. Loci ubi dativus ϝ'(οι) est restituendus supra indicati sunt[o], ubi et accusativi ϝ'(ε) elisi exemplum est allatum[p]. Oculis cernitur elisum ϝ'(ε) in hac inscriptione[q]:

χαῖρε, ϝάναξ Ἡράκλεισ.
Νικόμαχόσ μ' ἐπόησε[r], ὅ τοι κεραμεύσ μ' ἀνέθηκε,
δὸσ δέ ϝ' ἰν[s] ἀνθρώποισ δόξαν ἔχειν ἀγαθάν[t],

cerneretur in Alcmanis partheneo:

ὁρῶ ϝ' ὥτ' ἅλιον,

si hoc egisset librarius; sed litteram ϱ pro ϝ scripsit dormitans[u].

Finem huius sectionis faciant pronominum personalium formae eae, quas praeter sinceras habet textus traditus, in indiculum coniunctae:

---

[a] *E* 115 *K* 278 β 262 δ 762 ζ 239, 324 Hes. Theog. 474 Oper. 726. [b] Etiam *A* 37 leg. κλῦθί μοι, non μευ sive με'(ο), et similia alibi. Aliud enim erat κλυεῖν τινοσ (δ 505 al.) sive *audire*, aliud τινι sive *aurem praebere*. [c] ἐμεῦ *A* 88, 453 *E* 896 *I* 335 *X* 454 *Ω* 429 δ 746 τ 325, μευ *A* 273 *T* 137 *Ψ* 70 ε 311 ι 20 κ 485 ο 467 π 92, σεῦ *T* 185 *Ω* 750, 754 ν 231 τ 108, 215, ϝευ *I* 377 *Y* 464 *Ω* 293, 311. [d] § 99. [e] Pag. 156 *q*, c.
[f] § 13. [g] Apud Homerum haec sola inveniuntur: ὔμ'(ε) ν 357 σ 407 et l. a. ω 109, qui versus propter pluralis numeri vim pronomini tributam non videntur integri, et σφω'(έ) *P* 531. [h] De his modo est disputatum. [i] Pag. 79—81. [j] ο 475. [k] *O* 146.
[l] *H* 76. [m] *K* 551 al. [n] Passim; σφε elisione nusquam est deminutum.
[o] § 13 l. l. [p] Pag. 124 *c*; alia sunt ex. gr. *Δ* 417 *Ξ* 240 (pag. 82 i) ε 135 ϱ 576 Hes. fr. 94^{33}. [q] Ach. 1643, Comparetti Riv. di Filol. 1883, 1 sqq., Roehl Imag.[1] XV 5.
[r] εποε . . lapis. [s] Hiller Fleckeis. Jahrb. 1883, 144; praepositio etiam in Cypria Arcadicaque dialectis ἰν est dicta. Alii litteras ϝιν *dativum* sunt interpretati, non lingua invita, pag. 203 *d*, sed contextu; nam dativus ἀνθρώποισ praepositionem postulat. [t] αγαθν errans quadratarius. [u] Vs. 41(76), pag. 132.

sing. gen.	ἐμεῦ, μευ	σεῦ	ἑῦ
dual. acc.	ἄμμε (ᾰ.)	ὔμμε (ῡ.), σφώ	
plur. nom.	ἡμεῖσ, ἄμμεσ (ᾰ.)	ὑμεῖσ, ὔμμεσ (ῡ.)	
acc.	ἡμέασ	ὑμέασ	σφέασ
gen.	ἡμέων	ὑμέων	σφέων
dat.	ἡμῖν, ἄμμι(ν) (ᾰ.)	ὑμῖν, ὔμμι(ν) (ῡ.)	

§ 93. Commemorandae restant rarae hae formae: τεεῖο *tui*[a], ἑϝέ *se*[b], ἑϝέ'(ο) *sui*[c], ἑϝοί *sibi*[d].

Novicium est, quod in hymnis legitur, ἑ id quod αὐτᾶσ significans[e].

§ 94. Pronominibus personalibus in dictione epica etiam *reflexiva* erat vis; quae vis poterat augeri addito pronomine αὐτόσ[f], ex. gr. ἐμοὶ αὐτῶι[g], ἐμέθεν αὐτῆσ[h], ἑϝ'(ε) αὐτήν[i], ἑϝ'(οι) αὐτῆι[j], vox μιν autem non nisi hoc pronomine accedente vi reflexiva utitur in Iliade vel Odyssea[k]. Posthomerico demum aevo αὐτόσ cum pronominibus personalibus in unum concrevit: ἐμαυτόν, cet.

II. De pronominibus possessivis.

§ 95. Possessivorum pronominum in epica dictione haec erat figura: ἐμόσ *meus*.

τεόσ sive σόσ[l] *tuus*. Amplior forma hic illic in vulgarem abiit culpa rhapsodorum vel librariorum; ex. gr. verba Τηλεμάχωι τεῶι υἱεῖ[m], τεὸν μένοσ[n], τεὰ τεύχεα[o] in exemplaribus manuscriptis facta sunt Τ. σῶι υἱέϊ (metro invito[p]), τὸ σὸν μένοσ, τὰ σὰ τεύχεα[q].

ἑϝόσ sive ϝόσ *suus*[r]. Forma amplior ἑϝά nonnullis locis in τὰ ἅ abiit[s]. Novicium fuit ἑόσ vel ὅσ eo sensu quo σφέτεροσ usurpatum[t].

---

a Θ 37, 468, codd. τεοῖο. *b* Ξ 162 Υ 171 Ω 134. Pro ἑαυτόν ρ 387 et ἑαυτήν Ρ 551 leg. μιν αὐτόν et -τήν, non ϝε αὐτ. aut ἑϝ' αὐτ., ne post aut ante pronomen fiat hiatus vitiosus. *c* Τ 384 δ' ἑϝ'(ο) αὐτοῦ, codd. δ' ἕο αὐτοῦ. Genitivo ἑεῖο usus est Apoll. Rh. IV 782. *d* Ν 495 δ 38 Hes. Theog. 126 (ἑαυτῆι leg. ἑϝ' αὐτῆι, § 94). *e* H. Ven. 268. *f* A. Dyroff Gesch. d. pron. refl. 41 sqq. *g* ι 421. *h* ψ 78.

i Ξ 162, codd. ἑαυτήν. *j* Hes. Theog. 126, pap. εωυτηι, pag. 80 *v*. Pro αὐτῶι Oper. 293, 296 recte l. a. αὐτόσ. *k* δ 244. Accedunt Ρ 551 ρ 387, not. *b*. In locutione τῶι μιν ϝεισάμενοσ vel -μένη προσεφώνεε vel προσέφη Β 22, 795, al. μιν est obiectum verbi προσεφώνεε vel -έφη. Cf. λ 241. *l* Primitus τεϝόσ sive τϝόσ. Pronominis τεϝόσ sonus ϝ ante aetatem Homeri videtur obmutuisse, pag. 135. *m* π 438. *n* Ζ 407, ut Α 282. *o* Π 40. *p* § 14. *q* § 96. *r* Primitus σεϝόσ sive σϝόσ. Signum ϝ ut ampliori pronominis formae inseratur suadet brevior ϝόσ, pag. 136. Bekker et alii scribebant ϝεόσ, decepti versibus nonnullis, ubi ante ἑϝόσ est hiatus, pag. 152 *s*. *s* Θ 430 Μ 280 al. *t* Hes. Oper. 58 Theog. 71. Alexandrinis poetis ἑόσ etiam id quod *tuus* valebat Theocr. X 2 XVII 50 XXII 173, ὅσ etiam id quod *meus* vel *noster* Apoll. Rh. IV

νωΐτεροσ noster amborum (*-arum*)[a].
σφωΐτεροσ vester amborum (*-arum*)[b].
ἁμόσ[c] sive *ἁμέτεροσ noster*.
ὑμόσ sive *ὑμέτεροσ vester*.
σφόσ sive *σφέτεροσ suus ipsorum* (*-arum*)[d].

Tertiae personae possessivis, *ἑϝόσ* sive *ϝόσ* et *σφόσ* sive *σφέτεροσ*, *reflexiva* erat vis. Multis autem carminum epicorum locis *ἑϝόσ* sive *ϝόσ*, ut in dictione Latina *suus*, non ad *subiectum* enuntiati pertinet, sed ad aliam vocem vicinam; ex. gr.:

αἳ μέν ἔτι ζωιὸν ’γόον Ἕκτορα ϝῶι ἐνὶ ϝοίκωι[e].
τότε δὲ Ζεὺσ Ἕκτορ’(ι) ἔδωκε | ϝῆι κεφαλῆι φορέειν[f].
εἴ πωσ ἱμείραιτο παραδραθέμεν φιλότητι | ϝῆι χροΐηι[g].
ἔβλητο πρὸσ στῆθοσ, ἑϝὴ τέ μιν ὤλεσεν ἀλκή[h].
τίνεσ αὐτῶι | κοῦροι ἕποντ’, Ἰθάκησ ἐξαίρετοι ἦ ἑϝοὶ αὐτοῦ | θῆτέσ τε δμῶέσ τε;[i]
ἐξελθὼν λαοῖσιν ὀδύρεται, οἳ μεμάασι | ϝὸν καὶ Ὀδυσσῆοσ φθῖσαι γόνον ἀντιθέοιο[j].
ὥσ ϝοι ὀπίσσω | ἀντὶ λίθοι’ ἑϝὸσ υἱὸσ ἀνίκητοσ καὶ ἀκηδὴσ ’λείπετο[k].

Liberior est possessivi usus in proverbio:

οὔ τι ἐγώ γε | ϝῆσ γαίησ δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ϝιδέσθαι[l]

sive:

ὣσ οὔ τι γλύκιον ϝῆσ πατρίδοσ οὐδὲ τοκήων | γίγνεται, εἴ περ καί τισ κτἑ.,[m]

in quibus verbis pronomen *ϝόσ* spectat vocem *τινι* vel similem, non expressam sed e contextu supplendam, quemadmodum in verbis: οὔ τι κακὸν βασιλευέμεν· αἶψά τέ ϝοι δῶ | ἀφνειὸν πέλεται κτἑ.[n] nomen *βασιλεύσ* non est expressum, sed indicatum tantum[o].

1036 al.; praeivisse autem credebatur Homerus *I* 455 *ι* 28, infra not. *l—o*. Reiecit hanc opinionem Aristarchus *Α* 393 *Γ* 244 *Δ* 142 al.; quem errasse, primitus enim pronomen (ἑ)ϝόν cuilibet personae aptum fuisse, ut ϝίδιον vel φίλον, sumserunt Miklosich Act. Acad. Vindob. 1848, Brugmann ein Problem der hom. Textkritik 1876. *a* *Ο* 39 *μ* 185.

b *Α* 216. Obsoleto hoc pronomine mire abusi sunt poetae Alexandrini, praesertim Apollonius, II 465 III 395 IV 454 al. *c* Codd. ἀμόσ vel ἀ(μ)μόσ, § 92. *d* Vitiosum est *σφέτεροσ* pro *ὑμέτεροσ* dictum Hes. Oper. 2 Apoll. Rh. IV 1327, pro *ϝόσ* Hes. Clip. 90 Pind. Ol. XIII 86 al. et passim apud poetas Alexandrinos, Apoll. Rh. II 1041 Theocr. XII 4 al., quibus etiam id quod *tuus* Theocr. XXII 67, *meus* XXV 163, *noster* Apoll. Rh. IV 1354 valebat. Simili errore veteres — sed non Aristarchus — pronomen *σφισι* *Κ* 398 interpretabantur *ὑμιν*. *e* *Ζ* 500. *f* *Π* 800. *g* *Ξ* 163. Ad *Iunonem*, subiectum enuntiati primarii, *ϝόσ* refertur. *h* *Π* 753. Nominativus feminini apud Homerum non nisi h. l. invenitur, Herodian. in schol. *Α* 219. *i* *δ* 642 sqq.; masculini neutrive nominativus non nisi h. l. et *Κ* 256 *δ* 618 *ο* 118. *j* *δ* 740 sq. *k* Hes. Theog. 488. Similia sunt *Π* 445 *Υ* 235 *Χ* 404 *Ω* 36 *α* 218 *δ* 175, 192 *ι* 369 *λ* 282 *ν* 52, 265 *ο* 251 *σ* 8 *ψ* 153 *ω* 197, 365. *l* *ι* 28. *m* *ι* 34. *n* *α* 392. *o* Nihil igitur valent hi versus ad demonstrandum pronomen (ἑ)ϝόσ etiam primam secundamve personam potuisse spectare, pag. 207 *t*.

Vitio vim insolitam debet pronomen in hoc versu:

ἀνδράσι μαρνάμενοσ ὀάρων ἕνεκα σφετεράων,

ubi legendum est *μαρναμένοισ'(ι)*[a].

Haud raro pronominibus possessivis adiunctus est genitivus *αὐτοῦ, -τῆσ, -τῶν*[b]. Ex. gr.: *σῆσ αὐτοῦ κεφαλῆσ*[c], *ϝὴν αὐτοῦ*[d], *ϝοὺσ αὐτῆσ*[e].

Adiectivum *φίλοσ* multis locis possessivi fere vicem obit, ex. gr.: *κατεπλήγη φίλον ἦτορ*[f] vel: *εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν ἀπὸ μὲν φίλα ϝείματα δύσω*[g]. Cuiusmodi locis apparet stirpis vis primaria, quae et postea permansit verbo impersonali *φιλεῖ* sive *assolet*. Significat enim id quod *proprium* est[h], et de hominibus dictum eum quo quis *familiariter* utitur. Itaque Musarum Gratiarumque illud carmen: *ὅττι καλὸν φίλον ἐστί, τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστί*[i], ut hoc exemplo utamur, significat: *quicquid pulcrum est, nobis est proprium; si quid vero non est pulcrum, id a nobis est alienum*, *ἡμῖν οὐ προσήκει, ἀλλ' ἄμουσόν ἐστι καὶ ἄχαρι.* Et *φιλότητοσ* vocis amatoriae vis facile agnoscitur collata locutione hodierna: *tot de zijne maken*, similibus; non tautologiae igitur aliquid habet epicum *φιλότητι καὶ εὐνῆι μιγήμεναι*, ut *ἀγορήσατο καὶ μετέϝειπε* vel *πύματόσ τε καὶ ὕστατοσ*, sed id valet quod: *et corde et corpore iungi*[j]. Posteris autem vox *κύλιξ φιλοτησία* id erat quod Germanice dicitur *Bruderschaft trinken*, et *osculari* significans *φιλῆσαι* proprie valebat *suum facere* vel *sibi vindicare*.

III. De pronominibus demonstrativis et determinativis.

§ 96. Pronomen illud, quod postea *articuli* nomine designatum est, in lingua epica officio pronominis demonstrativi fungebatur, vi primaria nondum imminuta. Quomodo sit flexum indicat tabella quae sequitur:

ὅσ sive *ὅ*	*τό*	*ἥ*	*τώ*	*τοί* sive *οἵ*	*τά*	*ταί* sive *αἵ*
τόν	„	*τήν*	„	*τούσ*	„	*τάσ*
τοῖο „ *τοῦ*		*τῆσ*	*τοῖιν*	*τῶν*		*τάων*
τῶι		*τῆι*	„	*τοῖσι*		*τῆισι.*

E duabus igitur stirpibus procrevit: stirps *σο* praebuit formas *ὅ(σ)*, *ἥ*, *οἵ*, *αἵ*, latinum *sic*, nostrum *zoo*; ceteras stirps *το*, quae etiam

---

a *I* 327. Etiam l. a. *Σ* 210 *α* 402 *ν* 320 vitiosa est, neque recte *I* 133, 275 *T* 176 *β* 206 pro *τῆσ* sive *eius* propositum est *ϝῆσ*. b § 98. c *ο* 262. Similia *K* 204 *α* 7, 409 *β* 45 *π* 197. d *I* 342, codd. *τὴν αὐτοῦ*, pag. 210 *l*. e Hes. Theog. 470. f *Γ* 31. g *B* 261. h Synonymum fere est *(σϝ)ἴδιοσ privatus*, quod apud Homerum non nisi *γ* 82 *δ* 314 invenitur, pag. 143 *b*. i Theognid. 17. j *φιλότητι* etiam hospes sine crimine poterat accipi a muliere nupta, *τ* 310. Cf. *Γ* 354.

in syllaba initiali demonstrativorum τοιοῦτοσ, τοσοῦτοσ, *talis, tantus*, aliorum agnoscitur.

In epicorum autem carminum textu tradito promiscue usurpatae sunt nominativi pluralis formae τοί et οἵ, ταί et αἵ, codicibus passim inter se discrepantibus. Et quoniam fieri vix potuit quin in locum formarum vetustarum τοί et ταί, quibus neque Ionica neque Attica dialectus postea usa est, vulgares οἵ et αἵ saepius rariusve irreperent[a], suspecti sunt hic versus similesque:

οἳ μὲν ἐκήρυσσον, τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα[b],

ubi poeta bis forma τοί videtur esse usus, altero autem loco dictioni aevi recentioris haec assimulata esse postmodo, altero versus numeris defensa.

Nominativi singularis masculina forma ὅσ cum *particulis* praesertim coniuncta invenitur: ὃσ γάρ, ὅσ ῥα, ὃσ δή, sed etiam non sequente particula, ex. gr.: ἀλλὰ καὶ ὃσ δέδϝοικε[c] vel: οὐδ' ὃσ ἀλύξαι (ἐδύνατο)[d], et in textu tradito sigma finale perperam omissum est iis locis ubi post αὐτὰρ ὅ est hiatus[e].

Non constat utrum ὅ σφιν sit scribendum an ὅσ σφιν[f], sed veri est similius poetam forma ampliore usum.

Aevo recentiori debetur masculina genitivi forma τῶν pro feminina τᾱ́ων dicta[g].

Adverbium quoque biforme stirpes το et σο praebuerunt: τῶσ sive ὦσ *sic*. Prior forma in textu tradito rara est[h], sed ab ipsis poetis aliquanto saepius usurpata esse videtur. Ex. gr. versus hic: αἴ κέ μοι ὦσ μεμανῖα παραστταίησ, in quo vitiosum est αἴ κε optativo praemissum, leni manu sic potest sanari: αἴ μοι τῶσ μ. παρασταίησ[i].

Trypho recte praecepit: „ὦσ περισπᾶται ὅτε σημαίνει τὸ οὕτωσ"[j]. Sed in codicibus τώσ et ὥσ, non τῶσ et ὦσ, constanter fere sunt scripta.

Posteri adverbium ὦσ servarunt in locutionibus ὦσ καὶ ὦσ, οὐδὲ ὦσ, μηδὲ ὦσ, ὡσαύτωσ[k].

Loci, quibus pronomen ὅ, ἥ, τό ea qua apud recentiores ratione usurpatum est, in poesi epica rari sunt et partim certe corrupti. Ex. gr. pro τὴν αὐτοῦ vel τοὺσ αὐτῆσ leg. ϝὴν αὐτοῦ, ϝοὺσ αὐτῆσ[l], pro τὸ σόν, τὰ σά, τὰ ϝά leg. τεόν, τεά, ἑϝά[m], pro ὤριστοσ (= ὁ ἄριστοσ) leg. ὅχ' ἄριστοσ[n]. Neque verba ἠείδεισ τὸν ἐμὸν μόρον sunt integra[o].

---

a „Die Dialekte, die im Plural οἱ αἱ sagten, haben diese Formen nach der Analogie „des Singulars ὁ ᾱ (ἡ) eintreten lassen" G.Meyer² 394. b *B* 444. c *Φ* 198. d *X* 201. e Pag. 85 *n*. f *A* 73 al., pag. 216 *j*. g Pag. 165 m. h *B* 330 *Γ* 415 *Ξ* 48 σ 271 τ 234 Hes. Theog. 892 Clip. 219, 478. i υ 389. j Et. M. 824, 48. k Pro ὦσ αὐτῶσ; pag. 213 *j*. l Pag. 209 *d, e*. m Pag. 207 *n, o*. n Pag. 70 *d*. o *X* 280, § 132.

Multis autem in versibus, ubi pronomen ὅ, ἥ, τό articuli partes obire lectoribus hodiernis videri potest, priscam vim revera servavit integram; ex. gr. *Νέστωρ ὁ γέρων* Homero non erat id quod *Nestor senex*, sed: *senex ille Nestor.*

Hic illic tamen epicum ὅ, ἥ, τό ab articulo Attico revera vix quicquam discrepat, imperitiae autem fuerit omnes eiusmodi versus corrigere velle vel nota infamiae signare.

Dativus sing. neutr. *τῶι* multorum enuntiatorum initio id fere valet quod *διὰ τοῦτο* vel *οὖν*, *propterea, itaque.* Ex. gr.:

τῶι μή μοι πατέρασ ποθ' ὁμοίηι ἔνθεο τιμῆι [a].
τῶι σ' οἴω κείνησ τάδε πασχέμεν' ἐνεσίηισι [b].

Saepe quoque usurpatum est *τῶι* cum indicabatur quid expectari posset vel potuisset, si certa quaedam res eveniret vel evenisset; ex. gr.:

τῶι κε τάχ' ἠμύσειε πόλισ Πριάμοιο ϝάνακτοσ [c].
τῶι κέ ϝοι οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν [d].

Cuiusmodi locis fortasse scribendum est *τῶ*, grammaticis vetustis haud invitis [e], adverbii *τῶσ* forma altera, adverbiis *οὕτω* et *ὧδε* similis.

Nonnullis in versibus eadem vis videtur esse voculae *τό*, sed hi partim corrigendi sunt [f], partim aliter interpretandi [g].

§ 97. Pronomini ὅ in lingua epica, ut postea, saepe additum est suffixum -*δε* sive *ecce* [h]. Paullo minus late in ea patebant fines pronominis *οὗτοσ* [i]. Huius accusativus neutr. plur. *ταῦτα* multo frequentius quam ceterae formae est usurpatus.

Etiam adverbia *ὧδε* [j] et *οὕτω(σ)* passim leguntur.

Pronominis ὅδε dativus numeri pluralis in textu recepto est *τοῖσδε(σ)σι* [k]. Quam formam metaplastam et insolitam in carminibus epicis Alcaei aetate vixisse fortasse testatur genitivus *τῶνδεων*, quem Alcaeus fertur confinxisse Homerum imitatus; sed eius verba non satis sunt cognita,

---

a *Δ* 410. Posterior pars versus non est integra, pag. 84 *m*. *b* *E* 894. *c* *B* 373. *d* *γ* 258. *e* Schol. *B* 373, Et. M. 773, 20, La Roche Gesch. d. hom. Textkritik 368. *f* *T* 213 *τό μοι οὔ τι*, recte l. a. *τῶι μ'(οι) οὔ τι*, pag. 86; *ϑ* 332 *τέχνηισι· τὸ καί*, leg. *τέχνηι· τῶι καί*, quo ducunt codices; *Ψ* 547 *τό κεν* vel *τῶι κεν*, leg. *τῶι κ'(ε)*. Quae vitia peperit prisca litteratura inter *τό* et *τῶ* discrimen non faciens. *g* Liberiori verborum structurae debetur *τό γε* *Ξ* 342 *ρ* 401, *τὸ μέν* *λ* 363; subiectum est *τό* *H* 239 (?) *M* 9, obiectum *Γ* 176 *P* 404, articuli partibus fungitur Hes. Oper. 314 (lectio incerta).

h Particulae *δή* debilior haec est forma, cum altero -*δε*, quod *versus* significabat, § 49, haud confundenda. Pro *τοῖσδε* *δ* 93 *η* 23 *ξ* 443 leg. *τοῖσι*. *i* Praepositioni in hymnis demum invenitur adiunctum: h. Ap. 343. *j* Ab epica dictione alienum fuit homonymum *ὧδε* = *δεῦρο*, pag. 157 b. *k* *K* 462 *β* 47, 165 *κ* 268 *ν* 258 *φ* 93.

et erant qui aliter ea interpretarentur[a]. Utilior est comparatio dialecti Larisaeae, in qua saeculo a. C. III° vixerunt pronominis ὄνε genitivi duplici suffixo ornati τοίνεοσ et τοῦννεουν. Quamquam non id quod τοῦδε et τῶνδε hae formae significabant, sed id quod τούτου et τούτων[b].

V° ante Christum saeculo in Iliade τοῖσδεσσι scriptum fuisse testaretur Critiae hic versus:

σφραγὶσ δ' ἡμετέρησ γλώσσησ ἐπὶ τοῖσδεσι κεῖται[c],

si codicum tali in re satis certa esset fides. Quidni enim Critias forma τοισίδε apud poetas tragicos pervulgata etiam in epico illo versu usus fuerit?

III° post Chr. saeculo in Homeri textu lectum esse τοῖσδεσσι docet imitatoris hic versus:

χαῖρε θεὰ τοῖσδεσσι καὶ ἰλήκοισ Παρίοισιν[d].

Sed sive recens sive perantiqua est lectio τοῖσδε(σ)σι, sincera non est; nam τοῖσ pro τοῖσι dictum a lingua poetarum epicorum alienum erat[e]. Hi dixerunt τοισί(ν)δε[f], neque codicum auctoritate haec forma caret[g].

Pronomina ὅδε *hic* et οὗτοσ *iste* quaeque cum iis composita sunt *correlativa* atque *adverbia* in dictione epica non minus diligenter quam postea sunt distincta; ex. gr.:

ναὶ μὰ **τόδε** σκῆπτρον *per meum hocce sceptrum*[h].

αἲ γὰρ ἐγὼν **οὕτω** νέοσ εἴην **τῶιδ'** ἐπὶ θυμῶι *utinam tuam iuventutem addere possem meae fortitudini*[i].

τίσ δ' **οὗτοσ** κατὰ νῆασ ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶοσ *heus tu, quis es, qui solus per castra vagaris?*[j].

ἀλλ' **ὅδ'** ἐγὼ **τοιόσδε** *at ecce talis ego adsum*[k].

τοιοῦτοι δ' εἴ πέρ μοι ἐϝείκοσιν ἀντεβόλησαν *sed viginti qualis tu es si mihi occurrissent*[l].

ἐνθάδε τοι θάνατοσ *a me tibi venit mors*[m].

ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσι *istic iam iace inter pisces*[n].

Etiam in tragicorum poetarum verbis passim apparet discrimen quod

---

a τὸ „τοῖσδεσσι" … μιμούμενοσ Ἀλκαῖόσ φησι „τῶνδεων", ὅπερ τινὲσ ἀγνοίαι τοῦ ἀκριβοῦσ ἀνέγνωσαν „τῶν δεῶν", ἵν' ἦι „τῶν δεῖνα", Herodianus Anecd. Oxon. I 253. *b* τοίνεοσ γὰρ συντελεσθέντοσ et: ἐψάφιστει τᾶ πολιτεία πρασσέμεν πὲρ τοῦννεουν καττὰ ὁ βασιλεὺσ ἔγραψε, inscr. Thessal. 345^{15}. *c* L. a. τοῖσ δέ σοι, id est τοῖσδεσι. *d* CIG. 2388, Kaibel Epigr. 818, ut *K* 462. *e* Pag. 170 *d*. *f* Hermann Orph. 821, Nauck, Cobet. *g* κ 268 φ 93 sic multi codd.; ι 286 autem, ubi τοισίδ'(ε) est legendum, in codd. plerisque est τοῖσδε, in G et aliis τοισδέσ', abiit igitur ^{σι}τοισδε in τοισδεσι. *h* *Α* 234. Similia *K* 434 α 185 ζ 276 υ 351 al.; item ex. gr. Herodot. I 111: νῦν τε ὅδε ἐστὶ *iamque eum ego tibi affero* et passim ἥδε ἡ θάλασσα *mare nostrum*. *i* π 99. Sic Terent. Hec. I 1, 17: *cur non istaec mihi aetas et forma est aut tibi haec sententia*. *j* *K* 82. Similia *K* 341 β 40 h. Merc. 261. *k* π 205. Similia *Z* 463 *T* 324 *X* 420. *l* *Π* 847. Similia *I* 485 h. Ven. 242. Pro τοιόσδε ἐὼν … γυναῖκ' εὐϝειδέ' ἀνήγεσ *Γ* 46, ubi erroris indicium est hiatus, pag. 86 *j*, leg. τοῖόσ περ ἐὼν aut τοιοῦτοσ ἐών. Et *Ω* 375 pro ὅσ μοι τοιόνδ' ἧκεν ὁδοιπόρον ἀντιβολῆσαι leg. τοῖον ἔηκεν, *talem qualem te video viatorem*. *m* *Υ* 390. *n* *Φ* 122. Similia σ 105 υ 262 h. Ap. 363 Ar. Plut. 724.

est inter ea demonstrativa, quae *primam* personam spectant, et ea quae *secundam*, ex. gr.: εἰ τάδ' ἐν τούτοισ *si nostrae res ita habent ut tu dicis*[a]. Haud raro tamen in artificiosa illa tragoediae dictione neglectum est, ex. gr. in his versibus Euripidis:

ὁρᾶισ τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖσ ἐν ἀγκάλαισ;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν[b],

hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Iovem[c].

A pronomine ἐκεῖνοσ prothetica vocalis ἐ- in lingua epica afuit[d], item ab adverbiis κεῖσε. κεῖθι, κεῖθεν. Antiquiores autem fuisse has formas, quae in dialecto Ionica permanserunt[e], cum ipse Homerus docet, tum κῆνοσ et τῆνοσ Aeolica et Dorica formae.

In nonnullos tamen carminum epicorum versus corruptos aut spurios irrepsit Atticum ἐκεῖνοσ[f].

§ 98. Pronomine αὐτόσ *ipse* res vel animal ab aliis *secernebatur*. Saepe igitur negativa potius quam positiva fuit eius vis, cum *non instinctu alieno, nullo alio praesente* vel *adiuvante* fieri aliquid dicebatur. Cuiusmodi locis αὐτόσ id valet quod *ultro, sponte, suo arbitratu, solus*[g].

Etiam ad ea quae *iam commemorata* sunt *denuo* designanda pronomen αὐτόσ saepe est usurpatum a poetis epicis, ut a posteris, *eum ipsum* sive *eundem* igitur valens: αὐτὸσ ἀνήρ *idem vir*, αὐτὰ κέλευθα, αὐτὴν ὁδόν, αὐτῆι νυκτί, al.[h]. Emphasis autem cum augebatur addito pronomine demonstrativo ὅ, proxime distabant talia a recentioris aetatis dictione: τὴν αὐτὴν ὁδόν, τοκήων τῶν αὐτῶν, ἤματι τῶι αὐτῶι, τῆσ αὐτῆσ ἀγγελίησ[i].

Adverbium αὐτῶσ usurpatum est in locutione ὧσ δ' αὐτῶσ *eo ipso autem modo* sive *eodem autem modo*[j]. Et mutato accentu — si recte sic traditum — αὔτωσ significabat *sic temere, frustra*[k].

Id quod *unus idemque* in dictione epica non, ut postea, significabatur voce (ὁ) αὐτόσ, sed adiectivo ὁμόσ[l], quod non nisi *rebus* adiungebatur.

---

a Soph. Ant. 39. *b* Eur. fr. 935. *c* Sic vertit Cicero de Nat. Deor. II § 65.
d τῆι ἐκεῖνοσ οὐ χρῆται ὁ ποιητὴσ εἰ μὴ ἀναγκασθῆι ὑπὸ τοῦ μέτρου. οὕτωσ Ἀρίσταρχοσ, schol. α 177. Metrica autem eiusmodi necessitas esse nulla poterat. *e* Ex. gr. Ion. 5632 saepius κεῖνον et κείνου. *f* Mnemos. 1887, 90 sq.; correctu facillima sunt κἀκεῖνοσ et similia Γ 402 al. (§ 9), ὁππότ' ἐκείνων, τεύχε' ἐκεῖνοι, ἐν ἐκείνωι, similia Ι 646 Σ 188 γ 103 ο 368 π 151 Ο 94 Σ 262 ο 212 β 272 ξ 491 β 171 ξ 70, 122 σ 239, pro ὄφρ' ἂν ἐκεῖθι ρ 10 leg. ὄφρα κε κεῖθι coll. β 124 et § 326 C, molesti quid habent Γ 63 (spur.) Δ 653 β 183 γ 113 δ 819 ξ 163 (spur.), 352 ο 330 σ 147 τ 322 ω 288, 312, 437 Hes. Clip. 72. *g* Item in Attica locutione αὐτοί ἐσμεν Ar. Ach. 504 Thesm. 472 et in similibus. *h* Ε 396 (§ 9) Μ 225 Ψ 480 θ 107 κ 263 π 138 φ 366 Hes. Clip. 35, 37. Imitatus est Apoll. Rh. I 199.
i Ζ 391 η 55, 326 π 334. *j* Γ 339 al., ut Att. ὡσαύτωσ (accentu mutato) pag. 210 *k*. *k* Α 133, 520 Η 100 Ρ 633 Σ 338, 584 ξ 151 al.; cuiusmodi locis frequens est l. a. οὕτωσ. *l* Δ 437 al.; Ν 333, ubi id quod *communis* (ξυνόσ, postea κοινόσ) valet, praeferenda videtur l. a. ὁμόσ'(ε).

Ab eadem stirpe ducta sunt verbum *ὁμωθήμεναι*[a], adverbia *ὁμῶσ*, *ὁμοῦ*, *ὁμόσε*, *ὁμόθεν*[b], adiectivum *ὁμοῖοσ*, composita *ὁμαρτῆι*[c], *ὁμαρτήδην*[d], *ὁμαρτέω*[e], *ὁμηγερήσ*, alia multa[f].

Eo quo *is* vel *ille* sensu *αὐτόσ* in carminibus epicis non est usurpatum. Multis sane locis praepositioni vel adverbio locali iunctum *eum*, *eam*, cet. valere *videtur* lectori hodierno, ex. gr. *παρ' αὐτόν*[g], *ὑπ' αὐτοῦ*[h], *ἐπ' αὐτῶι*[i]; sed fallax ea est species, et singulos locos qui ita comparati sunt accurate considerantibus apparet propriam pronominis vim et ibi esse servatam, *oppositionem* enim aliquam fieri, vertendum igitur esse: *iuxta ipsum*, *ab ipso*, *ob ipsum*[j]. Posteris autem debentur *αὐτόν* *eum*, *αὐτούσ* *eos* significans, quaeque plura huiusmodi locis nonnullis textus traditi leguntur[k]. Post Homerum natus est hic mos loquendi, qui late dein per Graeciam invaluit.

Insolitum est *αὐτόν* id quod aevi recentioris pronomen reflexivum *ἑαυτόν* sive *se ipsum* uno loco valens[l].

Comitativa quae dicitur vi usus dativus pronominis *αὐτόσ* in dictione Homeri, ut postea, significabat *cum ipso*...[m], ex. gr. *αὐτῆι κεν γαίηι ϝερύσαιμι* *ipsa cum terra traham*[n], *αὐτοῖσιν ὄχεσφι*[o], *αὐτῆισι ῥίζηισι*[p]. Addi poterat praepositio *σύν*, ex. gr. *αὐτῆι σὺν φόρμιγγι*[q].

IV. De pronomine interrogativo et indefinito.

§ 99. Huius pronominis formae pleraeque in epica dictione eaedem erant quae fuerunt postea, sed genitivus singularis erat *τέο* et *τεο*, dativus pronominis indefiniti non solum *τινι* sed et *τεωι*, genitivus interrogativi *τέων*. Quae formae post Homeri aetatem in *τοῦ*, *του*, *τωι*, *τῶν* abierunt, ab origine autem propius distant quam *τίνοσ*, *τίνι*, *τίνων*; nam stirpis *τι*

---

a Ξ 209. *b* § 319. *c* L. a. *ἁμαρτῇ* vel *-τῆι*, sed sonum *ο* tuetur forma Aeolica *ὐμάρτη*. *d* Ν 584, l. a. *ὁμαρτήτην* sive *ἁμαρτήτην*, § 195. *e* L. a. *ἁμαρτέω* ut Herod. Mimiamb. IV 95 V 43 Eurip. fr. 680 Nauck. *f* Cohaerent *σομ* (*ὁμόσ* al.), *σαμ* (*ἅμα* al.), *σεμ* (*εἷσ* al.). *g* Λ 463. *h* Γ 436. *i* Β 270. *j* Cf. etiam IV 159, 670. *k* Η 333 Κ 493 Λ 561 Ξ 118 Ο 621 Υ 14 Χ 513 Ψ 277 (Ω 664) α 109 δ 110, 634 ε 325 ϑ 472 κ 113, 259, 303 π 370 υ 70 ω 270, Doederlein öffentl. Reden 361 sq., I. M. Hoogvliet Stud. Homer. 45—69, A. Dyroff Gesch d. pron. refl. 41. *l* δ 247, § 94. *m* Nos: *met* ... *en al.* Similis est vis dativi in locutionibus *αἰθούσηισι τετυγμένοσ* Ζ 243, *τεύχεσι παμφαίνων* Ζ 513, *ἵπποισι καὶ ἅρμασι πέμπε νέεσθαι* δ 8, similibus. *n* Θ 24. *o* Θ 290. *p* Ι 542. Similia Λ 699 Υ 482 Ψ 8 ϑ 186 ξ 77 υ 219 φ 54 h. Merc. 69, 84. *q* Ι 194, item Ξ 498 ν 118 h. Ap. 148 et substantivo omisso Μ 112. Praepositio *σύν* ubi *non* est adiuncta, omissam esse (vel potius: potuisse addi) observabat Aristarchus.

genitivus primitivus τί-ιο, similis genitivis pronominum *personalium* ἐμέ-ιο, σέ-ιο, ϝέ-ιο (ἐμεῖο, σεῖο, ϝεῖο), abiit in τέjο[a] sive τέο, ut πόλιοσ in πόλεοσ. Accusativus autem a stirpe τι primitus ductus est τίμ sive τίν, cui postmodo subiectus est sonus -α ad exemplum aliorum accusativorum, fortasse accusativi ἕνα. Accusativus autem τίμ nondum auctus aut mutatus novas et metaplastas formas τίμοσ et τίμι (τιμόσ et τιμί) peperit, quarum altera etiam extat in lapide vetusto: ὅτιμι = ὅτωι[b]. Dein harum formarum sonus μ abiit in ν ad exemplum soni finalis accusativi τιν[c].

In tradito Iliadis et Odysseae textu non τέο et τεο sunt scripta locis plerisque, sed monosyllaba parum Homerica τεῦ[d] et τευ[e]. Compluribus tamen locis disyllabae formae manserunt intactae[f], ceteris tantum non omnibus possunt restitui salvis versuum numeris[g].

Dativus disyllabus τεωι sive τινι nonnullis locis est traditus[h], restituendus autem est ubi in codicibus est monosyllabum τωι vel τεωι[i].

Suspecta est genitivi pluralis forma monosyllaba τέων[j].

Neutrum numeri pluralis, quod primitus fuit τία, τια, abiit in τjά, dein in σσά. In dialecto Megarica interrogativum (σ)σα et postea vixit[k]; indefinitum autem σσα sonum σ servavit geminatum, quia nominibus in -α desinentibus solebat subiungi. In carminibus epicis uno loco id invenitur: ὁπποῖάσσα[l], et passim apud posteros. In codicibus autem scriptum est ἅσσα, Attice ἅττα, postquam in desuetudinem abiit scriptio continua; sed veri indicium servavit *accentus*, nam ὁπποῖ' ἅσσα quid est nisi ὁπποῖά σσα male diremptum?[m] Praeterea σσα vixit in pronomine indefinito ἅσσα[n].

Interrogativo τί adiunctae particulae ἦ et ποτε novas particulas τίη et τίπτε[o] effecerunt, *cur tandem* significantes[p]. Salvis quidem numeris τίη in duas voces τί et ἦ potest solvi, hiatus enim post -ι non erat vetitus[q], sed solidam esse particulam cum voces τίη δὲ σύ[r] et similes

---

a Primaeva haec genitivi figura extat in lapide Gortynio 4965: ὅτειο = οὗτινοσ. Unde novus nominativus ὅτειοσ, ὀτειᾶ = ὅστισ, ἥτισ natus est Gort. Collitz. indicis pag. 1033, 4991 IV⁵² V¹. *b* Gort. 4991 VII⁵¹ VIII⁷, ¹² 4992, 5006, ᾡτιμι 4991 VIII¹⁹, ³². Ex μηδενί et μήτιμι contaminatis procrevit recentior forma μήδιμι Cret. 5148. *c* Skutsch, Glossa I 70. Eadem ratio obtinet inter accusativum Ζῆν et formas Ζηνόσ, Ζηνί, § 80. Priscae igitur flexioni congruit acc. Οὖτιν ι 366, 369. *d* τοῦ Ω 106. *e* § 7 et de genitivis (ἐ)μεῦ, σεῦ, ϝεῦ pag. 205 sq. *f* τέο Β 225 Ω 128 δ 463, τεο π 305. *g* Versibus Β 388 τ 371 ω 257 forma disyllaba non convenit. *h* τεωι Π 227 λ 502 υ 114, τινι Ρ 68 ξ 96.

i Elisum τιν'(ι) leg. Α 299 Μ 328 Ν 327 κ 32 ν 308 υ 297, pag. 79 *g*; pro πρίν γέ σέ τωι σ 289 leg. πρίν σέ τεωι. *j* ζ 119 ν 200, pag. 69 *h*. *k* Ar. Ach. 757, 784 σὰ μάν (= τί μήν) in verbis viri Megarensis. Recte Herodianus in schol. Α 551. *l* τ 218.

m Postquam alpha finale nominum, quibus subiungebatur encliticum ττα, ipsius pronominis sonus initialis visum est, etiam ἅττα τοιάδε Plat. Phaedon. 60 *e* et similia sunt dicta, quemadmodum οὐδέν male diremtum peperit Democriteum illud δέν, ad imitationem adverbii οὐκέτι fictum est μηκέτι, et ludens aliqui comicus ad exemplum τοῦ οὐδαμῶσ confinxit absurdam vocem γαιδαμῶσ (fr. adesp. 1086). Primus rem perspexit et illustravit Ahrens. *n* § 102.

o Pag. 73 *i*. *p* Non nisi λ 474 vim *pronominis* servavit τίπτε. *q* Ε 465 Ψ 103 Ω 593 ϑ 136 ι 27, 339 κ 246, § 100. *r* Ζ 55.

testantur, quoniam *τί ἦ δὲ σύ* parum epica foret particularum series[a], tum ipsa vis vocis *τίη*, quae *adverbii* non pronominis partibus est functa.

§ 100. Pronomen indefinitum negandi particulae subiunctum *neminem, nullum* significabat: *οὔ τισ, οὔ τι, μή τισ, μή τι.*

In nonnullos versus irrepserunt recentioris aevi pronomina *οὐδείσ* et *μηδείσ*, ex. gr. *οὐδὲν ἐοργώσ* pro *οὔ τι ϝεϝοργώσ*[b], *οὐδὲν σοί γε* pro *οὔ τι τεΐν γε*[c]. Sed suspicionem non movet *οὐδ' ἑνόσ ne unius quidem*[d], neque *οὐδενόσωροσ ne minimi quidem pretii*[e], quod minore cum emphasi dictum est *οὐτιδανόσ*.

Ab epica dictione aliena fuerunt *ἀμόσ* et adverbia quae ab indefinito hoc pronomine ducta sunt[f].

V. De pronominibus relativis.

§ 101. Relativum *ὅσ, ὅ, ἥ* in epicis carminibus nihil habet insoliti; nam describentium erroribus debentur genitivi formae *ὅου*[g] et *ἕησ*[h]. Adverbium fuit *ὥσ*.

Et pronomini et adverbio saepe subiuncta est vocula enclitica *τε que* a stirpe pronominis indefiniti *τισ* ducta[i]; quae locum habebat ubi „novi quid proferebatur ad rem iam cognitam melius cognoscendam „(synthetice); ubi vero aberat *τε*, relativum cum antecedente suo novam „et integram notionem constituebat (analytice)"[j].

Loco pronominis relativi a priscis poetis saepe usurpatum est demonstrativum *ὅ(σ), τό, ἥ is, id, ea*[k]. Sic fiebat *parataxis*, priscae dictioni magis apta quam enuntiatorum hypotacticorum structura artificiosior: alterum enuntiatum alteri apponebatur, non subiciebatur[l]. Consimiles autem — quae fallax est similitudo[m] — in dictione epica fuere demonstrativi huius pronominis atque relativi formae *ὅσ, ἥ, οἵ, αἵ.*

---

a § 329², Monro² 310, Apoll. de Coni. 523. *b* *χ* 318. *c* *X* 332, 513, pag. 203 *b*. Pro *οὐδένι* leg. *οὔ τινι X* 459 *λ* 515, pro *οὐδέν* leg. *οὔ τι E* 516 *δ* 195 *ι* 34, 287 *τ* 264 et cum hiatu concesso (pag. 215 *q*) *A* 244, 412 *K* 216 *Π* 274 *σ* 130 *υ* 366 (?) *χ* 370 Hes. Oper. 144, 311, pro *μηδὲν* leg. *μή τι Σ* 500 h. Ap. 338 Hes. Oper. 395, Cobet Misc. Crit. 275. Non congruunt *Ω* 370 *δ* 248, 350 *ϱ* 141. *d* *Θ* 234. *e* *Θ* 178, § 309. *f* Excepto *ἀμόθεν α* 10. *g* Pag. 169 *a*. *h* *Π* 208 *φυλόπιδοσ μέγα ϝέργον, ἕησ τὸ πρὶν γ' ἐράασθε* leg. *φυλόπιδοσ ϝέργον μεγάλησ, τοῦ πρὶν περ ἔρασθε*, § 305⁴. *i* § 328², Hermann ad Orph. Lith. 393, Nitzsch ad *α* 50, E. Lammert de pronominibus relativis Homericis 1874, 21 sqq. *j* Nitzsch. *k* § 96. *l* „Homerus existimandus est longe saepis- „sime demonstrativam putasse sententiam quam nos vocamus relativam atque ita vertimus", V. H. Koch in Lexico Ebelingi II 19ᵃ. Eadem est ambiguitas pronominum *die, der, that* in linguis hodiernis. *m* Relativi pronominis stirps fuit *ϳο*, demonstrativi *σο*, § 96.

Demonstrativum ubi relativi loco est usurpatum, saepe et ipsum indefinita particula τε est ornatum[a].

Relativo neutri generis pronomini ὅ hic illic addita est particula γάρ[b]. Sic et ἵνα γάρ est dictum[c], et simili ratione particula γάρ interrogativis pronominibus atque adverbiis saepe est iuncta: τίσ γάρ, πῶσ γάρ, al.

Adverbio ὡσ *ut* sive *quemadmodum* particula τε ornato[d] similis fuit aevi posterioris particula ὥστε *ita ut*, qua poetae epici non sunt usi[e].

Saepe post substantivum suum collocatum est ὡσ accentu servato (ὥσ). Plerisque huiusmodi locis in thesi est post diphthongum longamve vocalem, ex gr. λύκοι ὥσ[f], vel post brevem syllabam consona clausam, ex. gr. κακὸν ὥσ, ὄρνιθεσ ὥσ, θεὸσ ὥσ[g]. Unde nata est suspicio *consonam* in dictione epica fuisse praemissam, analogia autem ferebat ut haec consona ϝ fuisse crederetur. Itaque ϝώσ in carminibus epicis scribebat Bentley, et egregie corroborari visa est huius opinio cum in aere vetusto inventae sunt litterae *FOTI*[h]. Cum tamen frustra rogaretur undenam stirpi relativae ὁ (ϳο) sonus ϝ accrevisset, intellectum est una lineola addita scribendum esse *EOTI* sive ᾗ ὅ τι[i].

Epicam particulae figuram fuisse ϳώσ contenderunt alii[j]; probabilius proponi posset τώσ collatis rustici Megarensis in comoedia Attica verbis: τὼσ ἀρωραῖοι μύεσ *sicut mures agrestes*[k], si veri videretur simile signum τ ex carminum epicorum tam multis versibus eiectum esse a posteris. In thesi autem quoniam poetae epici syllabas breves consona clausas ante ὥσ non produxerunt[l], in vocalem desinentes constanter eliserunt[m], manifestum est consonam initialem in lingua epica huic adverbio non fuisse, sed finales illas syllabas vi *ictus* esse firmatas, ut alias haud paucas[n].

§ **102.** Relativi indefiniti ὅσ τισ in carminibus epicis hae inveniuntur figurae:

---

a Cuiusmodi locis particulam homonymam id quod *et* significantem intellegi, ita ut ὅ τε id quod *et is* valeat et parataxin efficiat, non sinit coniunctionis τε qui in epicis carminibus est usus, § 325[1]. *b* *M* 344, 357 *Ψ* 9 ω 190. *c* *K* 127 (l. a. *Ψ* 854 ο 239, § 322 II[2]).

d *Γ* 23 al. *e* α 227 ὥσ τε (= καὶ ὡσ) est scribendum, non ὥστε. Sed dictio recentior in tradita verba irrepsit *I* 42 ρ 21 h. Ap. 530, Lehrs Arist.[2] 158. *f* *Δ* 72.

g *B* 190 *Γ* 2, 230. Huiusmodi loci sunt 35; in *secunda* arsi syllaba finalis est *Z* 443, ceteris locis in *quarta* vel *sexta*. *h* Anno 1850: ηεμιολιονοφλετοϝοτισυλασαι sive: ἡμιόλιον ὀφλέτω ϝότι συλάσαι, Locr. 1479[6], IGA. 322. *i* Corr. Wackernagel Rhein. Mus. 1893, 301—303. *j* Pag. 154 *d*. *k* Ar. Ach. 762. Sed in Sophoclis Ichneutis pro ὡσ αἰέλουροσ εἰκάσαι πέφυκεν ἢ τωσ πόρδαλισ leg. ἤ τισ π. coll. Ant. 1082 ἢ θῆρεσ ἤ τισ πτηνὸσ οἰωνόσ.

l *Γ* 196 *Θ* 94, 271 *N* 137 χ 299 Hes. Clip. 60. *m* *Δ* 383 *M* 293 *Π* 756 h. Ap. 448, item δ' ὥσ *E* 78 *Δ* 147 *M* 156 β 47 al.; vitiosus est σ 323, pag. 54 *q*. *n* Pag. 91 *n*—*q*.

Sing.	N.	ὅσ τισ	sive	ὅ τισ	ὅττι sive ὅ τι	ἥ τισ
	A.	ὅν τινα	„	ὅτινα		ἥν τινα
	G.	οὗτεο	„	(ὅτεο)		—
	D.	—		ὅτεῳι		—
Plur.	N.	οἵ τινεσ			ἅσσα	—
	A.	οὕσ τινασ	„	ὅτινασ		ἅσ τινασ
	G.	—		ὅτεων		—
	D.	—		ὀτέοισιν		—

Masculinae formae a sono ὁ- incipientes nudam hanc stirpem exhibent, ut ὁποῖοσ et ὁπόσοσ, morem in compositione vigentem secutae. Sed excepto ὅτισ, quod potius ὅ τισ proferendum[a], in carminibus epicis sunt rarissimae, et fortasse inde alienae fuerunt[b].

Neutri generis forma ὅττι ex ὅδ-τι est nata[c]. In pronominibus Latinis sonus *d* frequens fuit: *quod*, *id*, al.[d]. Sed duplicatus sonus τ genitivi ὅττεο sive ὅττευ, quem nonnullis locis praebet Odysseae textus traditus, pravo analogiae studio debetur[e]; nam ὅδ-τεο dici nunquam potuit, priscae autem litteraturae signa *hoτεο* etiam id quod οὗ τεο poterant significare, quapropter non est cur ipsi poetae vitiosum illud ὅττεο tribuatur. Quae sententia corroboratur inscriptionibus Aeolicis; in his enim ὅττι haud rarum[f], ceterorum vero casuum consona τ non est iterata[g].

Plurale ἅσσα primitus fuit ἅ-τια sive ἅ-τϳα[h]; quae pervetusta fuit forma, nam prius est nata quam priscum τια cessit metaplasto τινα. In exemplaribus manuscriptis saepius substitutum est ὅσσα[i].

Recentior forma ὅτινα legitur in hemistichio parum epico: ϝίδωμ' ὅτιν' ἔργα τέτυκται, ubi poeta videtur cecinisse: ϝίδω τίνα ϝέργα τέτυκται[j].

§ 103. Neutrum ὅ vel ὅ τε saepius functum est munere *coniunctionis*, ut Latinum *quod*, idem igitur valens quod ὅ(τ)τι. Ex. gr.:

'φεῦγον, ἐπεὶ 'γίγνωσκον ὃ δὴ κακὰ 'μήδετο δαίμων[k].
χωόμενοσ, ὅ τ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὔ τι ἔτισασ[l].

Cuiusmodi locis fuere qui voculas ὅ τ'(ε) coniunctim scriptas interpretarentur ὅτ'(ι)[m]; sed a voce τι elisio fuit aliena[n].

Hic illic incertum est utrum ὅ τ'(ε) *quod* an ὅτ'(ε) *cum* voluerit poeta[o].

---

a ὅ = ὅσ § 101. *b* ὅτινα ϑ 204 ο 395 (l. a. ὅν τε), ὅτευ ρ 421 τ 77 (-ευ a dictione epica alienum, pag. 215 *e*), ὅτεῳι β 114 et cum synizesi proferendum *M* 428 *O* 664 invita dictione epica, § 8, ὅτινασ *O* 492, ὅτεων κ 39, ὀτέοισιν *O* 491. Cf. genitivus ὅττεο vitio natus nota *e*. *c* Pag. 110 *c*. *d* Bezzenberger Beitr. IV 337 sqq. *e* α 124 χ 377 ρ 121.

f Pag. 110 *i*. *g* Itaque verba postrema inscriptionis Aeol. 293 ὅ κε ϑέλῃ ϑύην . . ., ϑυέτω ἰρήϊον ὅττι κε ϑέλῃ καὶ ἔρσεν καὶ ϑῆλυ πλ[ὰν] ὔ[οσ] καὶ ὄρνιϑα[.]ττι[, non sic sunt supplenda: ὄρνιϑα [ὅ]ττι[νά κε ϑέλῃ]. *h* Pag. 215. *i* Olim fuere quibus ἅσσα sive ἄσσα adiectivi ὅσσα forma Aeolica videretur, Meister Dial. I 41, 2. *j* *X* 450; litterae vetustae ιδοτιναεργα a transcriptoribus intellectae sunt ἴδ . . . ὅτιν'(α) ἔργα. *k* γ 166.

l *Δ* 244. Similia *A* 120 *E* 433 *Δ* 439 *T* 144 *X* 445 α 382 β 45 μ 375 al. *m* Spitzner Vers. Her. 172. *n* Pag. 76 *j*. *o* Ex. gr. *Z* 126 ϑ 299.

IV.

DE FLEXIONE VERBORUM.

CAPUT I.

OBSERVATIONES GENERALES.

I. De verborum generibus.

§ 104. Futurum passivi in -(ϑ)ήσομαι cet. post aetatem Homeri est natum[a]. Quaedam tamen eius rudimenta in epicis carminibus apparent. Fortasse usurpatum est in hoc versu:

ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλε μιγήσεσθαι φυλάκεσσι[b].

Sed quoniam aliena inde est notio *passivi* et in promptu est lenis correctio μιγάσσεσθαι[c], haec potius verbo figura a poeta videtur esse tributa.

Futurum δαήσομαι *discam*[d] vero luculenter ostendit unde originem ceperint crebra illa aevi recentioris futura in -(ϑ)ήσομαι. Nam *transitivae* potestatis stirps δα e *docendi* verbo δι-δά-σκειν cognita peperit *intransitivam* stirpem δαη, ex qua procreverunt aoristus ἐ-δάη-ν, perfectum δε-δάη-κα, futurum δαή-σομαι: *didici, discam.* Congruit igitur ea conformatio, qua e stirpe μιγ factum est μιγη (ἐμίγην, μιγήσομαι) vel e stirpe

---

a Postquam futurum in -(ϑ)ήσομαι desinens est natum, singulis verbis tria futura in -μαι concedebat lingua. Sed non nisi paucis concedebat ipsorum potestas; nam a longe plerisque aut notio actionis *continuatae* (fut. in -σομαι) aut temporis aliquo articulo *absolutae* (fut. in -ϑήσομαι) aut *perpetuum effectum habentis* (fut. perfecti) aliena erat. Ex. gr.: cum τῑμήσεσθαι sive *honoratum iri* posset dici, ex. gr. αἰεὶ τιμήσεσθε διαμπερὲς ἤματα πάντα h. Ap. 485, non requirebatur alterum futurum τῑμηθήσεσθαι, quo significaretur fore quidem ut honore quis afficeretur, sed *non* significaretur fore ut honor ille ei permaneret. Neque utilitatis aliquid habebat futurum τετῑμήσεσθαι sive: *fore ut ea condicione, quae est honore affectorum, in perpetuum uteretur quis.* Qualia aut ab hominum cogitatis et sermone omnino aliena sunt, aut pluribus vocibus aptius quam uno verbo exprimuntur. *b* *K* 365. Expectabatur μίξεσθαι, ut ζ 136 ω 314. *c* μιγασεσθαι—μιγεσεσθαι. Praesens μιγάζομαι legitur ϑ 271.
d γ 187 τ 325, § 203.

φαν φανη (ἐφάνην, φανήσομαι); a *medio* tamen quod dicitur genere futurum δαήσομαι divellet nemo qui comparaverit verba ἔγνων, ἔγνωκα, γνώσομαι, ἔβην, βέβηκα, βήσομαι, alia. Sic ad recentioris temporis flexionem transitus est inchoatus.

§ 105. Non nisi ad *aoristi* igitur conformationem in dictione epica pertinent artis grammaticae vocabula longo usu stabilita generis *medii* et generis *passivi*. Medii dicitur aoristus is qui in -(σά)μην desinit, passivi qui in -(θ)ην, *potestatis* autem indicium his nominibus non inest. Nam multorum verborum aoristo medii qui vocatur est vis passiva vel reflexiva. Ex. gr. ἔβλητο id valet quod *percussus est*[a], ἀασάμην id quod *culpam mihi conscivi*, ab aoristo ἀάσθην sive *culpa affectus sum* haud ita multum discrepans[b].

Itaque verba complura, quae in linguae posterioris grammatica audiunt deponentia *passivi*, in epica lingua *medii* potius deponentia sunt dicenda, ex. gr.:

αἴδομαι[c]	ἠιδε(σ)σάμην	sive	ἠιδέσθην.
ϝήδομαι[d]	ἐϝησάμην	postea	ἥσθην.
ἄγαμαι[e]	ἠγα(σ)σάμην	„	ἠγάσθην.
ἔραμαι[f]	ἠρα(σ)σάμην	„	ἠράσθην.

§ 106. Verborum complurium genus *activum* et genus *medium* nullo — quod quidem indicari possit — significationis discrimine in dictione epica sunt usurpata, ex. gr.:

ἀίσσω[g] sive ἀίσσομαι[h].

ἤλιτον[i] sive ἠλιτόμην[j].

νεμε(σ)σάω, ἐνεμέσησα[k] sive νεμε(σ)σάομαι, ἐνεμεσησάμην, ἐνεμεσήθην[l].

ὀίω[m] sive ὀίομαι, ὠϊσάμην, ὠΐσθην[n].

ὁράω[o] sive ὁράομαι[p].

Quae medii generis vis in tempore *futuro* ne postea quidem rara fuit. Sic futurum verbi ἀκούειν cum in epica dictione tum in recentiore fuit ἀκούσομαι.

Sed multorum verborum activum et medium, ut figura, sic et usu in carminibus epicis sunt separata, ex. gr.:

ἀμείβειν	*permutare*,	med.	*excipere*.
ἀμΰνειν	*defendere*,	„	*se defendere*.
λύειν	*vendere*,	„	*redimere*.

---

a Δ 518, § 258. *b* Τ 136 sq., § 287[1]. *c* § 289. *d* § 221[4]. *e* § 305[1]. *f* § 305[4]. *g* Ε 657 al. *h* Ζ 510 Ε 854 Χ 195 Ω 97 al. *i* Ι 375. *j* Τ 265 Ω 570 al.; part. ἀλιτήμενος δ 807. *k* Δ 413, 507 al. *l* Κ 115 Ν 119 Π 544 al. *m* Α 59 al. *n* Α 78 α 323 δ 453 al., § 292*. Gall. *je doute* sive *je me doute*, *je meurs* sive *je me meurs*, similia, Monro Hom. Gramm.[2] § 8. *o* Α 350 al. *p* Α 56 al., § 309.

II. De verborum temporibus et modis.

§ 107. In lingua epica *aoristo indicativi* saepe tributa est vis ea quae *gnomica* dici est solita; ex. gr.:

ὅσ κε θεοῖσ' ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ[a].
ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρανῶι ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει[b].

Cuiusmodi locis aoristus, quod attinet ad temporum consecutionem, praesentis instar habebatur; cui tempori et sociari poterat, ut in exemplo posteriore. In subordinatis igitur enuntiatis usurpabatur subiunctivus, ut in exemplo priore, item in his:

τὴν μέν θ' ἁρματοπηγὸσ ἀνὴρ αἴθωνι σιδήρωι
ἐξέταμ', ὄφρα ϝίτυν κάμψηι περικαλλέϊ δίφρωι[c].
εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγκώμιον ἄλλο γένηται,
γείτονεσ ἄζωστοι ἔκιον, 'ζώσαντο δὲ πηοί[d].

Verbi auxiliaris μέλλειν in dictione epica non idem fuit munus atque apud posteros[e]. Propria ei fuit notio *eundi*, procrevit enim ex ea stirpe, quae et aoristum μολεῖν peperit[f]; conferri autem potest Herodoteum ἔρχομαι ἐρέων *dicturus sum*, et similis est structura Latina *amatum iri* nec non verba hodierna *ik ga doen* = *facturus sum*, *il va venir* = *venturus est*, *it is going to happen* = *futurum est*, *er geht schlafen* = *dormitat*[g]. Etiam verba *desiderativa* in -σείειν sunt conferenda[h], *eundi* enim stirps *i*[i] his inest.

Praesens et imperfectum sola cognita habuit Homerus, *cunctandi* autem vim his non tribuit[j]. *Praesenti* indicabat *veris similia*[k], addito infinitivo *praesentis* cum spectabatur tempus loquentis, ex. gr.:

εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστίν, ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι

si ita evenit res, meo opinor numine evenit[l], infinitivo *aoristi* autem cum de rebus peractis fiebat sermo, ex. gr.:

ἄλλοτε δή ποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πολέμοιο | μέλλω

---

a Α 218. *b* Δ 442 sq. *c* Δ 485 sq. *d* Hes. Oper. 344 sq.; item apud recentiores, ex. gr. Arist. Eq. 263 Ran. 1068 Plat. Rep. 406 *d*. *e* Mnemos. 1889, 210 sqq., Lobeck ad Phrynich. 745 sqq., La Roche Hom. Unters. II 1893, 57 sqq. *f* μελ—μολ—μλω § 285[4]. *g* Etiam genus passivum verbo *veniendi* in dialecto Rhaetica indicatum huc facit: *i chume g'schlagna*, *ich komme* (= *werde*) *geschlagen*, *es chumt chalt* (*es wird kalt*).
h § 144. *i* § 308. *j* Qui *facturus est*, is *nondum fecit*: οὐ τὴν θύραν ἔκοπτεσ οὑτωσὶ σφόδρα; — μὰ Δί' ἀλλ' ἔμελλον, Ar. Plut. 1101 sq.; quae notio negativa aevo posthomerico effecit ut verbo μέλλειν tribueretur vis *cunctandi* et Μελλονικίασ ridiculo nomine vocaretur dux ille, cuius cura praecipua esset ὅπωσ οὐ μαχεῖται. Tunc et natus est aoristus ἐμέλλησα *cunctatus sum*. *k* Verbo ἔοικε recte reddebat Aristarchus. In nostra lingua verbi *zullen* eadem est potestas. *l* Α 564, *dan zal het wel mijn wil zijn*. Ceteri loci sunt Β 116 Κ 326 Λ 364 Ν 226 Ξ 69, 125 Υ 451 δ 94, 200 σ 19.

alias sane potuit fieri ut segnius pugnarem[a], vel *gnomica* quae dicitur notione aoristo tributa:

μέλλει μέν ποθί τισ καὶ φίλτερον ἄλλοσ ὀλέσσαι

sunt quos fatum etiam inclementius spoliaverit[b].

Praesens autem μέλλει εἶναι quoniam id quod *credibile* sive *consentaneum est* significabat, *imperfectum* ἔμελλεν εἶναι id valebat quod *credibile* sive *consentaneum erat:*

'μέλλεν μέν ποτε ϝοῖκοσ ὅδ' ἀφνειὸσ καὶ ἀμύμων | ἔμμεναι

fuit cum opibus affluere hae aedes videri possent[c].

καὶ γὰρ ἐγώ ποτ' ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιοσ εἶναι

ego quoque beatus aliquando potui haberi[d].

Futuri autem infinitivus imperfecto adiunctus[e] indicabat res quae aliquando poterant expectari[f]; id igitur valebat ἔμελλον ποιήσειν quod *facturus eram* vel: *in fatis erat ut facerem*, ex. gr.:

οὐδ' ἄρ' ἔμελλ' ἑτάροισι φανεὶσ ἐρατεινὸσ ἔσεσθαι[g].

In versu qui sequitur:

ἔμελλε | ϝοὶ αὐτῶι θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα λιτέσθαι[h]

leg. futurum λίσεσθαι pro aoristo malae notae[i] et hinc alieno, et in Hesiodi hoc versu:

ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι[j]

leg. τέξεσθαι ἔμελλε[k], ut duo simul removeantur vitia[l]. Neque integra sunt verba: ἔμελλον . . . εἴρεσθαι[m], 'μέλλον . . . ἐπαμῦναι[n], ἔμελλεσ . . . ἔδμεναι[o].

§ 108. Frequens et varius in epica poesi fuit usus *subiunctivi*, qui postea artioribus sensim finibus est cohibitus, dum *futuri* inde nati[p] augebatur dominium.

---

a N 777, *ik zal zeker wel eens erger hebben gedraald in den krijg.* Ceteri loci sunt Φ 83 δ 377 ξ 133 χ 322 (ubi insolita est forma infinitivi ἀρήμεναι, § 195). *b* Ω 46, *een ander zal wel eens een die hem nog nader staat verliezen.* Item Σ 362 et Herodot. II 43, 150 VII 23 VIII 6, 86 IX 116. *c* α 232, *dit huis kon eertijds voor rijk en welvarend gelden.*

d σ 138, *ook ik kon eenmaal een welvarend man heeten.* *e* Errori debetur l. a. -σασθαι pro -σεσθαι Ψ 773 ρ 413 Hes. Clip. 127. Futurum est λίσσεσθαι K 454 (§ 220[1]), futuri instar fuit νέεσθαι ζ 110 (§ 292). *f* Cum res quae dein et peractae sunt sic indicabantur, Z 393 al., tum quae eventu caruerunt, Z 52 sq. al. *g* ι 230. Frequens apud Homerum haec structura. *h* Π 46 sq. *i* Aoristus λιτέσθαι non nisi h. l. et ξ 406 Δία Κρονίωνα λιτοίμην, ubi recte l. a. Κρονίων' ἀλιτοίμην, ut Ω 570 al.; nam in dictione epica τὸ λίσσεσθαι (§ 220[1]) fiebat inter *pares*, hominum igitur erat λίσσεσθαι homines, dis vero εὔχεσθαι sive ἀράεσθαι. Posteri vero *precandi* notionem latius patentem huic verbo tribuerunt: h. Ven. 185 Pind. Ol. XII 1 Bacchyl. V 100 Herodot. VI 61 al., et sic in versu spurio I 501. Transitum indicant πολύλλιστοσ et τρίλλιστοσ. *j* Hes. Theog. 478. *k* Ut vs. 468, 898. *l* § 132. *m* τ 94 sq., leg. ἐρέεσθαι, futurum alibi non lectum, sed rite formatum. *n* Σ 98, leg. ἐσθλῶι . . . ἐπάμυνα. *o* ι 475, leg. ϝελσέμεν', ut μ 210.

p Ex. gr. *ero* (*eso*) = ἔω, *videro* = ϝειδέω. Notio *futuri* a *subiunctivi* notione perexiguo distat spatio, quoniam πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικοσ καὶ χείλεοσ ἄκρου: in rebus quae eventum nondum habent, incerti quid est semper.

A. Subiunctivus in enuntiatis primariis.

Primariorum enuntiatorum duo genera a dictione aevi recentioris aliena hic sunt commemoranda:

a) Subiunctivus particulae κε(ν) iunctus.

Res *forsitan eventurae* in enuntiatis primariis indicabantur subiunctivo addita particula κε(ν), ex. gr.:

τὴν μὲν ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῆι καὶ ἐμοῖσ' ἑτάροισι
πέμψω, ἐγὼ δέ κ' **ἄγω** Βρισηΐδα καλλιπάρηιον[a],

ubi acerbe minantis est κ' ἄγω sive *nescio an abducturus sim, abducturus esse mihi videor.*

σήμερον ἢ δοιοῖσιν ἐπεύξεαι Ἱππασίδηισι . . .
ἤ **κεν** ἐμῶι ὑπὸ δουρὶ τυπεὶσ ἀπὸ θυμὸν **ὀλέσσηισ**[b],

ubi adversarium victorem evasurum quasi certum ponit is qui loquitur, ficte modestus; quod vero sperat atque confidit, id veluti animi diffidens profert verbis *forsitan vitam sis amissurus*, irridentis igitur est subiunctivus particula κε ornatus, ut in dictione recentiore saepe fuit adverbium ἴσωσ, ex. gr. in comici his verbis:

ἴσωσ βουλήσεται
κἂν ἐν Αἰγύπτωι τυχεῖν ἂν μᾶλλον ἢ κρῖναι κακῶσ[c].

Ad rem *dubitanter negandam* praemittebatur οὐ, ex. gr.:

οὔ κέν τοι **χραίσμηι** κίθαρισ τά τε δῶρ' Ἀφροδίτησ[d].

Saepe subiunctivo particula κε ornato praemissa est *condicio*, ex. gr.:

ἱστὸν δὲ στήσασ ἀνά θ' ἱστία λευκὰ πετάσσασ
ἧσθαι, τὴν δέ **κέ** τοι πνοιὴ Βορέαο **φέρηισι**,

vela da: tunc ventus navem propellet sive: *vela si dederis, v. n. p.* sive: *vela da ut v. n. propellere possit*[e].

δύσεο τεύχεα θᾶσσον, ἐγὼ δέ **κε** λαὸν **ἀγείρω**,

arma indue: dein ego cogam milites sive: *arma si indueris, e. c. m.*[f].

Paratactica haec erat structura; quae postea cessit hypotacticae.

In locutione καί ποτέ τισ ϝείπηισι *et aliquando dixerit quispiam* subiunctivus particula κε non est ornatus[g]. Ceteri versus, in quibus hanc constructionem habet textus traditus, corrupti sunt:

ὑμιν δ' ἐν πάντεσσι περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω, leg. ὕμι δέ κ'[h].
δύσομαι εἰσ Ἀϝίδαο καὶ ἐν νεκύεσσι φαείνω, leg. ἵν' ἐν[i].

---

a Α 183 sq. b Δ 431 sqq.; similia Α 137, 205 Χ 505 α 396 δ 80. c Ar. Nub. 1129 sq. d Γ 54; similia Β 488 Δ 387 (Ο 349) δ 240 ζ 221 λ 328, 517. e κ 506 sq. f Π 129; similia Ι 262 δ 391 ρ 418 σ 86 sq. g Ζ 459 Η 87. Pro καί ποτέ τισ ϝείπηισι· πατρόσ γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων Ζ 479 leg. ϝείποι (sic l. a.), pag. 98 n. Verba καί νύ τισ ὧσ ϝείπηισι ζ 275 cum verbis praemissis μή τισ ὀπίσσω μωμεύηι sunt iungenda coll. Χ 106 μή ποτέ τισ ϝείπηισι. h Ι 121, ut vs. 262. i μ 383.

Alienus autem hinc est versus sequens:

οὐδέ μιν ἀνστήσεισ πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθηισθα[a],

in quo subiunctivus a particula *πρίν* est suspensus[b].

In verbis σφῶϊν δ' ἐν γούνεσσι βαλῶ μένοσ[c] non est scribendum *βάλω*, licet molesta sit futuri forma contracta[d].

Denique huc faciunt versus sequentes:

σῆμά τέ ϝοι χεύω καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξω
πολλὰ μάλ', ὅσσα ϝέϝοικε, καὶ ἀνέρι μητέρα δώσω[e],

ubi poeta videtur dixisse: σῆμά κέ ϝοι χεύω et: δώω[f].

b) Subiunctivus hortantis.

Subiunctivi *prima* persona sing. et plur. erat *cohortantium*, ex. gr.:

μὴ ἴομεν, μή πού τισ ἐπίσπαστον κακὸν εὕρηι[g].

Saepe praemittebatur *imperativus*, praesertim ἄγε, quod verbum interiectionis loco inde ab Homeri aetate est habitum, ex. gr.:

ἀλλ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸσ πειρήσομαι ἠδὲ ϝίδωμαι[h].

In sequentibus autem versibus imperativo addita prima persona subiunctivi indicat rei iussae consilium; ubi subiunctivo praemitti poterat *ὄφρα* vel *ἵνα*, ut alterum enuntiatum ex altero suspenderetur:

ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον, ἀρήϊα τεύχεα δύω[i].
βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν', ὅττι τάχιστα | ϝείδομεν κτέ.[j]
σχέσθε, φίλοι, … | λίσσομαι ἀνέρα τοῦτον κτέ.[k]
δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθε, ϝίδω τίνα ϝέργα τέτυκται[l].
θάπτε με, ὅττι τάχιστα πύλασ Ἀϝίδαο περήσω[m].
ἀλλ' ἄγε νῦν ἰθὺσ κίε Νέστοροσ ἱπποδάμοιο· | ϝείδομεν κτέ.[n]

Addendi videntur versus qui sequuntur:

νῆσον ἐσ Ὠγυγίην ὀτρύνομεν ὅττι τάχιστα,
Νύμφηι ἐϋπλοκάμωι ϝείπηι νημερτέα βουλήν[o].
δόσ μοι ἔτι πρόφρων, καί μοι τεὸν οὔνομα ϝειπὲ
αὐτίκα νῦν, δώω ξεινήϊον[p].

Secundam subiunctivi personam locis sequentibus sic fuisse usurpatam non nemo est suspicatus:

ἀλλά, ϝάναξ, ἄγε δεῦρο, ϝέποσ καὶ μῦθον ἀκούσηισ[q].
αὐτοὶ δ' ὀτρύνεσθε, ἐμοὶ ἅμα πάντεσ ἕπησθε[r].

---

a Ω 551. *b* Coll. Α 29 verum videtur οὐδέ μιν ἀνστήσεισ· πρίν κεν κακὸν ἄλλο πάθηισθα. *c* Ρ 451. *d* § 147, leg. γούνασι δ' ἐν σφῶϊν βαλέω. *e* β 222 sq.
f Ut Ξ 267 sq. ἐγὼ δέ κε … δώω, codd. δώσω. *g* ω 462. *h* ζ 126. *i* Ζ 340.
j Χ 129 sq.; imperativi ξυνελαύνετε vicem obit βέλτερον ξυνελαυνέμεναι. *k* Χ 416 sqq.; λίσσομαι est subiunctivus aoristi. *l* Χ 450, pag. 218 *j*. *m* Ψ 71. Verba καί μοι δὸσ τὴν χεῖρ', ὀλοφύρομαι vs. 75 eadem ratione quidam interpretati subiunctivum aoristi ὀλοφύρομαι habebant; sed id quod *obsecro* ibi valet, ut ὀδύρομαι Β 290. *n* γ 17 sq. *o* α 85 sq., l. a. ὀτρύνομεν, ὄφρα τάχιστα κτέ. *p* ι 355 sq., codd. αὐτίκα νῦν, ἵνα τοι δῶ ξεινήϊον vel ξείνιον, § 122. *q* λ 561, codd. ἀλλ' ἄγε δεῦρο, ϝάναξ, ἵν' ἔποσ κτέ. *r* κ 425, codd. ὀτρύνεσθε … ἕπεσθαι vel ὀτρύνεσθ' ἵν' … ἕπησθε.

c) Subiunctivus deliberantis.

Vis quae dubitativa sive deliberativa dicitur subiunctivo in carminibus epicis tributa est:

1) post voces *interrogativas*, ex. gr.:

ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω; τί νύ μοι μήκιστα γένηται[a];

quae constructio *primae* personae soli propria mansit postea.

2) post οὐ, ex. gr.:

οὐ γάρ πω τοίουσ ’ϝίδον ἀνέρασ οὐδὲ ϝίδωμαι[b].
οὐκ ἔσθ’ οὗτοσ ἀνὴρ οὐδ’ ἔσσεται οὐδὲ γένηται[c].
μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνοσ ϝεκάτοιο[d].

B. Subiunctivus in enuntiatis secundariis.

Vocibus ὅτε, ὅσ, ὡσ, εἰ, aliis saepe additus est subiunctivus ornatus particula κε, quemadmodum homines et postea locuti sunt; sed omittebatur κε cum *generalis sententia* proferebatur[e]; ex. gr.:

ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ’ ἄγγελοσ αἴσιμα ϝείδηι[f].
ὁππότε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζωμεν Ἀχαιοί[g].
τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ’ ἄνθρωποι,
ἥ τισ ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται[h].
ϝίδμεν δ’ ὅσσα γένηται ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρηι[i].
οὔ τοι ἔτι δϝηρόν γε φίλησ ἀπὸ πατρίδοσ αἴησ
ἔσσεται, οὐδ’ εἴ πέρ ϝε σιδήρεα δέσματ’ ἔχηισι[j].
αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τόν γε λίπηι ψυχή τε καὶ αἰών[k].

Etiam in comparationibus subiunctivus usurpabatur cum fiebat sermo de rebus quas nonnunquam fieri vel factas esse consentaneum erat; ex. gr.:

ὡσ δ’ ὅτε κινήσηι Ζέφυροσ βαθὺ λήϊον ἐλθών[l].
ὡσ δὲ λέων ἐν βουσὶ θορὼν ἐξ αὐχένα ϝάξηι[m].
’βῆ ῥ’ ἴμεν’ ὥσ τε λέων ὀρεσίτροφοσ, ὅσ τ’ ἐπιδευὴσ
δϝηρὸν ἔηι κρεάων[n].

Ubi vero commemorabantur quae certis temporibus fert rerum natura, non nisi *indicativo* erat locus, ex. gr.:

---

[a] ε 465; similia *Α* 150 *Κ* 62 sq. *Σ* 188 ο 509 π 74—76 τ 525—528 χ 167 sq. [b] *Α* 262. [c] π 437. [d] H. Ap. 1; similia *Η* 197 ζ 201. [e] La Roche Hom. Unters. II 124 sqq. [f] *Ο* 207. [g] *Δ* 344. [h] α 351 sq. [i] μ 191. [j] α 203 sq. [k] *Π* 453. Cuiusmodi locis pro εἰ et ἐπεί saepe in codd. recentioris aevi voculae ἤν et ἐπήν (§ 326 C) sunt scriptae, ex. gr.: αὐτὰρ ἐπὴν δὴ παῖδα γενειήσαντα ϝίδηαι σ 269, recte F ἐπεί, vel: αὐτὰρ ἐπὴν νὺξ ἔλθηι τ 515, recte H ἐπεί. Et particulam κε postmodo irrepsisse in multos locos, ubi poeta dixisset τε, ex. gr. ὅσ τε (codd. κε) θεοῖσ’ ἐπιπείθηται, μάλα τ’ ἔκλυον αὐτοῦ *Α* 218, suspicatus est Monro² § 283 *b*. [l] *Β* 147; similia *Κ* 183 *Μ* 278. [m] *Ε* 161. [n] *Μ* 299.

ἠΰτε μυιάων ἀδινάων ϝέθνεα πολλά,
αἵ τε κατὰ σταθμὸν ποιμνήϊον ἠλάσκουσι
ὥρηι ϝεαρινῆι, ὅτε τε γλάγοσ ἄγγεα δεύει[a].

Subiunctivo generali qui dicitur particula κεν (ἄν) non ornato etiam Herodotus saepe est usus[b]; dein tragicorum aliorumque poetarum dictioni[c] hoc genus enuntiatorum permansit proprium.

§ 109. *Optativi* fines in carminibus epicis non late patent. Nam oratio obliqua — ut quaevis sententiae longiores et artificiose perplexae — parum conveniebat vivido et simplici quo ars epica gavisa est generi narrandi. Suo nomine verba facientes homines et Olympios inducere solebat poeta, raro igitur usus optativo modum indicativum orationis rectae referenti, ut in versibus sequentibus aliisque:

ἐρέεινε καὶ ἤιτεε σῆμα ϝιδέσθαι, | ὅττι ῥά ϝοι . . . φέροιτο[d].
προΐην πεύθεσθαι ἰόντασ, | οἵ τινεσ ἀνέρεσ εἶεν[e].
εἰρώτα δὴ ἔπειτα, τίσ εἴη καὶ πόθεν ἔλθοι[f].
'μερμήριξε . . . ϝέκαστα
ϝειπέμεν', ὡσ ἔλθοι καὶ ἵκοιτ' εἰσ πατρίδα γαῖαν[g].
κλήρουσ . . . 'πάλλον ἑλόντεσ,
ὁππότεροσ δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχοσ[h].
μετέϝειπε . . . πειρητίζων,
ἤ μιν ἔτ' ἐνδυκέωσ φιλέοι μεῖναί τε κελεύοι[i].

Rara in carminibus epicis et ea sunt enuntiata, in quibus optativus ex tempore historico verbi *dubitandi* vel *verendi* suspensus id valet quod modus *subiunctivus* post tempus primarium, ex. gr.:

διάνδιχα 'μερμήριξε | ἢ ὅ γε . . .
τοὺσ μὲν ἀναστήσειε, ὃ δ' Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι,
ἦε χόλον παύσειεν ἐρητύσειέ τε θυμόν[j].
ἔδϝιε γὰρ μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε σιδήρωι[k].

Imperativi vicem optativus saepius obiit, ex. gr.:

ἡμέσ πέρ μιν ἀποτροπάωμεν ὀπίσσω
αὐτόθεν, ἤ τισ ἔπειτα καὶ ἡμείων Ἀχιλῆϊ
παρσταίη, δοίη δὲ κράτοσ μέγα, μηδέ τι θυμοῦ
δευέσθω, ἵνα ϝείδηι κτέ.[l].

---

[a] *B* 469—471. Similis est indicativi vis in verbis ἦμοσ δ' ἀστὴρ εἶσι κτέ. *quo tempore stella venit* cet. *Ψ* 226 et in similibus locutionibus, ubi alter modus altero in codicibus saepius est mutatus. [b] Post relativum *I* 216 al., post ὡσ *I* 132 al., post ἐπεί τε VIII 22, post μέχρι IV 119, post ἄχρι οὗ I 117, post ἐσ ὃ III 31 al., post οὐ πρότερον ἤ I 199 al., post οὐ πρὶν ἤ I 19 al. [c] Non comicorum; vitiosa sunt Ar. Eq. 68, 698, 700 Pac. 450 (recte l. a.). [d] *Z* 177 sq.; or. recta: τί φέρεαί μοι; [e] ι 89 κ 101; or. recta: τίνεσ ἀνέρεσ εἰσί; [f] ο 423; or. recta: τίσ ἐσσι καὶ πόθεν ἤλθεσ; [g] ω 235 sqq.; or. recta: ἦλθον καὶ ἱκόμην. [h] *Γ* 316 sq.; or. recta: πότεροσ ἀφήσει; [i] ο 304; or. recta: εἴ με φιλήσεισ μεῖναί τε κελεύσεισ. [j] *Α* 189 sqq.; or. recta: ἢ ἀναστήσω καὶ . . . ἐναρίζω, ἢ . . . παύσω καὶ . . . ἐρητύσω, § 327. [k] *Σ* 34; or. recta: μὴ ἀποτμήξηι. [l] *Υ* 121.

Vel in Penelopae his verbis:

ἀλλά τισ ὀτρηρῶσ Δολίον καλέσειε γέροντα[a].

Non enim *optantis* sunt haec, sed *iubentis*. Quapropter non alter optativus est subordinatus, sed haec sunt addita:

ὄφρα τάχιστα
Λαέρτηι τάδε πάντα παρεζόμενοσ καταλέξηι,

ut si regina dixisset: *ἀλλά τισ Δολίον καλεέτω*.

Optativus *futuri* a prisca poesi fuit alienus[b]. Posteriore demum aevo in usum orationis obliquae, quae rara in epicis carminibus fuit structura, haec verborum forma inventa est[c].

Praesenti tempore in rebus *praeteritis* enarrandis uti quoniam poeticae est artis, praesertim artis epicae, res praeterlapsas veluti praesentes animis audientium obicientis, sequitur ut et *optativus* particula *κε* ornatus, sive modus *potentialis* qui dicitur, a poetis usurpari potuerit ubi mentio fieret facinorum pridem peractorum[d]; ex. gr.:

ἔνθ' οὔ κε βρίζοντα ϝίδοισ Ἀγαμέμνονα δῖον,

ibi cunctabundum non cernas Agamemnonem[e]. Pergit autem poeta: *ἵππουσ μὲν γὰρ ἔασε κτέ.*

φαίησ κε ζάκοτόν τέ τιν' ἔμμεναι ἄφρονά τ' αὔτωσ,

dixeris iratum esse et mentis vix compotem[f]. Additur: *ἀλλ' ὅτε δὴ κτέ.*

Τυδεΐδην οὐ κε γνοίησ ποτέροισι μετείη,

Tydei filius utris intersit vix cognoscas[g]. Sequitur: *'θῦνε γὰρ κτέ.*

Cuiusmodi locis[h] vis optativi non ea est quam posteri tribuerunt praeterito indicativi: *οὐκ ἂν εἶδεσ, ἔφησθα ἄν, οὐκ ἂν ἔγνωσ*, sed id interest quod inter dictionem vatis, cui vivere, moveri, nunc ipsum agi videntur quaecumque narrat, et dictionem pedestrem, humilem, vulgarem. Hac qui utitur, mente vult addi: *si adfuisses*. At poeta facinoribus, quae verbis refert, revera adesse sibi videtur et adesse vult eos qui aurem praebent; quapropter locis laudatis ita est locutus ut loqui faciebat eos quos verba habentes induxit, ex. gr. Nestorem:

οὐδέ κ' ἔτι γνοίησ, μάλα περ σκοπιάζων,
ὁπποτέρωθεν Ἀχαιοὶ ὀρινόμενοι κλονέονται[i].

---

a δ 735. Similia ε 34 ο 24 ω 491 al.; *tertia* praesertim persona sic est usurpata, sed et *secunda*, ex. gr. ν 229 sq.: *χαῖρέ τε καὶ μή μοί τι κακῶι νόωι ἀντιβολήσαισ*, | *ἀλλὰ σάου κτέ.*
b Vitiose Λ 191 olim edebatur *ἐναρίξοι* codicibus invitis (corr. Spitzner); ρ 547 *οὐδέ κε* ... *ἀλύξοι* l. a. recte *ἀλύξαι*, § 113. *c* Vetustius exemplum quam *σχήσοι* Pind. Pyth. IX 116 non extat. *d* A. Platt Journal of Philol. 1898, 81 sqq. *e* Δ 223. *f* Γ 220. *g* Ε 85. *h* Ceteri loci sunt Γ 223 Δ 429, 539 Ε 311, 388 Μ 59 Ν 127, 343 sq. Ο 697 Ρ 70, 366, 399 ε 74 η 293 θ 280 ι 242 ν 87 l. a. φ 128 χ 12. *i* Ξ 58 sq.

Ubi vero res praeterlapsas *ut praeterlapsas* referebat, indicativo utebatur, ut ceteri homines; ex. gr.:

καί νύ κ' ἔτι πλέονασ Λυκίων 'κτάνε δῖοσ 'Οδυσσεύσ,
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ 'νόησε μέγασ κορυθαιόλοσ Ἕκτωρ[a].

Separatim tractandi sunt versus qui sequuntur:

εἰ μέν τισ τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλοσ ἐνίσπε,
ψεῦδόσ κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον[b],

in quibus agnoscitur vis primitiva particulae εἰ[c]; nam parataxi haec verba coniuncta sunt, sic autem interpretanda: *sumamus alium quempiam illud somnium rettulisse: mendacia vocemus igitur et neglegamus* sive: *vocabimus et neglegemus.*

Eadem dicta sunto de his versibus:

εἰ μὲν γάρ τίσ μ' ἄλλοσ ἐπιχθονίων ἐκέλευε, . . .
ψεῦδόσ κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον[d].

Alia est ratio sequentium verborum Telemachi:

κεῖνον μὲν ἄϝιστον ἐποίησαν περὶ πάντων
ἀνθρώπων· ἐπεὶ οὔ κε θανόντι περ ὧδ' ἀκαχοίμην,
εἰ μετὰ ϝοῖσ' ἑτάροισ' ἐδάμη κτέ.[e],

nusquam comparuit pater: quem si rite sepultum sciam, non sic ut nunc lugeam. Rei negationem hic non habet εἰ ἐδάμη, sed simpliciter ponitur res: *si inter belli socios obiit.* Persuasum tamen est iuveni alia omnia accidisse; quapropter modo indicativo usus ut in re certa, sic pergit:

τῶι κέν ϝοι τύμβον μὲν ἐποίησαν Παναχαιοί κτέ.,

quodsi ita obiisset, honorifice esset sepultus; at procellis est abreptus nullique exinde adspectus. Sibi igitur obloquitur haec dicens perturbatae mentis iuvenis: non inest eius verbis indicium dictionis vetustae a recentiore discrepantis.

Corrupti denique hi sunt versus:

οὐ μὲν γὰρ φιλότητι ἐκεύθανον, εἴ τισ ἴδοιτο[f].
οὔ κέν τίσ μιν ἐρυκάκοι ἀντιβολήσασ[g].
ἀλλ' ὅτε δὴ κοίτοιο καὶ ὕπνου μιμνήισκοιτο,
ἤ μὲν δέμνι' ἄνωγεν ὑποστορέσαι κτέ.[h].

Optativo in verbis supra allatis ἔνθ' οὔ κε ϝίδοισ et similibus usurpato illustrantur loci ei ubi particulis αἴθε—εἴθε vel αἲ γάρ—εἰ γάρ cum optativo coniunctis significatur votum quod ratum fieri nequit; ex. gr.:

---

a *E* 679 sq.; similia *Z* 74 *M* 465 ι 130 (qui versus coll. 126, 127, 131, 135 aptus est ad rem illustrandam) ν 206 al. b *B* 80 sq. c § 326 A[1]. d *Ω* 220 sqq.
e α 235 sqq. f *Γ* 453. Deest κε, vitio natum est κευθάνειν, sono ϝ caret ἴδοιτο, molestus est optativus; leg. οὐ γάρ κεν φιλότητι ἐκύνθανον, εἴ ϝ' ἐϝίδοντο. g *M* 465, recte l. a. ἐρύκακεν. h υ 138, recte l. a. 'μιμνήισκοντο; optativus actionis *iteratae* (*Γ* 216 *P* 733 al.) hinc alienus.

ὦ γέρον, εἴθ' ὡσ θυμὸσ ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι,
ὥσ τοι γούναθ' ἕποιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδοσ εἴη![a]
αἲ γὰρ . . . | ἡβῷμ' ὡσ ὅτ' κτἑ.,
εἴθ' ὡσ ἡβάοιμι βίη τέ μοι ἔμπεδοσ εἴη·
τῶι κε τάχ' ἀντήσειε μάχησ κορυθαιόλοσ Ἕκτωρ[b].

Cuiusmodi locis querentis, despondentis, desperantis foret indicativus: εἴθ' ἐγένετο, *utinam fieret, — at fieri nequit!* Optativo vero utitur qui bono est animo et rem, quae si fieret gratissima foret, tam vividam sibi fingit ut si eventuram confidat[c]. Sic poeta latinus: *o mihi praeteritos referat* (non: *referret*) *si Iuppiter annos!*

III. De personarum suffixis.

A. De suffixis activi.

§ 110. *Indicativus plusquamperfecti* utebatur suffixis -εα, -ησθα, -εε(ν); ex. gr.: ἐϝείδεα[d], ἐϝείδησθα[e], ἐϝείδεε(ν)[f].

Suspicionem movent tertiae personae soni finales -εε(ν) in sonum -ει vel -η contracti[g]. Qui sonus ubi in *thesi* ante vocalem invenitur correptus, ad normam revocari facillime potest legendo -ε'(ε), ex. gr.:

ἢ τόσα φάρμακ' ἐϝείδε' ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών[h].

In *arsi* vero aut in *versuum fine* distrahi nequeunt ᾔδει ('ϝείδει)[i], ἐβεβλήκει(ν)[j], εἱστήκει(ν)[k], ἀμφεβεβήκει[l], ἐβεβρύχει[m], 'δεδειπνήκειν[n]. Aut igitur molesta priscis poetis non est visa haec contractio, aut aliud quid subest; qua de re infra aliquid addendum erit[o].

Pro ἠνώγεα et ἀνώγει leg. ἤνωγον et ἄνωγε[p].

Pluralis numeri persona *tertia* plusquamperfecti in epicis carminibus indicabatur suffixo -σαν, ut apud posteros, ex. gr. ἐτέθνασαν, ἐδέδϝισαν, ἐϝεϝοίκεσαν[q]. Hesiodus vero imperfecti sive aoristi secundi suffixo -ον

---

a Δ 313 sq.; similia Π 722 sq. b Η 132 sqq., 157 sq.; similia Θ 538 sqq. Ν 825 sqq. Σ 464 sqq. ι 523 sqq. c Sic Telemachus ο 156 sqq. de re haud incredibili: αἲ γὰρ . . . κιχεὶσ 'Οδυσῆ' ἐνὶ ϝοίκωι | ϝείποιμ' κτἑ. d Ξ 71, elisum 'ϝείδε'(α) Θ 366 δ 745 ν 340. e τ 93. Secunda persona non legitur nisi h. l. et Χ 280 ἐκ Διὸσ ἠείδεισ (vel -δησ) τὸν ἐμὸν μόρον, ubi et sonus ἠ- molestus, § 132, et articulus, § 96; leg. ἐκ θεόφιν 'ϝείδησθα ἐμὸν μόρον. f Β 409, 832 Λ 330 Ρ 402 Σ 404 ψ 29. g ᾔδη passim in codd. h Λ 741. Item Β 38 Υ 466. i Versuum initio Λ 70 Ζ 351 ψ 220, in fine versuum Β 213 Ε 64, 326 Ν 355, 674 Τ 115 β 16, 108 ι 189 ξ 433 τ 248 ω 144. Pro ἠείδει δμώων οὐδ' ἀμφιπόλων ι 206 leg. 'ϝείδεεν ἀμφιπόλων οὐδὲ δμώων, § 132. j Ε 661 Ξ 412 χ 258, 275. k Ρ 133 Χ 36 Ψ 691 σ 344. l Θ 68. m μ 242. n ρ 359. o Pag. 230 g. p § 225. q -εσαν non nisi in hoc verbo, Ν 102.

usus est in verbo *ἐπέφυκον*[a]. Cui Homeri verba *ἐμέμηκον*[b] et *ἐπέπληγον*[c] tam sunt similia ut plusquamperfecti haec quoque fortasse dicenda sint. Ut tamen aoristo adscribantur suadent medii generis formae cognatae *πεπλήγετο, -γοντο*[d], quae propter vocalem thematicam (*ε, ο*) ad plusquamperfectum referri nequeunt. Nempe plusquamperfectum ab aoristo secundo — ut tempus perfectum a praesenti — in lingua epica incerto intervallo fuit discretum[e]. Quapropter veri haud dissimile est, ibi ubi *singularis* numeri terminus *-ει(ν)* salvis numeris in *-εε(ν)* dissolvi nequit[f], poetam dixisse *-ε(ν)*[g], ex. gr. *ἐβέβληκεν*[h].

§ **111.** *Secundae* personae *singularis* suffixum primitivum *-σι*, quod e recentioris aetatis dictione omnino evanuit, in epica forma *ἐσσί*[i] etiam extat integrum.

Suffixum *-σθα* in dictione epica aliquanto maiores agebat partes quam postea. Nam non solum in formis *ἔεσθα* sive *ἦσθα*[j], *ϝοῖσθα*, *ἐϝείδησθα*[k], *ἔφησθα*[l] — Att. *ἦσθα, οἶσθα, ᾔδησθα, ἔφησθα* — est usurpatum, sed etiam in his indicativi, subiunctivi, optativi formis[m]:

indicativi praes. *φῆσθα*[n], *τίθησθα*[o], *δίδοισθα*[p], *εἶσθα*[q], fut. *σχήσησθα*[r].

subiunctivi praes. *βουλεύῃσθα*[s], *δηθύνῃσθα*[t], *ἐθέλῃσθα*[u], *εὕδῃσθα*[v], *ἔχῃσθα*[w], *ἴῃσθα*[x], *σπένδῃσθα*[y], aor. *ἐλάσῃσθα*[z], aor. II *βάλῃσθα*[a], *ϝείπῃσθα*[b], *πάθῃσθα*[c], *πίῃσθα*[d], *τάμῃσθα*[e].

optativi praes. *κλαίοισθα*[f], aor. II *βάλοισθα*[g], *προφύγοισθα*[h].

A formis *ϝοῖσ-θα*[i] et *ἔεσ-θα* haec conformatio initium cepisse videtur; ad harum exemplum conficta esse *ἔφη-σθα* et *ἐϝείδη-σθα*, in quibus sonus *σ* est adventicius, dein frequentius in epica dictione usurpatus esse terminus hic plenus atque sonorus[j].

§ 112. *Prima* persona numeri *singularis* in *subiunctivo* praesentis et aoristi II hic illic desinit in syllabas *-ωμι*, ex. gr.:

τάων ἥν κ' ἐθέλωμι φίλην ποιήσομ' ἄκοιτιν[k].

Item *ἴωμι*[l], *κτείνωμι*[m], *τεύχωμι*[n], *ἀγάγωμι*[o], *ϝείπωμι*[p], *ϝίδωμι*[q], *τύχωμι*[r].

---

a Hes. Theog. 152, 673 Oper. 149 Clip. 76. Congruit participii perfecti suffixum *-ων*, § 159. *b* *ι* 439, § 233. *c* *Ψ* 363 *ϑ* 264, § 238. *d* *M* 162 al. *e* § 157. *f* Pag. 229 *i—n*. *g* Mekler Bildung des gr. Verbums, Dorpat 1887. *h* *E* 661 *Ξ* 412. *i* § 302. *j* Ibid. *k* Pag. 229 *e*. *l* § 306⁴. *m* Rarae sunt omnes excepto *ἐθέλῃσθα*, quod extat locis septendecim. *n* § 306⁴. *o* § 196⁶. *p* § 196⁸. *q* § 308. *r* H. Cer. 366, vHerwerden *κεν ἔχῃσθα*. *s* *I* 99. *t* *μ* 121. *u* *A* 554 al. *v* *ϑ* 445. *w* *T* 180. *x* § 308. *y* *δ* 591. *z* *Ψ* 344. a *μ* 221. b *Γ* 250 *λ* 224 *χ* 373. c *Ω* 551. d *Z* 260. e *Γ* 252, codd. *-ητε* et *-ηαι*. f *Ω* 619. g *O* 571. h *χ* 325. i Primitus *ϝοῖδ-θα*. j Sic Bopp, G. Meyer² 408; oblocutus est Curtius Verbum² I 52 sq. k *I* 397; item *A* 549 (l. a. *Θ* 23) *φ* 348. l *I* 414, § 308. m *τ* 490. n *O* 70. o *Ω* 717. p *χ* 392. q *Σ* 63; sed *X* 450 pro *ἴδωμ' ὅτιν' ἔργα* leg. *ϝίδω τίνα ϝέργα*, pag. 218 *j*. r *E* 279 *H* 243 *χ* 7.

Quae in codicibus vix usquam integra sunt tradita; abierunt enim in ἐθέλοιμι, ἵκωμαι[a], τεύχοιμι, similia[b], et fuit cum terminus -ωμι in carminum epicorum editionibus prelo vulgatis nusquam compareret[c], Aristarchi tamen[d] et exemplarium vetustissimorum[e] auctoritate haud destitutus.

Multo pluribus carminum epicorum locis *tertia* subiunctivi persona desinit in -ησι(ν)[f], ex. gr.:

ὅσ τε … | εὐδικίασ ἀνέχῃσι, φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
πυροὺσ καὶ κριθάσ, βρίθῃσι δὲ δένδρεα καρπῶι[g].

Item in flexione athematica: praes. ἕησι[h], ἵησι[i], aor. δώησι[j], παραφθήησι[k], μεθέησι[l], perfecti[m] ἐρρίγησι[n], ὀρώρησι[o].

Propter contractionem improbanda sunt: φῆισι[p], ἧισι[q], θῆισι[r], φθῆισι[s], ϝαγῆισι (aor. pass.)[t], δῶισι[u], leg. φηήι[v], ἥηι, θήηι, φθήηι[w], ϝαγήηι, δώηι vel δώησι. Item κιχήηι leg. pro κίχησι[x].

§ 113. *Optativus aoristi* in dictione epica iisdem suffixis utebatur quibus postea. Uno loco legitur σταίησαν pro σταῖεν[y], et -αιεν pro -ειαν traditum est in versu sequenti:

ἐν πυρὶ κήαιεν καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερίσαιεν[z],

ubi poeta fortasse dixerat κήειαν et κτερίσειαν[a].

Temere -σαιν alicubi est propositum pro -σαν[b], temere -οιν pro -οι[c]. Quas pluralis numeri formas ex -σαιεν et -οιεν decurtatas neque Homerus usurpavit neque ulli poetae videntur usurpasse[d], licet recentis aevi dialecto Doricae propria fuerint παρέχοιν[e], ποιέοιν[f], θέλοιν[g], παραμένοιν[h], ἀντιλέγοιν[i] pro παρέχοιεν cet.[j].

Optativi personae *secunda* et *tertia* numeri *singularis* plerisque locis

---

a Hoc cum vitio metrico. *b* τ 490 κτείναιμι plerique codd.; vitio contrario π 79 ἕσσωμι l. a. pro ἕσσω μιν vel μεν. *c* Terminum -ωμι in editionibus dudum non comparentem revocavit Wolf auctore Hermanno de emend. rat. gramm. Graecae 263. *d* Θ 23 Ι 397. *e* Σ 63 χ 7. *f* Melius -ησι(ν). *g* τ 111 sq. *h* Β 366 λ 434 ο 422 ω 202. *i* Ι 701, § 308. *j* Α 324 Μ 275. *k* Κ 346, codd. -φθαίη(ι)σι. *l* Ν 234, l. a. μεθίη(ι)σι. *m* § 159. *n* Γ 353. *o* Ν 271, codd. -ρηται. *p* α 168. *q* Ο 359. *r* π 282, l. a. θείη. *s* Ψ 805. *t* H. Ap. 235. *u* § 122. *v* Sic l. a. *w* Sic l. a. *x* μ 122, § 149[72]. *y* Ρ 733, σταῖεν vero § 150[15]. *z* Ω 38. a Ut τίσειαν Α 42. b Φ 611 Bekker ὄν τινα … γοῦνα σαώσαιν pro σάωσαν vel σαώσαι. c υ 383 ὅθεν κε τοι ἄξιον ἄλφοιν Dindorf et Bekker Hom. Blätter 112, 219 pro ἄλφοι. d Scenicos poetas in *prima* pers. *sing.* nonnunquam -οιν pro -οιμι dixisse fuere qui statuerent: ἐκφύγοιν Aesch. Sept. 719, θέλοιν Suppl. 429, τέμνοιν Suppl. 808, ἴδοιν Soph. Ai. 384, ναίοιν Eur. Troad. 225, λάβοιν Hel. 263 fr. 362, τρέφοιν fr. 895, ἁμάρτοιν Cratin. fr. 55, Nauck Aristoph. Byz. 5, Curtius Verbum[2] I 46, Kühner-Blass II 52. Qui commenticius videtur fuisse terminus, Naber Mnemos. 1881,99, Rutherford Phrynich. 451; sed ad Homerum haec quaestio non pertinet. e Delph. 1686, 1697, 1698, 1703, al. f Ibid. 1689. g Ibid. 1708. h Ibid. 2163. i Ibid. 1694. j -οιαν in ἀποτίνοιαν El. 1150.

desinunt in -ειασ et -ειεν, ut postea locuti sunt Athenienses, sed brevioribus terminis -αισ et -αι utuntur haec verba:

ὀρίναισ[a], ἐπακούσαισ[b], ἀντιβολήσαισ[c], καϝϝάξαισ[d].
γηθήσαι[e], ἀκούσαι[f], ἀείραι[g], ἀμῦναι[h], ἐνείκαι[i], κήαι[j], σαώσαι[k], ἀλύξαι[l].

Quorum longe pleraque suspicionem non movent[m].

Disyllabus autem tertiae personae terminus -ειε nonnumquam a poeta elisione est imminutus[n], ex. gr.:

ἔλλαβε δεξιτερήν, μή πωσ δϝείσει' ἐνὶ θυμῷι[o].

Cuiusmodi locis non sunt scribenda δϝείσαι et similia; nam soni -ε elisio nihil habet insoliti vel suspecti[p], sonus -αι vero arsin in carminibus epicis rarius obtinet ante vocalem[q], in *thesi* autem -οι pro -ει'(ε) scriptum[r] ne ferri quidem potest.

§ 114. Ubi vocalis thematica aberat, optativi suffixa -ίην, -ίησ, -ίη[s] usurpabantur, ut postea in dialecto Attica; non vero, ut in hac, etiam optativo praesentis verborum in -άω, -έω, -όω desinentium haec suffixa tribuebantur[t], sed δρᾴοιμι[u], φθονέοιμι[v], ὁμοφρονέοισ[w], φιλέοι[x], similia sunt dicta.

Verbi εἶμι[y] optativus ἰείη stirpem ἰ sono ε habet auctam[z]; sed etiam thematicae flexionis, quae postea in hoc optativo regnavit, tradita est forma ἴοι[a].

Optativi formae εἴην et εἴη *essem*, *esset*, quae nihil habent insoliti, olim ad *eundi* verbum hic illic sunt relatae[b]; quapropter imitator quidam epigramma sepulcrale[c] clausit his verbis: εἴησ χῶρον ἐσ ἠλύσιον.

Optativi formae δυίη et -δυῖμεν[d] in plerisque codicibus carent littera ι; linguae indoles tamen ferebat ut stirpis sonus υ ante optativi sonum ι correptus diphthongum υι cum hoc sono efficeret, quemadmodum e stirpibus γνω, στᾱ, θη procreverunt optativi γνο-ίην, στα-ίην, θε-ίην. Sonum iota qui huius verbi optativo in carminibus epicis denegat, is etiam ὑόσ et μεμαῦα et similia scribito — Athenienses recentiores secutus[e].

De *medii* optativis similibus dicetur infra[f].

---

a Λ 792, leg. -νηισ. *b* Υ 250, leg. -σηισ. *c* δ 547 ν 229. *d* Hes. Oper. 666, 693, pag. 134 *o*. *e* Λ 255. *f* Η 129 Τ 81. *g* Η 130. *h* Μ 334 Ο 736, l. a. ἀλάλκοι. *i* Σ 147. *j* Φ 336, leg. κήηι. *k* γ 231 δ 753, l. a. Φ 611 pro σάωσαν, pag. 231 b. *l* ρ 547, l. a. -ξηι. *m* Terminos -αισ et -αι coniecturis e textu removebat Nauck Mél. Gr. R. IV 348. *n* Virgula in codicibus neglecta terminum -ει'(ε) tempori *futuro* saepe similem fecit. *o* Ω 672; similia Β 4 Ι 386 Π 650 Υ 102 Ψ 191 α 404 β 248 κ 24 ξ 329 h. Ap. 152. *p* Pag. 76 *d*. *q* Pag. 84 *x*. *r* Ψ 191.

s Excipiantur ἴοι § 302 et ἴοι § 308. His formis similis est *perfecti* optativus in -οι desinens, § 159. *t* Excipienda sunt φιλοίη δ 692 (spur.; verborum contextus optativum ne fert quidem) et φορoίη ι 320. Eiusdem conformationis est σχοίησ Ξ 241 § 149[94].

u ο 317. *v* λ 381. *w* ι 456. *x* ο 305. *y* § 308. *z* Τ 209.

a Ξ 21, ἴοιεν h. V 12. b εἴην Ξ 107 Ο 82, εἴη Ω 139 ξ 496. c Pueri Q. Sulpicii Maximi, Kaibel 618 *a*. d § 150[33]. e Pag. 87 *h*. f § 120.

Homerum imitatus Theocritus usurpavit similem formam φῦη vel potius φυίη[a].

§ 115. *Tertia* persona numeri *dualis* utebatur praeteriti suffixo -την. Non recte igitur habet syllaba finalis imperfectorum 'διώκετον[b], ἐτεύχετον[c], 'λαφύσσετον[d]. Quorum primum probabiliter est correctum, secundum et tertium molesta sunt[e].

Pro *medii* forma simili 'θωρήσσεσθον[f] leg. -σσέσθην[g] aut -σσοντο[h].

Secunda persona numeri dualis temporum historicorum extat in verbis 'κάμετον[i], 'λάβετον[j], ἕπετον[k], ἠθέλετον[l]. Zenodotus scribebat -την[m], recentioris aevi dictionem secutus[n].

Medii generis quae similis est forma ἵκεσθον[o] debetur errori[p].

§ 116. *Tertia* persona numeri *pluralis* imperfecti et aoristi in flexione athematica multis locis ornata est suffixo -σαν, ut postea, ex. gr.: ἔβησαν, ἔφασαν, ἐτίθεσαν, ἔδυσαν[q]. Sed non paucioribus desinit in -αν, -εν, -υν, ex. gr. ἔβαν, ἔφαν, ἔτιθεν, ἴεν, ἔδυν. In hymnis et apud Hesiodum leguntur etiam, quae similis sunt conformationis: ἔδιδον[r], ἔδον[s], ἔγνον[t], ἦν = ἦσαν[u], et alibi extat ἀνέθεν = ἀνέθεσαν[v].

Eadem fuit ratio aoristi in -(θ)ην desinentis; itaque in carminibus epicis dicta sunt ἐϝέλιχθεν[w], ἔμιγεν[x], ἤγερθεν[y], similia, sed et ἐϝελίχθησαν[z], ἐμίγησαν[a], 'τάρπησαν[b], ἐτέρφθησαν[c], ἐχάρησαν[d], 'θωρήχθησαν[e], alia huiusmodi.

Ut aliae syllabae breves finales, sic et -αν, -εν, -ον, -υν arsin explere poterant[f], ex. gr.: ὣσ ἄρ' ἔφαν ἀπιόντεσ[g], ἔβαν ἐπὶ θῖνα θαλάσσησ[h], ἀλλήλοισιν ἔφυν ἐπαμοιβαδίσ[i]. Thesis vero metricam hanc licentiam non fere-

---

a φύjη inscr. Cypr. 126, si recte lectum. In *indicativi* forma insolita δείκνυ(ι) = δεικνῦσι Hes. Oper. 526 similis est contractio. *b* *K* 364, leg. 'διώκαθον, § 151. *c* *N* 346, l. a. τετεύχετον. *d* *Σ* 583. *e* Friedländer Philol. VI 669 et Ariston. 4, Curtius Verbum² I 76 sqq.; Hes. Oper. 197 sqq. in codd. plerisque vitio contrario scriptum est καὶ τότε δή . . . | ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτην κτέ., recte vero ἴτον *ibunt* in lapide Kaibel Epigr. 1110.
f *Π* 218. *g* Simile vitium in l. a. *Ψ* 506. *h* Sic codd. multi. *i* *Θ* 448.
j *K* 545. *k* *Λ* 776. *l* *Λ* 782. *m* Metro -την et -τον aeque apta sunt l. l., sed -τον sincerum videtur ratione habita linguae Sanscriticae, in qua secundae personae dualis suffixum fuit *-tam* (= Graecum -τον), tertiae vero *-tām* (= Graecum -την).
n Elmsley ad Ar. Ach. 733 Eur. Med. 1041. *o* *Θ* 456. *p* Recte l. a. ἵκεσθε cum hiatu concesso. *q* Pro ἕστασαν leg. ἕστασαν (plusqpf.) *M* 55 η 101, ἵστασαν (imperf.) *M* 56 γ 182 σ 307. *r* H. Cer. 328, 438 Hes. Oper. 139. *s* Hes. Theog. 30 CIG. 1511. *t* H. Cer. 111 Pind. Pyth. IX 136, tab. Heracl. *u* Hes. Theog. 321, 825 et in dialecto Dorica (ex. gr. Ar. Lys. 1260). *v* Simonid. fr. 137 Messen. 4637 Arg. 3262 al. *w* *Z* 109. *x* ι 91. *y* *A* 57 al. *z* *E* 497 al.
a ϑ 268. b *Ω* 633 al. c ϑ 131. d *Γ* 111 al. e *Γ* 340 al.
f § 19. g ι 413. h π 358. i ε 481.

bat, licet 3ae personae plur. terminus *-ην* II° a. C. saeculo in Doriensium sermone pedestri haud insolitus fuerit[a]. Itaque in his verbis:

τοῖοί τοι, Μενέλαε, 'μιάνθην αἵματι μηροὶ
εὐφυέεσ κνῆμαί τε ἰδὲ σφυρὰ κάλ' ὑπένερθε[b]

aut scribendum est *'μιαίνονθ'* (*-ντο*)[c], aut, si *'μιάνθην* est numeri *dualis medii* forma, e *'μιάν-σθην* nata[d] et cum *ἄλτο, ὦρτο*[e], similibus conferenda, nomina scribenda sunt *μηρὼ εὐφυέε κνήμα τε.*

Errore contrario fuere qui dualis numeri formam *ἑζέσθην* in *ἕζεσθεν* mutarent[f].

Insoliti quid etiam his tertiae personae numeri pluralis formis inest: *σταίησαν*[g] pro *σταῖεν* et *κομείτων*[h] pro *κομεόντων.*

Imperativum *ἔστων* multi inter recentiores dixerunt formam numeri *dualis.* Epicorum carminum locis duobus legitur, quorum altero spectantur duo praecones[i], sed altero di in universum[j], postea autem apud Athenienses ceterosque Graecos *ἔστων* ad plures saepe est relatum[k]. Quidni idem significaverit Homero? Nam imperativi verbi *εἶναι* tertia persona sive dualis numeri sive pluralis in carminibus epicis non nisi duobus his locis usurpata est[l].

Versui spurio

ἔνθα δὲ δένδρεα μακρὰ 'πεφύκει τηλεθάοντα[m]

tempus praeteritum parum convenit, quapropter Herodianus *πεφύκασι* scribi iubebat. Verum videtur *πεφύκᾰσιν θαλέθοντα.* Recentioris Iadis terminus *-ᾰσι*[n] coniectura in carmina vetusta non est invehendus. Nam in versu

τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι[o]

traditum quidem videtur *-ᾰσιν*, sed scribendum est *λελόγχᾱσ'(ι)*, non vero *-χασι ϝῖσα*, nam parum inter se congruunt priscum *ϝῖσοσ* et recens terminus *-ᾰσι.*

---

a *ἀπέσταν καὶ ἀπελύθην* inscr. Delph. 1919, *τοίδε ἐστεφανώθην* Co. 3632, *διελέγην* Cret. 5168[7], 5176[7], 5181[25], 5184[6]. *b* *Δ* 146 sq. *c* Etiam *βρότωι μηροί τ' ἐμίανθεν* recte haberet. *d* Sic Buttmann. *e* § 150[40, 48]. *f* *Θ* 74 (spur.); requiritur *ἕζοντο* et salvis numeris potest substitui, *ἕζεσθεν* nihili est forma. *g* *P* 733, pag. 231 *ij*. *h* *Θ* 109, l. a. *-την*. Dualis numeri a nonnullis habitum est (Kontos *Λογ. Ἑρμ.* I 66, Curtius Verbum[2] II 67), sed melius alii: „*οὐδέποτε δυϊκῶι προστακτικῶι τρίτου προσώπου ἐχρήσατο Ὅμηροσ*" Anecd. Oxon. I 397. *i* *Α* 338. *j* *α* 273. Ad solos Ditem et Proserpinam referebat Monro § 173, 1, ut *I* 457, 569; quod vero videtur dissimile coll. *H* 76 *ξ* 393 sq. al. *k* Ex. gr. inscr. Ion. 5291, 5461. *l* Sed *ξ* 393 pro *αὐτὰρ ὕπερθε | μάρτυροι ἀμφοτέροισι θεοί* fortasse leg. *αὐτὰρ ἐπέστων κτέ.*, quo ducere videtur l. a. *αὐτὰρ ὄπισθεν.* Frequentia vero in carminibus epicis sunt *ἔστω* et *ἔστε.* *m* *η* 114. Recte habet *'πεφύκει* (vel potius *-κεε*) *ε* 63. *n* Herodianus e Xenophane affert perfecta *μεμαθήκᾰσι* et *πεφήνᾰσι*, ex Antimacho *νενεύκᾰσιν.* Empedocles dixit *γεγάᾰσι, λελόγχᾰσι, πεπήγᾰσιν*, Nicander *ἐσκλήκᾰσι*, Nauck Mél. Gr. R. V 170, Curtius Verbum[2] II 186. *o* *λ* 304. Quem versum ipsi poetae non deberi videtur effici e perfecto verbi *λαγχάνειν* § 241[4] in poesi vetustiore non nisi h. l. usurpato.

B. De suffixis medii et passivi.

§ 117. Sigma suffixorum *-σαι* et *-σο* servabatur post consonam, post vocalem in thematica flexione omittebatur, in athematica servabatur[a].

Etiam e sequentibus tamen verbis sigma illud evanuit: *δίζηαι*[b], *βέβληαι*[c], *μέμνηαι*[d], *κατάκειαι*[e], *παρίσταο*[f], *(ἐ)μάρναο*[g], *φάο*[h], *θέο*[i], *αἴδηο*[j], *ἔρηο*[k], *'δαίνυ'(ο)*[l], *ἔσσυο*[m], *ἄμπνυο*[n]. Quae inutilis varietas ipsis poetis non nisi partim deberi videtur. Nulla autem codicibus habenda est fides ubi finalis sonus *-αι* vel *-ο* post extrusum sigma cum vocali priore *confluxit*, ita ut recentioris aetatis formae poetae tribuerentur, ex. gr.: *οὐ μέμνηι ὅτε τ' ἐκρέμω*[o], et ipsis numeris invitis[p]: *δαμνᾶι ἀθανάτουσ*[q], *πειρᾶι ὥσ κε Τρῶεσ*[r], *ἠρῶ ἀθανάτοισι*[s]. Cuiusmodi soni perpaucis versibus exceptis[t] non nisi in *thesi* et ante *vocalem* inveniuntur, unde efficitur a lingua epica non minus fuisse alienos quam dativi diphthongum finalem *-ει* vel *-αι*[u], et emicat lex cum indole linguae epicae aliunde cognita congruens: verborum termini *-εαι*, *-ηαι*, *-αο*, *-εο* in Homeri dictione non contrahebantur, sed *elisione* poterant deminui[v].

His igitur similibusque formis secundae personae numeri singularis usi sunt prisci poetae:

indicat. *βούλεαι, ἐβούλεο, ὄψεαι, ἐλύσαο, -ἵκεο, κεχολώσεαι,*
subiunct. *νέμηαι, δαινύεαι*[w], *ϝερύσσεαι, ἵκηαι, -βλήεαι*[x],
imperat. *ἔρχεο, ἔγρεο, βήσεο, θέο, φάο,*

vel eliso sono finali[y]:

indicat. *μετατρέπε'(αι)*[z], *πειράε'(αι)*[a], *ηὔχε'(ο)*[b], *γνώσε'(αι)*[c], *ἐκτήσα'(ο)*[d], *μέμνησ'(αι)*[e], *κεκλήσε'(αι)*[f],
subiunct. *ἐντύνη'(αι)*[g], *δαινύε'(αι)*[h], *μνήσε'(αι)*[i],
imperat. *ἔρχε'(ο)*[j], *ἑλέ'(ο)*[k], *κεῖσ'(ο)*[l].

Ipsa autem exemplaria vetusta exhibent formas elisas *κεῖσ'(αι)*[m], *ἧσ'(αι)*[n], *ἔκλε'(ο)*[o], *ἕπε'(ο)*[p], *εὔχε'(ο)*[q], *παύε'(ο)*[r], *πείθε'(ο)*[s], *ψεύδε'(ο)*[t], *ἵστασ'(ο)*[u], *δαίνυσ'(ο)*[v],

---

a *ἧσο* (pro *ἧσ-σο* dictum) § 220^{2} hinc alienum. *b* *λ* 100. *c* *E* 284 *Λ* 380 *N* 251. *d* *Φ* 442, *-σαι* *Ψ* 648. *e* H. Merc. 254, *-σαι* *T* 319 al. *f* L. a. *K* 291; *ἵστασο* *Λ* 314 *P* 179 *X* 85 *χ* 233, *ἵστασ'(ο)* *N* 448 *P* 31 *Y* 197 Hes. Clip. 449, La Roche Textkritik 292. *g* *O* 475 *Π* 497 *χ* 228. *h* *π* 168 *σ* 171. *i* *Λ* 76 al. *j* *Ω* 503 *ι* 269 (?). *k* *Λ* 611. *l* L. a. *Ω* 63. *m* *Π* 585 *ι* 447. *n* *X* 222, codd. *ἄμπνυε*, § 150^{35}. *o* *O* 18. *p* Pag. 82 *h, i, j*. *q* *Ξ* 199. *r* *Φ* 459. *s* *σ* 176. *t* Ex. gr. *ἑείσω* *I* 645, recte l. a. *ἑείσαο*. *u* Pag. 66, 76 j. *v* Mnemos. 1886, 335—359. Verum perspexit Knight. *w* *ϑ* 243. *x* *Y* 335, codd. *-βλήσεαι*. *y* Elisae multo sunt rariores quam integrae, 1/6. *z* *Λ* 160.
a *Φ* 459. b *Γ* 430. c *B* 365. d *ω* 193. e *O* 18 *Y* 188 *Φ* 396 *ω* 115. f *Γ* 138. g *Z* 33. h *τ* 328. i *ϑ* 462. j *Z* 280 al. k *N* 294. l *Φ* 184. m *Y* 329. n *O* 245. o Hoc corruptum, pag. 236 *j*. p *K* 146 sic Aristarchus, codd. *ἕπευ*. q *Γ* 430 *δ* 752. r *I* 260 *α* 340. s *Ξ* 235 *πείθεο* papyrus et codd. nonnulli, more prisco *ἐκ πλήρουσ* exaratum (pag. 76—78), *πείθε'* alii, *πείθευ* multi; *ο* 541 *πείθε'* n, *πείθηι* plerique. t *Δ* 404. u *N* 448 *P* 31 *Y* 197 Hes. Clip. 449. v *Ω* 63.

κεῖσ'(ο)[a]. Olim etiam μέμνησ'(αι), non μέμνῃ, in iis fuisse[b] videntur testari Theocriti Homerum imitantis haec verba: ἦ οὐ μέμνασ' ὅκα κτέ.[c].

Verbis μυθεῖαι et νεῖαι[d] prisca forma μυθέεαι et νέεαι est reddenda[e], elisae autem formae μυθέε'(αι) et πωλέε'(αι) latent in traditis μύθεαι[f] et πώλεαι[g]. Pro δίεσ[h] legendum videtur δίε'(ο). Etiam ἀποαίρεο[i], ἔκλε'(ο)[j], αἰδεῖο[k], ἐρεῖο[l] corrupta sunt, et secunda persona ἴδῃ ubi ante consonas invenitur, recipienda est l. a. ἴδηισ[m]. Activi tertia persona, non secunda medii, est ἐπαύρῃ[n]. Solvi nisi vicinis verbis mutatis nequeunt γνώσεαι[o], ὄρσευ[p], ἐδεύεο[q], εὔχευ[r], κέλῃ[s] sive κέλεαι[t], φράζευ[u], ἄζευ[v], ἔρχευ[w], εἴσῃ[x], ἔλκῃ[y], ἔσσεαι[z], ἀρήσῃ[a], πειρᾶι[b], ἀλόω[c], ἔλπῃ[d], λίσῃ[e], ὑπόθευ[f], ἴσχευ[g], sed lenibus remediis pleraeque harum formarum in integrum possunt restitui.

§ 118. *Primae* personae numeri *pluralis* suffixum erat -μεθα sive -μεσθα. Quarum formarum quae est amplior, recentioris originis videtur esse et e rhythmo dactylico veluti procrevisse[h], adiuvante analogia suffixorum -σθα, -σθε, -σθαι[i]. Exempla sunt ἐσόμεσθα[j], καθεζώμεσθα[k], δεδμήμεσθα[l], ἐπισταίμεσθα[m].

Terminum insolitum -μεθον habet hic versus:

δεῦρό νυν, ἢ τρίποδοσ περιδώμεθον ἠὲ λέβητοσ[n],

quem *dualis* numeri terminum habuere grammatici, quia de duobus illic est sermo; sed non esse vetustum testatur syllaba δω- e δωο- contracta invita dictione epica[o], collata autem l. a. περιδώμεθα apparet legendum esse περιδωόμεθ'(α)[p]. In Sophoclis vero fabulis quae sunt tradita λελείμμεθον et ὁρμώμεθον[q] si ipsi huic poetae tragico debentur, inde efficitur eum vitiosum illud περιδώμεθον in Iliade legisse et ad huius verbi exemplum finxisse novas formas numeri dualis in -μεθον desinentes, pervetustum igitur esse illud mendum. Sed vero multo est similius recentiorum hunc esse errorem, tragicum enim utrobique dixisse

---

a Φ 184. *b* Ο 18 Υ 188 Φ 396 ω 115. *c* Theocr. V 116; etiam Aristoph. Av. 1054 μέμνησ'(αι). Herodianus id quod traditum est μέμνῃ a verbo commenticio μέμνομαι repetebat. *d* θ 180 λ 114 μ 141. *e* Pag. 67 *l*. *f* β 202. *g* δ 811. *h* L. a. X 251, § 199. *i* Α 275, leg. ἀποαίνυσο, § 171. *j* Ω 202, leg. κλεέε'(αι), § 183. *k* Ω 503 ι 269, correctio incerta, § 289. *l* Λ 611, l. a. ἔρειο, leg. ἔρηο, § 145, 264. *m* Α 203 Γ 163 Δ 205 Ν 449 Ο 32 λ 94 ο 76, 432. *n* σ 107. *o* Β 367. *p* Δ 264 Τ 139. *q* Ρ 142. *r* Ω 290. *s* Ω 434 κ 337. *t* δ 812 ε 174. *u* δ 395. *v* ρ 401. *w* λ 251 ρ 22, 282 ψ 20, 254. *x* π 313. *y* σ 10. *z* ζ 33 h. Merc. 34. a Ν 818. b Ω 390, 433. c ε 377. d ζ 297. e κ 526. f ο 310. g ω 323.

h Apud Hesiodum -μεσθα non nisi Theog. 648(?) Clip. 110. i G. Meyer[2] § 468; Curtio -μεσθα vetustius videbatur quam -μεθα, Verbum[2] I 92 sqq. j β 61. k Υ 136 α 372. l Ε 878. m Ν 238. n Ψ 485. o § 122. p Vitium peperit alpha ἐκ πλήρουσ perscriptum (pag. 76—78). Terminum -θεν, quem Aeoles pro -θα aliquando usurpasse ait Apollonius Adverb. 604, erroris causam fuisse suspicabatur Ahrens; sed in dialecti Aeolicae monumentis litteratis illud -θεν nunc quidem non comparet. q El. 950 Philoct. 1079.

id quod numeri admittunt: -μεθα[a], ut similibus locis et ipsum locutum esse constat et ceteros Graecos.

§ 119. *Tertiae* personae numeri *pluralis* suffixa -νται et -ντο subiuncta *consonae* vel *longae vocali* vel *diphthongo* fiebant -αται et -ατο[b]:

1) indicat. praes. et impf. flexionis athematicae[c]: ἥαται, ἥατο, κείαται, 'κείατο, vel, prima syllaba correpta[d]: ἕαται, ἕατο[e], κέαται, 'κέατο[f], post breves vero vocales: δύνανται[g], 'δύναντο[h], 'ρήγνυντο[i], 'κίνυντο[j], similia.

2) indicat. aor. II[i] [k]: ἐρρῦατο[l], -βλήατο[m]. Analogiae debetur ἐφθίατο[n] a stirpe brevi φθι ductum.

3) indicat. perf. et plqpf.[o]: ἐρράδαται, ἐρράδατο, εἰρύαται, εἰρύατο, βεβλήαται, 'βεβλήατο, al.; post breves vero vocales: κέχυνται[p] et λέλυνται[q]. Analogiae studio debentur κεκλίαται[r] et ἐληλάατ'(ο)[s], quae suffixa -αται et -ατο *brevi* sono subiuncta habent.

Stirpes in consonam gutturalem vel labialem desinentes suffixis -hαται et -hατο ornabantur[t]; ex. gr. ὀρέγω[u]: ὀρωρέχαται[v], ὀρωρέχατο[w] vel τρέπω[x]: -τετράφαται[y], 'τετράφατο[z].

4) optat.[a]: πευθοίατο, ἕποίατο, ἱλασαίατο, δαινυίατο[b], al.

Vulgati igitur erant termini -αται et -ατο in dictione epica, neque postea insoliti fuerunt[c]; attamen aliquando fuisse Homeri lectores qui potestatem horum suffixorum non satis haberent cognitam, testantur haec verba:

ἵν' ἄγαλμα θεᾷ κεχάροιτο ϝιδοῦσα

in codicibus longe plurimis sic exarata:

---

a Elmsley ad Arist. Ach. 733, Nauck Mél. Gr. R. IV 69—71. *b* Sic in nominum flexione terminus accusativi sing. erat -ν sive -α et plur. -(ν)σ sive -ασ. *c* Discrepat ἧντο *Γ* 153 (spur.). *d* § 17. Postea haec correptio in dialecto Ionica late est grassata.

e § 220[2]. *f* § 169. Pro 'κεῖντο *Φ* 426 leg. 'κείατ'(ο), pro θύραι δ' ἐπέκειντο φαειναί ζ 19 θύρη δ' ἐπέκειτο φαεινή. *g* *N* 634 al. *h* *N* 552 al. *i* *N* 718 *Υ* 55.

j *Δ* 281, 332, 427. *k* Discrepant ξύμβληντο *Ξ* 27 *Ω* 709 κ 105 (pro ξυμβλήτην φ 15 leg. ξυμβλήατο, nota *m* et pag. 44 *g*), ἔπληντο *Δ* 449 al., ἔπληντο θ 16, 57. *l* § 150[36].

m § 150[18]. *n* § 150[27]. *o* Discrepant δεδάκρῦνται *Χ* 491 υ 204, 353 (leg. δεδακρύαται), 'δέδμηντο δὲ λαόσ γ 305 (recte l. a. 'δέδμητο), εἴρῦντο *Μ* 454, § 164, 'ϝέϝρῦντο *Σ* 69, § 293, 'μέμνηντο *Ρ* 364. *p* *Ε* 141 al. *q* *Β* 135 al. *r* *Π* 68 δ 608.

s η 86, codd. ἐληλέατ', ἐληλέδατ', ἐρηρέδατ'. *t* E *secunda* persona (τέτραφθον, τέτραφθε) in tertiam irrepsisse adspirationem coniecit J. Schmidt Kuhns Zschr. XXVIII 309; sed coll. τεύχω, ἐτέτυκον, τετεύχαται, ἐτετεύχατο (§ 236*) ipsarum stirpium haec videtur fuisse varietas, cum praesertim aevo posthomerico etiam *activi* perfecta τέτροφα et πέπομφα adspiratione sint ornata, § 157. *u* § 234. *v* *Π* 834. *w* *Λ* 26. *x* § 251.

y *Β* 25, 62. *z* *Κ* 189. a Vitiosa sunt μαχέοιντο *Α* 344 (leg. μαχέονται), ἴδοιντο *Ρ* 681 (recte l. a. ἴδοιτο), ἐκλελάθοιντ'(ο) χ 444 (leg. ἐκλελάθητ'), ὕλην τε σεύαιντο *Ψ* 198 recte l. a. ὕλη τε σεύαιτο), εἰ πλέονέσ οἱ ἕποιντο β 251 (recte l. a. εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο), *Σ* 376 κατὰ δῶμα νέοιντο (recte l. a. δυσοίατ' ἀγῶνα), ξ 195 ἐπὶ ἔργα τράποιντο (recte l. a. ἐπὶ ἔργον ἕποιεν). Spurium esse versum, quem post *Λ* 509 habet papyrus vetusta: [Τρῶεσ ὑπέρθυμοι καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύ]χη ἕλοιντο, hinc efficitur, pag. 180 *v*. b § 120. c Ex. gr. τετρίφαται Herodot. II 93, ἐσεσάχατο VII 62 al., κατειλίχατο VII 76, ἐφθάραται Thucyd. III 13, ἐτετάχατο IV 31, -οίατο Aesch. Pers. 451 Soph. Oed. Col. 44 Eur. Herc. 547 Ar. Pac. 209 al.

ἵν᾽ ἄγαλμα θεὰ κεχαροίατ᾽ ἰδοῦσα[a].

Non minus inepte erravit Zenodotus, si scripsit id quod ei tribuitur:

ϝείσεται ἤ ῥα καὶ οἷος ἐπιστέαται πολεμίζειν[b]

sive *sciunt*[c] de uno homine dictum[d]; sed ἐπιστάεται videtur scripsisse[e]. Quamquam et ex Callimachi carminibus proferuntur vitia similia: Δειπνιὰς ἔνθεν δειδέχαταί μιν[f] et: παρείατο κούρῃ[g].

§ 120. *Optativus* stirpium vocali ι vel υ terminatarum olim desinebat in -ίμην[h], -νίμην, cet.[i]. Apud Homerum inveniuntur praesentis formae δαινυῖτο et δαινυίατο[j], ἀνυῖτο[k], aoristi φθίμην et φθῖτο[l], perfecti λελυῖτο[m]. In tradito autem textu e diphthongo υι simplex vocalis υ est facta: δαίνῦτο, δαινῦατο, ἄνῦτο, λέλῦτο, sed iota cur non sit omittendum supra dictum est[n].

Post Homeri aevum huiusmodi optativi aut circumlocutione vitati sunt: λελυμένος εἴη al., aut thematicae flexioni assimulati: δαινύοιτο al.; verbi εἶμι autem optativus inde ab ipsa Homeri aetate in flexionem thematicam transiit[o].

Subiunctivum similem δαίνῦται fuit qui Homero perperam tribueret[p].

IV. De vocali thematica.

§ 121. Athematicae flexionis dominium in lingua Graeca sensim decrevit; in epica igitur poesi vocalis thematica aberat a multis verborum formis, quibus postea est addita. De *optativo* eiusmodi quid supra est observatum[q], et infra similia observabuntur de *indicativo* praesentis[r], aoristi II[i][s], perfecti[t].

§ 122. *Subiunctivo* flexionis athematicae in epica dictione non longae vocales η et ω, quibus recentior aetas est usa, sed breves ε et ο tri-

---

a γ 438, pag. 139 *d*. *b* Π 243. *c* Non Homerica sed bene Graeca verbi figura fuit ἐπιστέαται, ut δυνέαται (= δύνανται) et similia apud Herodotum, κιρνέαται inscr. Miles. 5495; in quibus suffixi -νται sonus ν post *brevem* vocalem in α abiit. *d* Contrario errore Pindaro Pyth. IX 32 οὐ κεχείμανται φρένεσ, Euripidi Hipp. 1255 κέκρανται ξυμφοραί tributum est in codicibus; poetae scripserant φρέναο (acc. partis) et ξυμφορά. *e* Vulgo ἐπίστηται, pag. 239 *h*. *f* Steph. Byz. s. v. Δειπνιάσ. *g* Anecd. Ox. I 373. *h* Ex -ιίμην.

i De *activi* optativis similibus § 114. *j* § 205. *k* § 292**. Apud Hipponactem est similis optativus ῥηγνυῖτο. *l* § 150[27]. *m* σ 238, § 150[34]. *n* Pag. 87 *h*, 232 e. *o* ἴοι sive ἰείη, pag. 232 *z*, a. *p* Ahrens O 99 εἴ τισ ἔτι νῦν δαίνῦται εὔφρων pro: εἴ πέρ τισ ἔτι νῦν δαίνυται εὔφρων (-νυτ᾽ εὔφρων), sed indicativus optime habet, confluere autem non poterant soni -νε- subiunctivi, cuius 2[a] persona erat δαινύεαι (pag. 239 *e*).

q § 114 et 120. *r* § 145. *s* § 150. *t* § 160.

butae sunt; *activi* igitur termini erant -ετον, -ομεν, -ετε, *medii* -ομαι, -εαι, -εται, -όμε(σ)θα[a]. In Homeri lingua sic flexa sunt praesens verborum in -μι, aoristus II vocali thematica carens, perfectum activi, aoristus sigmaticus activi et medii.

1) Praesens verborum in -μι.

ἴομεν, ὄφρα κε θᾶσσον ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα[b].
ὄφρα κεν Ἕκτωρ | κεῖετ' ἐνὶ κλισίηισιν ἀκηδήσ[c].
ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρήομεν ἢ ἱερῆα[d].
ὅτε κεν ... | δαινύεαι παρὰ σῆι τ' ἀλόχωι καὶ σοῖσι τέκεσσι[e].

Recte traditum est φήηι[f], sed formarum δύνηαι[g] et ἐπίστηται[h] longus sonus η dictioni epicae parum congruit[i]. Non subiunctivi sed indicativi sunt ζώννυνται[j] et ῥήγνυνται[k], in Hipponactis autem verbis ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔδωκασ ... | ..., ὡσ μή μοι χίμετλα ῥήγνυται optativum ῥηγνῦτο postulat syntaxis[l].

A *thematicae* flexionis subiunctivo breves vocales ε et ο alienae erant; non recte igitur traditi sunt versus qui sequuntur:

αἴ κεν ... | βούλεται ἀντιάσασ ἡμιν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι, leg. βούληт'(αι)[m].
ὡσ δ' ὅτ' ἂν ἔν τε κύνεσσι ... στρέφεται, leg. ὅτ' ἔναντα[n].
τῶι καί κέ τισ εὔχεται ἀνήρ, recte l. a. καί τέ τισ[o].
ὡσ ἂν ἐπισμυγερῶσ ναυτίλλεται, recte l. a. ναυτίλεται[p].
ὡσ δ' ὅτε καρχαρόδοντε δύω κύνε, ϝειδότε θήρησ, | ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἐπείγετον ἐμμενὲσ αἰεὶ | χῶρον ἀν' ὑλήεντα, ὃ δὲ προθέηισι μεμηκώσ, l. a. ὑλήενθ' ὃ δέ τε ex ὑλήεντα ὃ δὲ (τε) nata, leg. ὅ τε, novum enim enuntiatum a relativo hoc pronomine incipit. Indicativi igitur est ἐπείγετον[q].

Coniectura, quae ad hunc versum: ὄφρα σπείσαντεσ κατακείομεν οἴκαδ' ἰόντεσ proposita est, κείωμεν ϝοίκαδ', duriores fiunt numeri, subiunctivus autem huius verbi quoniam alibi non extat, satius est textum traditum non sollicitare, athematicae igitur flexionis habere formam -κείομεν[r].

In verbis: ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν ... πεπληγέμεν' aptus est indicativus, itaque non est causa ob quam κελεύομεν subiunctivi habeatur

---

a Ahrens Conj. auf μι 8, Curtius Verbum² II 70 sqq. b Β 440; item alibi ἴομεν, § 308. c Ω 553 sq.; item alibi κείεται sive κέεται (§ 17), codd. κεῖται vel κῆται, § 169. d Α 62, § 145. e θ 243, item τ 328; codd. δαινύηι vitiose, pag. 238 p. f § 306. g § 305³. h § 196⁵. i In titulis Doricis et Arcadicis leguntur huiuscemodi subiunctivi ποίāται, νύνāται (= δύνηται), δέāτοι (a verbo δέαμαι § 305²), ἀνāνται (= ἀνύωνται), ἐπισυνίστāτοι (= -ται), πέπāται, ἐστετέκνωται. j ω 89 ὅτε κεν ... | ζώννυνταί τε νέοι καὶ ἐπεντύνονται ἄεθλα, ubi κεν errori debetur. k Hes. Clip. 377. l Hippon. fr. 19, § 120. m Α 66 sq.; an ἀντιάσασ ἡμιν βούλητ'? n Μ 41. o Ξ 484. p δ 672. Simile vitium est Ar. Thesm. 590 ἀφηῦσεν αὐτὸν καὶ ἀπέτιλλ' ... καὶ ... ἐσκεύασεν pro ἀπέτιλ'. q Κ 360 sqq.; etiam Ν 64 ρ 519 subiunctivus indicativo est adiunctus pronomine ὅ τε. r σ 419, § 169.

forma vitiosa[a]. Neque molestus est hic versus: *καί μοι δὸσ τὴν χεῖρ', ὀλοφύρομαι*, sive aoristi *ὠλοφυράμην* subiunctivus habetur *ὀλοφύρομαι* = *ut defleam*, sive — quod verum videtur — praesentis indicativus, *obsecro*[b].

Vocalem *η* ante vocalem correptam habent subiunctivi *μίσγεαι* et *κατίσχεαι* pro *-ηαι* dicti[c]. Apud Hesiodum pro *ἀλιταίνεται* leg. *ἀλιταίνητ'*[d] et pro verbis incompositis *εὖτ' ἂν ἐπ' ἐμπορίην τρέψασ* (vel *-ησ*) *ἀεσίφρονα θυμόν*, | *βούλεαι δὲ χρέα τε προφυγεῖν καὶ ἀτερπέα λιμόν* (vel *λιμὸν ἀτερπῆ*) leg. *εἰ δέ κ' ἐπ' ἐ. τρέψασ ἀ. θ.* | *βούληαι χρῆόσ τε φυγεῖν κ. ἀ. λ.*[e].

2) Aoristus II vocali thematica carens.

Exempla:

ϝίστορα δ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα **θήομεν** *ἄμφω*[f].
ὁππότ' ἀνὴρ περὶ ϝοῖσι μαχειόμενοσ κτεάτεσσι | **βλήεται**[g].
αὐτὰρ ἐπεί κ' ἢ δουρὶ τυπεὶσ ἢ βλήμενοσ ἰῷ | *εἰσ ἵππουσ* **ἅλεται**[h].
εἰσ ὅ κεν ἢ ... | *ἢ αὐτοὶ παρὰ νηυσὶ* **δαμήετε** *ποντοπόροισι*[i].

Sic conformati sunt generis *activi* subiunctivi: *-στήετον*[j], *-βήομεν*[k], *στήομεν*[l], *θήομεν*[m], *κιχήομεν*[n], *γνώομεν*[o], *δώομεν*[p], generis *medii*: *-θήομαι*[q], *-βλήεαι*[r], *ὀνήεαι*[s], *-θήεαι*[t], *φθίεαι*[u], *βλήεται*[v], *φθίεται*[w], *ἅλεται*[x], *φθιόμεσθα*[y], *-δωόμεθ'(α)*[z], generis *passivi*[a]: *δαμήετε*[b], *νεμεσσηθήομεν*[c], *τραπήομεν*[d].

Stirpis sonus finalis *η* vel *η* in exemplaribus manu scriptis passim male indicatus est signis *ει*, ex. gr.: *βείω*[e], *δαμείω*[f], *στείῃ*[g], *μιγείησ*[h], *τραπείομεν*[i]. Quam diphthongum in secunda tertiaque personis gignere facile poterat error is, in quem librarii numquam non proclives erant, ut huiuscemodi subiunctivos pro *optativis* haberent[j]. Sed longe pleraque huiusmodi vitia in textum intulerunt qui priscae litteraturae signa mutarunt in recentiora, verbum *περιστεοσι* ex. gr. male interpretati *περιστείωσι*[k]. Putabant videlicet vocalem *ε*, quam e recentioris Iadis forma *στέωσι* norant, ab epicis poetis metri causa productam esse, signis *ει* igitur indicandam[l]. Recte vero traditum est *φήῃ*[m], et vitiosa illa Aristarchus corrigebat scribendo *στήωσι*, *θήῃσ*[n], *σαπήῃ*[o], *φανήῃ*[p], item

---

a Ψ 659, 802. *b* Ψ 75, pag. 224 *m*. *c* Β 232 sq., § 17. Ne elisa diphthongo finali proferantur *μίσγῃ'(αι)* et *κατίσχῃ'(αι)* dehortantur numeri. *d* Hes. Oper. 330. *e* Ibid. 646 sq. *f* Ψ 486. *g* ρ 471 sq. *h* Λ 191 sq. *i* Η 71 sq. *j* σ 183, 3ª pers. dualis. *k* Κ 97 ζ 262 κ 334. *l* Ο 297. *m* Λ 143 ψ 214, 486 ν 364 φ 264. *n* Φ 128. *o* π 304. *p* Η 299, 351 π 184. *q* Σ 409 Χ 111 τ 17. *r* Υ 335, codd. *-βλήσεαι* *s* Ζ 260, codd. *ὀνήσεαι*. *t* δ 163, codd. *-θήσεαι*. *u* β 368, codd. *φθείησ* vel *φθίῃ(ι)σ*. *v* η 204 (*-βλήεθ'*, codd. *-βληται* vel *-βλητο*) ρ 472. *w* Υ 173. *x* Λ 192, 207. Sed *ἅληται* Φ 536. *y* Ξ 87. *z* Ψ 485, codd. *-δώμεθον* vel *-δώμεθα*, § 118. a De aoristo passivi § 142. b Η 72. c Ω 53, codd. *νεμεσσηθέωμεν*, pag. 80 *t*. d Γ 441 Ξ 314 θ 292, § 250. e Ζ 113. f σ 54. g Ε 598. h ι 378. i Nota d. j L. a. Ι 416 Ρ 631 Ω 417, 531, 688, Eustath. 653,42 (ad Ζ 432) al., La Roche Textkritik 405 sqq.; simili errore bis *εἴῃ* pro *εἴη* est scriptum in lapide Ion. 5634. k Ρ 95. l Pag. 32 *h*, Herodianus apud Curtium Verbum² II 71. m λ 128 ψ 275. n Ζ 432. o Τ 27. p Χ 73.

ἔκηα et *τεθνηώσ* pro traditis *ἔκεια* et *τεθνειώσ*[a]. Qua in re eum parum sibi constitisse non efficitur ex scholio codicis A: „*θείομεν*] *ἡ διπλῆ ὅτι συνέσταλκεν ἀντὶ τοῦ θείωμεν*"[b], ubi non de prima syllaba sed de sono *ο* agitur; in alio autem scholio, „*δαμασθῆισ*] *Ἀρίσταρχοσ δαμείησ*", vitiose scriptum est *δαμείησ* pro *δαμήησ*[c].

Olim fuere qui ante terminos *-ω*, *-ομεν*, *-ωσι* diphthongum *ει* iuberent scribi, ante *-ηισ*, *-ηι*, *-ετον*, *-ετε* vero vocalem *η*[d], sic igitur in Homeri lingua huiusmodi aoristos flexos esse arbitrati:

βείω, βήηισ, βήηι, βήετον, βείομεν, βήετε, βείωσι.

δαμείω, δαμήηισ, δαμήηι, δαμήετον, δαμείομεν, δαμήετε, δαμείωσι[e].

Cuiusmodi errores laete pullulasse testantur *ἀκαχείατο*, *εἵαται* et *-το*, *ἔκεια*, *ἐρείομεν*, *ἔρειο*, *χέρεια*, *χρείων*, *χρεῖοσ*, *χρειώ*, *εἵωσ*, *δείουσ*, *σπείουσ*, *ἀκλειῶσ*, *ἐϋρρεῖοσ*, alia in codicibus vitiose scripta pro *ἀκαχήατο*, *ἥαται* et *-το*, *ἔκηα*, *ἐρήομεν*, *ἔρηο*, *χέρηα*, *χρήων*, *χρῆοσ*, *χρηώ*, *ἧοσ*, *δϝέεοσ*, *σπέεοσ*, *ἀκλεέωσ*, *ἐϋρρεέοσ*[f].

Longa stirpis vocalis in huiusmodi formis *corripi* poterat, quippe quae vocali esset praemissa[g]. Qua libertate usi poetae epici nonnunquam dixerunt *στάομεν*[h], *κτάομεν*[i], *ἄομεν*[j], *θέομεν*[k], *ἀφέηι*[l], *ἀνέηι*[m], *μεθέηισι*[n], *θερέω*[o]; *μιγέωσι*[p], fortasse et *πτάεται*[q].

Sed sono vicino *absorpta* vocalis *ᾱ*, *η*, *ω* a prisca dictione discrepat:

(*α*) *-βᾶι*[r], *ἀναστᾶι*[s], *φθᾶισιν*[t], *-βᾶτον*[u], *φθέωμεν*[v], *βῶσιν*[w], *φθέωσι*[x].

(*η*) *ἧισι*[y], *θῆισι*[z], *-ῶμεν*[a], *-ώμεθα*[b], *δαῶμεν*[c], *ξυμβλῆται*[d], *φανῆι*[e], *ἀμερθῆισ*[f], *ἰανθῆισ*[g], *χολωθῆισ*[h], *ἀασθῆι*[i], *ἐπαλκθῆι*[j], *ἰανθῆι*[k],

---

a *ἔκηα* *λ* 74 *ν* 26, § 153², *τεθνηώσ* *Z* 71 al., § 160¹². Scholio *X* 431 „*βείομαι*] *Ἀρίσταρχοσ βήομαι*" satius est non uti, quoniam sonus *η* ab illa stirpe alienus fuit, § 194. *b* *Ψ* 244. *c* *Γ* 436. *d* Epimer. Hom. 202,19. Cui opinioni salutem debuit subiunctivus *ἀνήηι* *B* 34. *e* „Eine völlig willkürliche phonetische Theorie", Curtius Verbum² II 75 sqq.; subiunctivo vocalem iota vindicare et sic formas traditas partim certe defendere conabantur Ahrens, Naber Quaest. Hom. 81, vChrist Proleg. Il. 106, 148 sq. *f* Pag. 67 sq. *g* § 17. *h* *Λ* 348 *X* 231, § 150¹⁵, codd. *στέωμεν* vel *στέομεν*. *i* *χ* 216, § 150⁶, codd. *κτέωμεν* vel *κτέομεν*. *j* *T* 402, § 192¹, codd. *ἕωμεν*. *k* *ω* 485. *l* *Π* 590. *m* *σ* 265, codd. *ἀνέσει*. *n* *N* 234, pag. 231 *l*. *o* *ϱ* 23. *p* *B* 475. *q* *O* 170, § 150¹⁴, codd. *πτῆται*. *r* *β* 358 Hes. Oper. 740; requiritur *-βήηι*, ut *I* 501 *Π* 94. *s* *σ* 334; requiritur *-στήηι*, ut *E* 598, *στήηισ* *P* 30. *t* *Ψ* 805, recte l. a. *φθήηι*, pag. 231 *w*. *u* *ψ* 52, leg. *ἐπιβήηι*. *v* *π* 383 sq. *ἀλλὰ φθέωμεν* ... | ... *βίοτον δ'* ... *ἔχωμεν*, leg. *ἀλλ' εἰ φθαῖμεν* ... | ... *βίοτόν κ' ἔχοιμεν*. Optativus poscitur contextu, nam sequitur: *οἰκία δ' αὖτε* ... *δοῖμεν*. *w* *ξ* 86 *ἀλλοτρίησ βῶσιν*, leg. *βήωσ' ἀλλοτρίησ*. *x* *ω* 437 *μὴ φθέωσι περαιωθέντεσ ἐκεῖνοι*. Spurius? Etiam *ἐκεῖνοι* pro *κεῖνοι* novicium, pag. 213 *f*. *y* *O* 359, leg. *ἥηι*, ut *B* 34 *P* 631 *ε* 471, pag. 231 *q*. *z* *π* 282, leg. *θήηι*, ut *κ* 301 *ο* 51, pag. 231 *r*.
a *K* 449 *ἀπολύσομεν ἠὲ μεθῶμεν*, leg. *ἀπολύσω τ' ἠδὲ μεθήω*? H. VI 22 *ἀφῶμεν*. b *N* 381 *συνώμεθα ποντοπόροισι*, leg. *συνηόμεθ' ὠκυπόροισι*? c *B* 299, leg. *ϝίδωμεν*. d *η* 204, leg. *ξυμβλήεθ'*(*-ται*), pag. 240 *v*. e *I* 707 Hes. Oper. 508. f *X* 58 *δὲ* ... *ἀμερθῆισ*, leg. *γε* ... *ἀμερθείσ*? g *T* 174, leg. *χαρήηισ*? h *I* 33, leg. *χόλωσαι*? i Hes. Oper. 283, codd. *ἀάσθη*. j *ο* 401, spurius? k *χ* 59.

πειρηθῆτον [a], *πιστωθῆτον* [b], *πειρηθῶμεν* [c], *νεμεσσηθέωμεν* [d], *διακρινθῆτε* [e]. Simili vitio laborat *κίχηισι* [f].

(ω) *δῶ* [g], *δῶισ* [h], *γνῶισ* [i], *δῶισι* [j], *γνῶι* [k], *γνῶτον* [l], *δῶμεν* [m], *γνῶμεν* [n], *περιδώμεθον* [o], *δῶσι* [p], *γνῶσιν* [q].

3) Perfectum activi.

ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόωι, ἵνα ϝείδομεν *ἄμφω* [r].
ὄφρα μιγέντε | εὐνῆι καὶ φιλότητι πεποίθομεν *ἀλλήλοιιν* [s].

Medii forma simili *προσαρήρεται* fortasse usus est Hesiodus [t]. Corrupta sunt *μεμνώμεθα* [u], *ὀρώρηται* et *ὀρώρεται* [v].

4) Subiunctivus aoristi sigmatici.

Ab hoc quoque vocalis thematica aberat; nam *ἔλῡσμ* more solito in *ἔλῡσα* abiit, dein vocalis *α* soni *μ* vicaria ceteras personas activi et totum genus medium invasit [w]. Breves igitur vocales *ε* et *ο* subiunctivo aoristi sigmatici erant propriae, ex. gr.:

αὐτοὶ δ' ἀγρόμενοι κυκλήσομεν *ἐνθάδε νεκροὺσ*
βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν· ἀτὰρ κατακήομεν *αὖθι.*
τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν *ἐξαγαγόντεσ*
ἄκριτον ἐκ πεδίου· ποτὶ δ' αὐτὸν δείμομεν *ὦκα*
πύργουσ ὑψηλούσ, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν,
ἐν δ' αὐτοῖσι πύλασ ποιήσομεν *εὖ ἀραρυίασ,*
ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸσ εἴηι·
ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ὀρύξομεν *ἐγγύθι τάφρον* [x].
μὴ νῦν μοι νεμεσήσετ', *Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντεσ* [y].
νῦν δ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν *εἰσ ἅλα δῖαν,*
ἐν δ' ἐρέτασ ἐπιτηδὲσ ἀγείρομεν, *ἐσ δ' ἑκατόμβην*
θήομεν, ἂν δ' αὐτὴν Χρυσηΐδα καλλιπάρηιον | βήσομεν, . . .
ὄφρ' ἥμιν ϝεκάϝεργον ἱλάσσεαι *ἱερὰ ῥέξασ* [z].
ὁππότε χ' ἡβήσηι καὶ ϝῆσ ἱμείρεται *αἴησ* [a].
ἑκατόμβην | ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν, ὄφρ' ἱλασόμεσθα *ϝάνακτα* [b].

---

a *Κ* 444 leg. *πειρήσητον* aut *-σησθον*. *b* *φ* 218, spurius? nota *l*. *c* *Χ* 381 *ϑ* 100, leg. *πειρήσωμεν*, ut l. a. *ϑ* 100. *d* *Ω* 53, leg. *-θήομεν* verbis aliter dispositis, pag. 80 *t*. *e* *ω* 532. *f* *μ* 122, leg. *κιχήηι*, § 112 et 149[72]. *g* *ι* 356 *ἵνα τοι δῶ* leg. *δώω*, pag. 224 *p*, *υ* 296 *καὶ ἐγὼ δῶ ξείνιον* leg. *δώω ξεινήϊον*. *h* *Η* 27 *δῶισ; ἐπεὶ οὔ τι* leg. *δώηισ; οὔ τι*. *i* *χ* 373 *ὄφρα γνῶισ*, leg. *ὡσ γνώηισ?* *j* *Α* 129 *δῶισι πόλιν Τροίην* leg. *δώηισι Τρ.*, *α* 379 *β* 144 *αἴ κέ ποθι Ζεὺσ δῶισι* leg. *αἴ κε Ζεὺσ δώηισι*, *ϑ* 318 *ἀποδῶισιν* leg. *ἀποδώηι*, § 112. Extat *δώηι* *Ζ* 527 al. et in inscriptionibus Delphicis. *k* *Α* 411 *Π* 273 *γνῶι δὲ καὶ* leg. *γνώηι δ'*, ut *Ω* 688. *l* *φ* 218, spurius? nota *b*. *m* *Ψ* 537 *ϑ* 389 *ν* 13. *n* *Χ* 382; *γνώομεν* est *π* 304. *o* *Ψ* 485, leg. *-δωώμεθ'*, § 118. *p* *Γ* 66. *q* *Ζ* 231 *γνῶσιν ὅτι*, leg. *γνώωσ' ὅ*. *r* *Α* 363, item alibi *ϝείδομεν* et *ϝείδετε*, § 160[7]. *s* *κ* 335, § 160[9]. *t* Hes. Oper. 431, l. a. *-σεται*, § 135[2]. *u* *ξ* 168, leg. *μναώμεθα?* *v* § 284[4]. *w* Eandem originem habuit alpha perfecti. *x* *Η* 332 sqq. *y* *Ο* 115. *z* *Α* 141 sqq. a *α* 41. b *Α* 444, prima persona plur. medii etiam *Χ* 50 *π* 238 sq.; formae in *-ομεν, -ετε, -ομαι, -εαι, -εται, -όμεσθα* desinentes crebriores sunt quam quae cunctae hic indicentur.

Cuiusmodi subiunctivi ab *indicativo futuri* non differunt, exceptis iis quorum stirps in consonam *liquidam* desinit[a]; subiunctivi autem fines quoniam Homeri aetate aliquanto latius quam postea in lingua Graeca patebant, ita ut subiunctivus particula κε(ν) ornatus in enuntiatis primariis id fere quod futurum valeret[b], grammatici putarunt indicativum futuri in dictione epica particulae κε(ν) sive ἄν sociari potuisse. Itaque in verbis ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι ἤ κεν ἐάσεισ[c] et similibus vocula κε dicebatur περισσὴ esse, in recentiore enim lingua vero futuro erat locus: εἴτε σώσεισ αὐτὸν εἴτε ἐάσεισ. Sed particula κε sive ἄν tempori futuro adiungi neque in epica dictione potuit[d] neque postea[e]. Cuiusmodi in tradito textu non nisi pauca sunt vitia[f].

Vitiosa autem non est particula κε verbo in -σουσι vel in -σει(σ) desinenti adiuncta[g]; de qua iunctura iam est dicendum. Nam tradito textui si fides est habenda, flexionis athematicae in lingua epica hi erant termini subiunctivi:

-ω, -ηισ, -ηι, -ετον, -ομεν, -ετε, -ωσι.
-ομαι, -εαι, -εται, -ησθον, -ομεθα, -ησθε, -ωνται.

Quorum terminorum primus non habet quod sit notabile, in ceteris vero signum η vel ω ibi tantum apparet ubi vocalem, etiamsi brevis esset natura, producturi tamen erant submissi soni ντ — nam -ωσι ex -ωντι est natum — vel σθ vel ι. Quis igitur praestat sonos η et ω ex ipsius poetae ore esse acceptos? Olim -ηι(σ) et -ει(σ), -ησθον et -εσθον, -ωνται et -ονται iisdem litteris depingebantur: facile igitur in Iliadis Odysseaeque exemplaria recentiore litteratura perscripta eae verborum figurae, quibus posteri utebantur, irrepere potuerunt errore describentium. Potuerunt? Immo fieri vix poterat quin irreperent in eos versus quorum numeris non arcerentur. Iis vero locis, ubi aoristo sigmatico adiuncta est particula κε (ἄν), in codicibus constanter scriptum est id quod poscit analogia, ex. gr.: οἵ κέ με τιμήσουσι[h], ἤ τίσ κε ϝερύσσεται ἠδὲ σαώσει[i], pro futuris enim eiusmodi formae sunt habitae. Neque aliis codicum locis -σει(σ) vel -σουσι rarum est[j].

Lapides autem dehortantur ne syllabae -σηισ, -σηι, -σωσι cet. dictionis epicae fuisse credantur[k]. Nam in Cretae lapidibus antiquissimis, in tabulis Heracleensibus, in priscae aetatis inscriptionibus dialecto

---

a Primitus ne hi quidem discrepuerunt, § 254. *b* § 108. *c* Υ 311.

d vHerwerden Rev. de philol. 1882, 22—27. Fidem facit ex. gr. σ 265: εἴ κέν μ' ἀνέσει θεόσ, ubi ipsa forma futuri vitiosa est et in ἀνέηι necessario mutanda. *e* Post Homerum vetitam fuisse hanc structuram constabat: „ἄν μέλλοντι οὐ συντάσσεται" Anecd. Bekk. 126 sq. *f* Α 139, 523 Γ 138 Δ 176 Ζ 260 Θ 405 Ι 167 Ξ 239, 269 Ο 213 Ρ 515 Υ 335 (l. a. Χ 42) Χ 66, 70 Ψ 675 σ 265. Pro πείσει Ι 386 et νικήσει Υ 102 leg. -σει'(ε). Quod Ε 212 legitur ἐσόψομαι aoristi est subiunctivus, § 152[7]. *g* Pag. 245 *b*.

h Α 175. *i* Κ 44. In Iliadis codice C frequentia sunt. *k* W. Schulze, Herm. 1885, 491 sqq.

Ionica conceptis leguntur aoristi sigmatici suffixa *-ει*, *-οντι*, *-οισι*, praesentis vero et aoristi secundi *-ηι*[a], *-ωντι*, *-ωισι*. Scripta ibi sunt:

ἐπελεύσει, δείξει, πᾱρῦσει, ὀμόσει, ἀδικήσει, περαιῦσει, sed *ἧι* et *τετνάκηι*[b].

γράψει, sed *νέμηι, φέρηι, λάβηι*[c].

αἲ μέν κα ὑποκ[ύψ]ει[d], *ἄν κα γράψει*[e], *ὄττι κέ τισ πρίᾱται . . . [ἢ] ἀποπεράσσει*[f], *ὀμόσοντι*, sed *λάχωντι*[g].

ἢν μὲν ἀποκρύψει (ter) et *ἐπάρει* (bis)[h], *ὃσ ἂν . . . κατάξει ἢ . . . ἐκκόψει ἢ . . . ποιήσει*[i], *εἰὰμ μὴ ἐξομόσει*[j], *ἥν τισ . . . ποιήσει* et *ἢν δὲ μὴ πρήξοισιν* (bis), sed *ἐξέληι, μεθέληι, μέλληι, ὄφληι, ποιῆι, λάβωισιν*[k].

Apertum igitur est subiunctivo flexionis athematicae in dictione epica proprios fuisse sonos *ε, ο, ει, ου*, formam *ἴομεν* ex. gr. cognatas habuisse singularis numeri formas *ἴεισ, ἴει*, singulari *ἱμείρεται* congruisse pluralis numeri formam *ἱμείρονται*, primae personae *ϝείδομεν* vel *γνώομεν* tertias *ϝείδει* et *ϝείδουσι, γνώει* et *γνώουσι*.

Quin igitur scribimus ex. gr.:

αἴ κ' Ἀγαμέμνων | γνώει σ' Ἀτρεΐδησ, γνώουσι δὲ πάντεσ Ἀχαιοί[l]?

Cautius aliquanto agendum. Et cautior sane erat qui in numero *plurali* *-ονται* et *-ουσι* scribi iubebat, *singularis* numeri formas non tangens[m]; etiam cautior qui subiunctivum *medii* scribebat *-ονται*, *activi* vero *-ωσι*[n]. Sed eiusmodi cautio non est laudanda; nam aut omnes eodem remedio sanandae sunt huiuscemodi formae, aut satius est ne unam quidem sollicitasse. A *perfecto* autem ut abstineamus hortantur verbum *τετνάκηι* e lapide Cretico modo allatum et epica *ἐρρίγη(ι)σι, ὀρώρη(ι)σι*[o]. At perfecti subiunctivus si intactus sinitur, etiam ab *aoristo* secundo flexionis *athematicae*, qui perfecto fuit cognatus, est abstinendum: servanda igitur sunt *γνώωσι* et similia, ut *ϝείδωσι*. Itaque solus restat subiunctivus *aoristi sigmatici*, cui termini *-εισ, -ει, -ουσι, -εσθον, -εσθε, -ονται* sine temeritate possint tribui. Et haud raro tribuuntur in codicibus. At plus viginti versibus firmiter inhaerent soni *η* et *ω*: *ἀντιάσητον*[p], *ἐποτρῦνητον*[q], *βουλεύσωμεν*[r], *ὄρσωμεν*[s], *παύσωμεν*[t], *πέμψωμεν*[u], *ἐνιπλήξωμεν*[v], *φθίσωμεν*[w], *τρώσητε*[x], *καταισχῦνητε*[y], *δϝείσητε*[z], *ὄρσητε*[a], *περάσητε*[b], *δηλήσηται*[c], *ἀνήνηται*[d], *ἄληται*[e], *πανσώμεσθα*[f], *μνησώμεθα*[g]. Quae formae non debentur necessitati metri; nam *ὄρσομεν* vel *δηλήσεται*, ut his exemplis utamur, numeris dactylicis non minus erat aptum quam *ὄρσωμεν* vel *δηλήσηται* et compluribus locis invenitur usurpatum[h].

---

a In inscriptione Messenia 4689 *omnes* subiunctivi formae personae tertiae sing. in *-ει* desinunt: *καταστάσει, παραλάβει*, al. *b* Gortyn. 4998. *c* Heracl. 4629. *d* Co. 3636. *e* Lacon. 4430. *f* Cym. B.C.H. 360,4. *g* Cret. 5011. *h* Ephes. 5600. *i* Te. 5632. *j* Milet. 5496. *k* Chi. 5653. *l* *Ω* 688. *m* L.Meyer Gr. Aoristen 11. *n* vChrist Proleg. Il. 114. *o* Pag. 231 *n, o*. *p* *Μ* 356. *q* *Ζ* 83. *r* *π* 234. *s* *Η* 38. *t* *Η* 29. *u* *υ* 383. *v* *Μ* 72. *w* *π* 369; sed leg. *φθίσαιμεν*. *x* *π* 293 *τ* 12. *ij* Ibid. *z* *Ω* 779. a *Ψ* 210. b *ο* 453. c *Γ* 107. d *Ι* 510. e *Φ* 536. f *Η* 290. g *Ο* 477 al. h *Δ* 16 *Ξ* 102 *ϑ* 444 *χ* 368.

Ergo sine audacia effrena — nam multis versibus ceteroquin haud suspectis vis foret inferenda — nequit effici ut poetae epici in conformatione subiunctivi semper et omnino sibi constitisse videantur, et superest ut in hac quoque grammaticae parte, ut in aliis, ferantur recentiora vetustis admixta. Fines, intra quos subiunctivi termini *-ηισ*, *-ηι*, *-ωσι*, *-ωνται* aevo epico regnarunt, pro certo non iam possunt constitui, neque olim potuerunt a transcriptoribus; parum enim ad hanc rem efficiendam conferunt versuum numeri[a]. Quod qui — invitus sane — concedit, a tradita lectione non nisi raro et caute discedet.

Hoc tamen certum est, subiunctivo aoristi sigmatici terminos *-σεισ*, *-σει*, *-σουσι*, *-σονται* aut cunctis locis esse tribuendos, aut nullo; in hodierno igitur textu, terminos *-σηισ*, *-σηι*, *-σωσι*, *-σωνται* passim exhibenti, toleranda non esse *οἵ κέ με τιμήσουσι* quaeque sunt huiusmodi[b]. Nemo contendet satis inter se congruere haec verba: *ἤ τίσ κ' ἔτι ῥύσεται ἠδὲ σαώσει*[c] et haec: *αἴ κε τάχιστα νέκυν ἐπὶ νῆα σαώσηι*[d].

CAPUT II.

DE NOMINIBUS VERBALIBUS.

I. De infinitivo[e].

§ 123. Infinitivo, prisco dativo nominis actionis, indicabatur *finis quo tenditur* corpore vel mente, sive ea quae petuntur, spectantur, optantur; ex. gr.:

πῶσ τίσ τοι πρόφρων ϝέπεσιν πείθηται Ἀχαιῶν
ἢ ὁδὸν **ἐλθέμεναι** *ἠ' ἀνδράσι ϝῖφι* **μάχεσθαι**[f].

Varii sensim loquendi modi sic usu venerunt, clare autem vis primitiva apparet in his locutionibus: *'βῆν* (*'βῆ*, *'βὰν*) *δ' ἴμεναι*[g], *'βῆ δὲ θέειν*[h], *'βῆ δ' ἐλάειν*[i], *'μάστιξεν δ' ἐλάειν*[j], *ὦρτο πέτεσθαι*[k], *ὦρτο πόλινδ' ἴμεναι*[l].

---

a „Wie weit bei Homer das alte reicht, und wo das neue anfängt, vermag, wo uns „das Metrum im Stiche lässt, kein menschlicher Scharfsinn zu ermitteln", Curtius Verbum² II 285. *b* *Α* 175 *Β* 229 *Ι* 62, 155*, 297*, *Κ* 44, 282 *Ρ* 241, 515* *δ* 753 *ε* 36 sq. *π* 298, 438 *ρ* 547. Locis stellula notatis errori debetur particula *κε*, futurum autem recte habet. *c* *Κ* 44. *d* *Ρ* 692. *e* La Roche Hom. Untersuchungen 1893, II 1 sqq. *f* *Α* 150 sq. *g* *Δ* 199 al. *h* *Β* 183 al. *i* *Ν* 27. *j* *Ε* 366 al. *k* *Ν* 62. *l* *η* 14.

§ 124. Saepe infinitivus functus est vice secundae personae *imperativi*[a], ex. gr.:

νοστήσας δὴ ἔπειτα φίλην εἰς πατρίδα γαῖαν
σῆμά τέ ϝοι χεῦαι καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξαι[b],

praesertim praemisso vero imperativo, ex. gr.:

βάσκ' ἴθι ... ἀγορευέμεν' ὡς ἐπιτέλλω[c].

Simillimi sunt loci ubi non iubentes sed *optantes* infinitivo utuntur, praemissis particulis αἲ γάρ:

αἲ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
τοῖος ἐὼν οἷος ἐσσί, τά τε φρονέων ἅ τ' ἐγώ περ,
παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι
αὖθι μένων[d].
αἲ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον, ...
τοῖος ἐών τοι χθιζὸς ἐν ἡμετέροισι δόμοισι
τεύχε' ἔχων ὤμοισιν ἐφεστάμεναι καὶ ἀμύνειν
ἄνδρας μνηστῆρας[e].

Quorum locorum priore optativus (ἔχοις, καλοῖο), posteriore indicativus (ἐφειστήκῃ, ἤμυνον) fuisset dictionis recentioris; discriminis autem inter dictionem horum verborum et modo allatorum: νοστήσας ... σῆμά ... ϝοι χεῦαι κτἑ. hoc tantum est, quod praemissae sunt particulae αἲ γάρ sive: *nam fingamus nobis*[f]. Quibus cetera παρατακτικῶς καὶ ἀσυνδέτως sunt addita.

Etiam *tertiae* personae imperativi partes infinitivus nonnunquam obiit[g], ex. gr.:

ϝειπὲ δ' ἔπειτα
μητέρι σῇι καὶ ἐμῇι· ἣ δὲ ... | θεῖναι κτἑ.[h]
τεύχεα συλήσας φερέτω κοίλας ἐπὶ νῆας,
σῶμα δὲ ϝοίκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν[i].

A *mandatis* autem quoniam ad *preces* facilis est transitus, infinitivus adiuncto *accusativo* partibus imperativi[j] etiam in versibus sequentibus est functus:

Ζεῦ κύδιστε μέγιστε, κελαινεφές, αἰθέρι ναίων,
μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, | πρίν κτἑ.[k]
Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν ἢ Τυδέος υἱὸν
ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης[l].
Ζεῦ ϝάνα, Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράσιν ὄλβιον εἶναι[m].

Nec non proxime a mandatis distant *decreta*:

Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι,
τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν' ἥν τε ϝέϝοικε[n].

---

a Locis fere ducentis, Friedländer Ariston. 14. b α 290 sq. c B 8 sqq. d η 311 sqq. e ω 376 sqq. f § 326 A¹. g P 155 ἴμεν non infinitivi est forma, sed indicativi, *ibimus*. h Z 86 sqq. i H 78 sq. j Vel optativi, pag. 226 *l*, 227 *a*. k B 412 sqq. l H 179 sq. m ρ 354. n Γ 285 sq.

§ 125. In athematica flexione activi, quacum congruebat passivi qui dicitur aoristus, terminus infinitivi erat *-μεναι*, in thematica *-έμεναι* sive *-ειν*[a]. Ex. gr.:

Sine vocali thematica:

praes.	*ἱστάμεναι, τιθήμεναι*[b], *ἴμεναι*[c], *ζευγνύμεναι*[d].
aor. II	*στήμεναι, δόμεναι, ϝαλώμεναι.*
aor. pass.	*μιγήμεναι, ὁμοιωθήμεναι.*
perf.	*ϝίδμεναι, δεδϝίμεναι.*

Cum vocali thematica:

praes.	*ἀμῡνέμεναι*[e] sive *ἀμῡ́νειν.*
fut.	*ἀξέμεναι* sive *ἄξειν.*
aor. II	*ϝειπέμεναι* sive *ϝειπεῖν.*

Sigmatici vero aoristi infinitivus desinebat in *-σαι*, ut postea, vel in *-σέμεναι*, qua de re infra dicetur[f].

Diphthongum *αι* quoniam *elisione* opprimi sinebat ars metrica[g], etiam terminus *-(έ)μεναι* sic deminuebatur cum ferebat metrum, ex. gr.: *ζευγνύμεν᾽(αι)*[h], *δόμεν᾽(αι)*[i], *ϝίδμεν᾽(αι)*[j], *ἀμυνέμεν᾽(αι)*[k], *ἀξέμεν᾽(αι)*[l], *ϝειπέμεν᾽(αι)*[m]. Cuiusmodi formae in codicibus signo elisionis haud raro sunt ornatae[n]; saepe tamen omissa est haec virgula, sed eiusmodi locis *accentus* certe testatur haud integrum esse terminum *-(έ)μεν*. In editionum vero prelo vulgatarum longe plurimis apostrophus termino *-(έ)μεν* non est addita, quia amplior terminus *-(έ)μεναι* „a poetis ad explendos versuum numeros inventus esse" credebatur[o]. Restituendae apostrophi nitium fecit Knight, dein in huius enchiridii proecdosi significatum est

a Terminum *-μεναι* primitus soli flexioni athematicae proprium fuisse suspicatus est G. Meyer² § 597 not. 2; sed ex epicorum carminum dictione id non potest effici. *b* De sono *η* § 195. *c* *Α* 227 al.; pro *ἴμεναι ἄντ᾽* *Υ* 365 leg. *ἄντ᾽ ἴμεναι*. *d* *Γ* 260 *Ο* 120; pro *ζευγνῦμεν᾽* *Π* 145 leg. *ζευγνῦναι*, pag. 257 *e*. *e* Alteram versus partem implet *ποντοπορευέμεναι* *ε* 277. *f* In *-σάμεναι* nullus infinitivus desinit, sed *mixti* aoristi terminus *-σέμεναι* (§ 152[1, 6, 9]) legitur *Μ* 200, 218 *Τ* 401 *φ* 399. *g* Pag. 76 *b*.
h *Ο* 120. *i* *Σ* 458 al. *j* *Α* 719. *k* *Ι* 602 al. *l* *Ψ* 111 al.
m *Η* 373 al. *n* Ex. gr. *μ* 49 *ἀκουέμεναι αἴ κ᾽ ἐθέλῃσθα* integrum (pag. 76—78) perscriptum P, *ἀκουέμεν᾽* G, *ἀκουέμεν* sine apostropho F. Similia sunt: *κ* 22 *ὀρνύμεναι* integrum T, *ὀρνύμεν᾽* PHK; *χ* 210 *ἔμμεναι* X, *ἔμμεν᾽* FH alii. Alia apostrophi additae exempla e codice G sunt allata in Il. Proleg. 1912, XLI, 6. Et *ἔμμεν᾽* certe addita apostropho pluribus carminum epicorum locis extat scriptum quam omissa; etiam Soph. Ant. 623, quo uno loco epicus hic infinitivi terminus iam legitur in tragoedia, in codice Laurentiano *ἔμμεν᾽* est scriptum. Ex Atticis poetis praeterea non nisi Ar. Av. 930, 973 possunt afferri, Gerth in Curt. Studien I 2, 257, quorum versuum posterior *παρῳδοῦντος* est, in priore autem legitur: *δόμεναι ἐμὶν* R, *δόμεν᾽* V. Vel in recenti Iliadis codice Genavensi leguntur *εἰπέμεν᾽* *Ι* 688, *καιέμεν᾽* *Ξ* 397, *ἔμεν᾽* *Τ* 22. *o* Pag. 66.

quid rei esset[a], et mox idem docuit vChrist[b]. Verum et Bekker indicaverat observando terminum -μεν(') nisi brevi vocali subiunctum vix usquam inveniri[c], nec non Simmerle, qui docuit tantum non cunctis locis vocali praemissum esse[d], idem ambo — sed non eisdem verbis — statuentes: syllabam -μεν a poetis epicis vix unquam positione esse productam, fere omnibus igitur locis -μεν'(αι) posse proferri salvis versuum numeris. Et veri est simile plures olim idem perspexisse, fortasse scriptis verbis significasse; oculos enim res ferit.

Metrum dactylicum quoniam non vetabat vulgarem terminum -ειν termino -έμεν'(αι) elisione deminuto substitui, syllabam longam duabus brevibus, periculum erat ne vetustum illud -έμεν'(αι) in rhapsodorum ore vel inter manus describentium abiret in eum infinitivi terminum, quo ipsi in sermone quotidiano utebantur. Neque desunt huius rei indicia in exemplaribus manu scriptis. Ex. gr. versus hic:

ποσσὶν ὀρωρέχαται πολεμιζέμεν(') ἔγχεῖ δ' αὐτὸσ κτἑ.[e]

in pervetusto codice Syriaco sic est exaratus, in ceteris vero legitur πολεμίζειν, numeris, ut non vitiosis, sic durioribus[f]. Idem codex hunc versum:

δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε πάντα παρασχέμεν('), ὅσσα τοι ἐλθὼν κτἑ.[g]

recte sic scriptum habet, in ceterorum vero optimo quoque legitur παρασχεῖν. Eadem est varietas in versibus sequentibus:

ἑσταότοσ μὲν καλὸν ἀκουέμεν', οὐδὲ ϝέϝοικε κτἑ.[h].
ἔστι δὲ τερπομένοισιν ἀκουέμεν', οὐδέ τί σε χρὴ κτἑ.[i].
τῶι μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκέμεν' ἄγρια φῦλα[j].
'στεῦτο δ' ὅ γ' ἀμφοτέρων ἀπολεψέμεν' οὔατα χαλκῶι[k].
ἐλθέμεν', ὄφρα τάχιστα πυρὶ φλεγεθοίατο νεκροί[l].
πρὶν χροὸσ ἀνδρομέοιο διελθέμεν'. εἰ δὲ θεόσ περ κτἑ.[m].
οὐ γὰρ καλὸν ἀτεμβέμεν' οὐδὲ δίκαιον[n].

In hoc autem versu:

ἔτλη ἐσ ἄντα ϝιδὼν σχεδὸν ἐλθεῖν οὐδὲ μάχεσθαι

infinitivus ἐλθέμεν'(αι) postquam coniectura est restitutus, in papyro cetera exemplaria plus mille annis superanti inventus est[o]. Cuiusmodi varietatem inde a secundo ad minimum ante Christum saeculo obtinuisse compluribus scholiorum locis apparet[p]. Sana vero corrumpens Bekker in prima hexametri thesi tradito infinitivi termino -έμεν(')

---

a Taaleigen der Hom. Gedichten, 1883. b vChrist Proleg. Il. 145, 1884. c Hom. Blätter I 69. d Progr. Insbruck 1874, Kühner-Blass II 58. e Π 834. f Pag. 51 o. g Τ 140. h Τ 79. i ο 393. j Τ 30. k Φ 455. l Ψ 197. m Υ 100. n υ 294. o Hes. Clip. 432; similia Γ 393 Κ 359 Σ 255 β 370 γ 93 ζ 327 h. Ap. 414. p Τ 30, 79 Φ 455 ο 393. Sic ῥέξειν versuum initio nunc legitur κ 523 λ 31 ρ 51, 60, imitator vero Antimachus olim dixit ῥεξέμεν'· ἐν μὲν ὕδωρ, ἐν δ' ἀσκηθὲσ μέλι 'χεῦαν (Athen. 468 a); λ 102 in codd. est οὐ γὰρ ὀίω | λήσειν ἐννοσίγαιον, sed l. a. λήσειεν habet vestigium veri; Hes. Oper. 278 codd. ἔσθειν, sed Clemens Al. legebat ἐσθέμεν.

substituebat vulgarem -ειν[a]. Contraria potius via inita ex. gr. in hoc versu:

ναίειν, οἳ δ' ἄνδρεσ σάοι ἔμμεναι οἳ τότ' ὄλοντο[b]

scribendum est ναιέμεν'(αι).

Terminus -ήμεναι in textu tradito ante vocales non est deminutus elisione, sed in -ῆναι (–⏑) abiit. At ipsos poetas quid poterat retinere quominus diphthongum -αι eliderent ubi versuum numeri id ferrent? Dixerunt -αμεν'(αι), ἔμμεν'(αι) et -έμεν'(αι), ἴμεν'(αι), -ύμεν'(αι): quidni et -ήμεν'(αι) dixerint? Clara hic quoque apparent aetatis recentioris vestigia: scribendum est:

μνηστήρεσσι φανήμεν' ὑπέρβιον ὕβριν ἔχουσι[c]

pro tradito φανῆναι, et alibi scribenda sunt δαμήμεν'(αι)[d], προμιγήμεν'(αι)[e], στήμεν'(αι)[f], βήμεν'(αι)[g]. Neque aliter est sentiendum de infinitivis δῦναι[h] et εἶναι[i], sed δύμεν'(αι) et ἔμμεν'(αι) sunt scribenda; multum autem ad persuadendum valent inter se comparati duo versus sic traditi:

μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν[j].
Οὖτισ, ὃν οὔ πώ φημι πεφυγμένον εἶναι (l. a. ἔμμεν') *ὄλεθρον*[k].

Et infinitivum δοῦναι non esse tolerandum ubi salvis numeris in δόμεναι potest mutari[l], testantur loci haud rari, ubi δόμεναι et δόμεν(') sunt in ipso textu tradito[m].

Quoniam monosyllabum infinitivi suffixum -ναι non fuit dictionis epicae[n], infinitivus in -άναι vel -έναι vel -όναι vel -ύναι desinens in carminibus epicis nullus invenitur; nam qui solus e textu tradito proferri potest eiusmodi infinitivus ἰέναι[o] neque purum exhibet suffixum -ναι neque integer est, sed in ἴμεναι mutandus[p]. Contrariam viam ingressus Bekker recentiorem formam ἰέναι illuc quoque intulit ubi ἴμεναι est in libris manuscriptis[q], alii alteram formam Iliadi, alteram Odysseae vindicare sunt conati; qualia commenta refutantur forma ἴμεν(') cum Iliadi tum Odysseae propria neque ullis machinis inde extirpanda[r].

Post *longos* sonos syllaba -ναι in carminibus epicis haud rara est; syncopen[s] enim metri causa passus terminus -μεναι abiit in -μναι sive

---

a Ex. gr. κ 18 ξ 374 ο 15 σ 183 τ 222, 569 χ 432, pag. 55 *a*. Etiam *contractas* verborum formas Bekker in primo pede complures scribebat, § 191; ex. gr. ᾔτει Χ 295, codd. ᾔτεε.
b δ 98. *c* π 410, item σ 160, 165; integrum φανήμεναι Ι 240. *d* Ν 603.
e Ι 452. *f* Φ 266 ξ 270 ρ 439. *g* Ν 459 Ξ 24. *h* Λ 537 Υ 76 υ 30.
i Ε 173 al. *j* Ζ 488. *k* ι 455. *l* Α 319 Ο 216. *m* δόμεναι Α 98 al., δόμεν(') Σ 458 al. *n* Verba ea, quorum stirps desiuit in sonum ν, ex. gr. ἀνακλῖναι, hinc sunt aliena; itaque ne κτεῖναι quidem huc facit, si genuinum est; sed inter se collatis Ε 261 ἀμφοτέρω κτεῖναι, σὺ δὲ κτέ. et Ε 301 τὸν κτάμεναι μεμαὼσ κτέ. in κτάμεναι § 150[6] videtur mutandum, quod fieri nusquam non sinit metrum. *o* Α 227 al. *p* Sic Barnes.
q Ζ 393 Υ 32 al. et l. a. Σ 14 Υ 184 β 298, 394. *r* Ε 167 α 441 al., locis plus quinquaginta. *s* § 12.

-ναι. Sic ex. gr. εἶναι prodiit ex ἔμμ(ε)ναι, μιγῆναι ex μιγήμ(ε)ναι, προσῖναι ex προσίμ(ε)ναι[a], δοῦναι ex δόμ(ε)ναι[b], διδοῦναι ex διδόμ(ε)ναι[c], ζευγνῦναι ex ζευγνύμ(ε)ναι[d]. Originem indicat accentus.

In *exitu* potissimum versuum huiusmodi infinitivi a poetis epicis collocabantur[e], unde efficitur terminum monosyllabum -ναι illorum aetate nondum in ipsa lingua vixisse, ut postea. Quam ob causam si quis in carminibus epicis scribat ἔμ'ναι, μιγήμ'ναι, δόμ'ναι, διδόμ'ναι, ἀήμ'ναι, προσίμ'ναι, ζευγνύμ'ναι, βιώμ'ναι, ϝαλώμ'ναι, habeat quo scribendi hanc rationem defendat. In *mediis* autem versibus qui leguntur infinitivi in -ναι desinentes, horum plerique anteeunt vocalem[f], in -μεν'(αι) igitur possunt mutari; cuius rei supra multa exempla sunt allata[g].

§ **126.** Metro dactylico incommoda erant ἀγέμεναι, φερέμεναι, βαλέμεναι, φαγέμεναι, similia. Nam in arsi si collocabatur syllaba initialis, ut vocum Ζεφυρίη, ἀποδίωμαι, aliarum[h], aures offensura erat vocalis verborum usitatissimorum, quae in thesi passim brevis esset, ictu percussa; nonnulli autem huiusmodi infinitivi, ex. gr. πεφραδέμεναι vel ἐκγεγάμεναι, licentiam illam metricam ne admittebant quidem. Quapropter poetae alia ratione inita finalem syllabam abiecerunt, paenultimam positione productam in arsi collocarunt, vulgaribus fortasse verborum formis usi; nam in nonnullis Graeciae regionibus postea certe vixit infinitivi terminus -μεν, ex. gr. ἀγέμεν, φερέμεν, βαλέμεν, φαγέμεν, conferendus cum genitivis iis qui sono -ο abiecto in -αν et -οι desierunt[i]. Sed tam rari in carminibus epicis sunt eiusmodi infinitivi ut non nisi cogente metro admissos esse pateat:

praes. ἀγέμεν[j], ἐχέμεν[k], ἐσθιέμεν[l], μενέμεν[m], φερέμεν[n], κατίμεν[o], μελέμεν[p].
aor. II. μεθέμεν[q], προέμεν[r], πιέμεν[s], πεφραδέμεν[t], τραφέμεν[u], φαγέμεν[v].
perf. βεβάμεν[w], ἐκγεγάμεν[x].

Quapropter non potest non suspicionem movere infinitivorum ἴμεν[y],

---

a Hes. Oper. 353, codd. προσεῖναι. *b* *Contractione* huiusmodi infinitivos natos esse non efficitur ex infinitivo δοϝέναι Cypr. 60[3,15], nam a dictione epica contractio aliena erat, § 7. Cum sono ϝ illius verbi ex ο nato (pag. 130 *g*) conferatur latinum *duim*; θεϝέναι vero vel ἰϝέναι aliquando Graecum fuisse inde nihilo magis sequitur quam nomen Εὐϝαγόρᾱσ in nummis Cypriis scriptum testatur voci ἀγορᾶι vel verbo ἀγείρω olim sonum ϝ fuisse praemissum. *c* Ω 425. In scholio B forma insolita recte est explicata, Heyne Il. VIII 682. *d* Π 145, codd. ζευγνύμεν(') metro invito (ῠ). *e* Ex. gr. εἶναι Α 91, 228, 564 Β 82 al., δοῦναι Ψ 593 α 292, ἀῆναι § 197, φορῆναι § 195, μιγῆναι Ι 133 al., βιῶναι § 150[23], ϝαλῶναι § 150[31]. *f* Ante consonam vero est δῦναι Β 413 Γ 322 Η 131 Κ 221, γνῶναι Η 424 β 159 ν 312 ω 159, τερσῆναι Π 519, al. *g* Pag. 249. *h* § 21. *i* Pag. 164 *d—h*, 168 *f*, *g*. *j* Α 323 al. *k* Δ 302 al. *l* β 305 φ 69, leg. ἐσθέμεναι. *m* Ε 486 Ο 400 ι 97 υ 330, leg. μίμνειν? *n* Ε 234 al. *o* Ξ 457, leg. ἴμεναι? *p* σ 421. *q* Α 283 Ο 138. *r* Δ 94 κ 155. *s* ο 378. *t* η 49 Hes. Oper. 766. *u* Η 199 Σ 436 γ 28. *v* κ 386 al. *w* Ρ 359, 510. *x* Ε 248 Υ 106, 209. *y* Α 170 (l. a. Σ 14) Φ 297 θ 283 κ 537 λ 50, 89, 148 ο 79 (δειπνήσαντεσ ἴμεν leg. -σαντ' ἴμεναι). Alienus hinc est Ρ 155, pag. 246 *g*.

ἔμεν[a], θέμεν[b], δόμεν[c], ϝίδμεν[d] sonus finalis sine necessitate abiectus.

Centum vero locis terminus -μεν aoristo II est restituendus. Quibus locis textus traditus praebet nihili formas βαλέειν, ἰδέειν, θανέειν, similes[e]. Recentioris aevi homines has effinxerunt e vulgaribus βαλεῖν, ἰδεῖν, θανεῖν, quae metro invito irrepserant, decepti accentu circumflexo, quod contractionis videbatur esse signum[f]. Epicae dictionis eas non fuisse patet, nullus enim infinitivus sic „diductus" apud scriptores Ionicos est repertus, nullus in lapidibus[g], nullus in textu tradito Theogoniae Operumve Hesiodi[h]; versuum autem numeri nusquam non sinunt tradito termino -έειν substitui -έμεν, nam syllaba finalis aut *positione* producta est[i] aut *arsin* obtinet[j], ubi et brevibus syllabis fuit locus[k]. In Hesiodi autem hoc versu:

Κρήτηι ἐν εὐρείηι τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε[l]

ipse carminis textus traditus praebet syllabam -μεν sic collocatam, et qui in Odyssea traditi sunt infinitivi πεφραδέειν[m] et φαγέειν[n] aliis eorundem codicum locis servarunt figuram sinceram: πεφραδέμεν[o] et φαγέμεν[p]. Manifesta denique est infinitivi in -εῖν desinentis distractio vitiosa in versibus sequentibus:

πρὶν πόλεμόν τ' ἰδέειν πολέμοιό τε μέρμερα ϝέργα[q].
σοὶ δὲ θεοὶ ἄλοχόν τ' ἰδέειν καὶ πατρίδ' ἱκέσθαι[r].

Ubi poeta dixit τε ϝιδεῖν[s].

In Aeschyli canticis infinitivos in -ῆν pro -ῆναι desinentes hic illic deprehendisse sibi visus est Dindorf[t], et Lesbi certe eiusmodi infinitivi aliquando vixerunt[u]. Sed nihil hoc ad Homerum.

---

a Δ 299 Ε 316 ε 257 λ 364 (ἠπεροπῆά τ' ἔμεν leg. -πῆ' ἔμεναι). *b* φ 3, 81 ω 168 μνηστήρεσσι θέμεν leg. μνηστῆρσιν θέμεναι, Hes. Oper. 67 ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθοσ leg. ἐν δὲ νόον θέμεναι κύνεον κ. ἐ. ἦ. *c* Δ 379 (καί ῥα μάλα 'λίσσοντο δόμεν leg. καὶ μάλα 'λίσσοντο δόμεναι) Ι 571. *d* 719 (μ' ἔφη ϝίδμεν leg. με ϝίδμεν' ἔφη) θ 213. *e* LMeyer Vergl. Gramm. II 284, Förstemann de dialecto Hesiod. 33, Rzach Dialekt des Hesiod 441, Bredow de dialecto Herodot. 324 sqq., Renner in Curt. Studien I 2, 32 sqq., Curtius Verbum II^2 119 sq., vChrist Prol. Il. 145. *f* Pag. 32 *f*. An signis -εειν indicabatur syllaba -ειν a rhapsodis per tres moras metri causa protracta, qualia sunt ὁράᾳς, ὁρόων, similia, de quibus in § 191 disputabitur? Renner coniecit priscas litteras -εεν significasse -έεν, sed optimo iure vChrist obiecit hunc terminum ab ipso Rennero excogitatum esse. *g* In recentiore dialecto Dorica terminus infinitivi fuit -εν, quapropter Rzach in Hesiodi versu claudo Op. 611: ὦ Πέρση, τότε πάντασ ἀποδρέπειν οἴκαδε βότρυσ scripsit ἀποδρέπεν, ubi vocis ϝοίκαδε sono initiali commendatur l. a. ἀπόδρεπε. Sed ad quaestionem in qua versamur haec res non pertinet, quoniam apud Homerum termini -έειν non sonus ει suspectus est, sed sonus ε. *h* Sed Clip. 231, 304, 240, 252, 332, 337. *i* Ex. gr. θ 508 ξ 399. *j* Ante caesuram Τ 15 al., in arsi secunda μ 446 τ 477, in quarta Δ 263 ε 349, in quinta υ 313. *k* § 19. *l* Hes. Theog. 480. *Praesentis* inf. ἀγέμεν sic est collocatus Η 418, 420. *m* τ 477. *n* π 429. *o* η 49. *p* κ 386 al. *q* Θ 453. *r* θ 410. *s* δ 475 ε 41, 114 ζ 314 ι 532 pro φίλουσ τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι leg. φ. ϝιδέμεν καὶ ἱ., pag. 52 *f*, ut κ 473 σαωθῆναι καὶ ἱκέσθαι. *t* Ex. gr. χριμφθῆν Suppl. 790; item ἀναδῦν Choëph. 808. *u* Ex. gr. ὀντέθην (= ἀνατεθῆναι) Aeol. 311^{8,34}, Curtius Verbum II^2 121, 358.

II. De participio et de adiectivo verbali.

§ 127. Epicae dictionis fuit participio *praesentis* indicare rem actioni principali praemissam vel praemittendam; ex. gr.:

θέων δέ ϝοι ἄγχι παρέστη[a]

cucurrit, dein proximus ei adstitit.

μαντεύεο σοῖσι τέκεσσι | ϝοίκαδ' ἰών[b]

tuisce liberis vaticinare postquam domum abieris sive: *domum abi ubi tuisce vaticineris.*

Etiam posteri sic sunt locuti, ex. gr.:

ἀλλ' εἰσάγων σε βούλομαι πρῶτον ἑστιᾶσαι[c]

at introducere te volo ut epulis te accipiam.

εἰ μὴ ἑτέρωσε συκοφαντήσεισ τρέχων[d]

nisi aliorsum cucurreris ubi delatorem agas. In cuiusmodi enuntiatis menti loquentium ceteris notionibus vividius obversata sunt τὸ μαντεύεσθαι, τὸ παρίστασθαι, τὸ ἑστιᾶσαι, τὸ συκοφαντεῖν; viae autem, per quam finis illis verbis indicatus poterat adiri, notionem habebat participium praesentis.

Participio *aoristi* non inerat notio temporis praeteriti, licet etiam ad praeterlapsi temporis res significandas fuerit usurpatum. Saepe igitur hoc participio sunt indicata quae non ante actionem primariam peracta sed hanc comitata sunt, ex. gr.:

μειδήσασα δὲ παιδὸσ ἐδέξατο χειρὶ κύπελλον[e]

subridens poculum a filio oblatum accepit. Item ὁμοκλήσασ προσέφη (vel ϝέποσ ηὔδα) *alta voce clamavit*[f], ὅσον τ' ἐγέγωνε βοήσασ *quousque clamando quis vocem transmittere potest*[g], al.

Participium *perfecti* cum verbo εἶναι vel γενέσθαι coniunctum est in periphrasticis locutionibus nonnullis[h], quae in versus fine tantum non omnes sunt usurpatae: ἀκαχμένοσ εἴη[i], ϝεϝρημένοσ ἔστω[j], κεκλημένοσ εἴην, al.[k], κεκρυμμένον εἶναι[l], λελασμένοσ ἐστί[m], μεμιγμένον ἐστί[n], πεπρωμένον ἐστί[o], πεφυλαγμένοσ εἶναι[p], πεφυγμένον ... γενέσθαι, al.[q], τετελεσμένοσ ἐστί, al.[r]. Participium *praesentis* sic est usurpatum in locutione πευθόμενοσ ... ἔστι[s]. In locutione τεθυωμένον ἦεν[t] participium partibus *adiectivi* functum est, ut latinum *fragrans.*

Futuri in dictione epica non id quod *posthac erit* sed id quod *nunc*

---

a Ο 442, 649. *b* β 179. *c* Ar. Nub. 1212. *d* Ar. Ach. 828. *e* Α 596. *f* Ε 439 Ζ 54 al. *g* ε 400 al. *h* Lehrs Arist.² 367 sqq. *i* Ε 24. *j* Θ 524. *k* Β 260 h. Ven. 243 ζ 244. *l* λ 443. *m* Π 538, ἔπλεο Ψ 69. *n* ϑ 196. *o* Γ 309. *p* Ψ 343. *q* α 18 h. Ven. 34 Ζ 488 ι 455 Χ 219. *r* Α 212, 388, al.; Σ 4 τετελεσμένα ἦεν leg. -μένον. *s* ϱ 158 sq. *t* Ξ 172.

instat significantis[a] praesertim in *participio* facile agnoscitur vis; hoc enim indicatur *consilium* quod initur sive *finis* qui petitur, ex. gr.:

Αἰθίοπεσ ... | οἱ μὲν δυσομένοι' Ὑπερίονοσ, οἱ δ' ἀνιόντοσ

Aethiopes alii eius regionis ubi sol occasum versus tendit, alii eius ubi surgit[b]. Movendi autem potissimum verbis adiungebatur[c].

Absolutus qui dicitur participii *genitivus* a carminibus epicis non abest; exemplo hic sit versus:

ἦ σέθεν ἐνθάδ' ἐόντοσ ἐλεύσεται οἴκαδ' Ὀδυσσεύσ[d].

Rara tamen in epica dictione erat haec verborum structura et coepta potius quam exculta; compluribus autem locis veluti in statu nascentis versatur. Sic in hoc versu:

τούτωι δ' αὖ μέγα πένθοσ Ἀχαιῶν δηιωθέντων[e]

absolutus quidem vocari potest genitivus, *tempus* enim sive *occasionem* indicat, verbis εἴ κεν Ἀχαιοὶ Τρῶασ δηιώσωσιν oppositus; sed non minus recte a nomine πένθοσ suspensum dixerit quispiam. *Causae* igitur notio: *luctus propter Achivos victos* abiit in *occasionis* sive *temporis* notionem: *luctus si Achivi victi fuerint* sive: *luctus Achivis victis*; a notione rei *certae* ad *cogitatae* notionem factus est transitus. Factus autem? An in eo est ut fiat?

Similia multis locis possunt observari, ex. gr. in versibus sequentibus:

τοῦ δ' Ὀδυσεὺσ μάλα θυμὸν ἀποκταμένοι' ἐχολώθη[f].
καί κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι Διόσ γε διδόντοσ ἀρέσθαι[g].
ἀσχαλάει δὲ πάϊσ βίοτον κατεδόντων[h].
ἐλεύσεται ἐνθάδ' Ὀδυσσεὺσ
τοῦ μὲν φθίνοντοσ μηνὸσ τοῦ δ' ἱσταμένοιο[i].

Ubi genitivus in ultimo versu *partem* aliquam temporis indicati significat[j], in ceteris a verbis χολωθήμεναι, ἀρέσθαι, ἀσχαλάειν est suspensus.

Participii genitivo absoluto in epica dictione nunquam non adiunctus est genitivus *substantivi* vel *pronominis*[k]. Nam in verbis αἷμα δέ ϝοι σπασθέντοσ ἀνέσσυτο[l], in quibus haec lex migrata esse potest videri, genitivus a praepositione ἀνα- est suspensus: *iuxta hastam dum evellebatur emicuit sanguinis scaturigo.*

§ 128. *Adiectivum verbale* quod dici solet, in -τόσ desinens, multis carminum epicorum locis servavit vim *participii* primitus sibi propriam;

---

a Notionem actionis *posthac futurae* participio ἐσσόμενα, -νοι tribuit rerum praesentium oppositio, *Δ* 70 *B* 119 al. *b* α 24. Eadem vis est Hes. Oper. 384, cf. et Ψ 379 λ 608 Hes. Clip. 215; *indicativi* autem Theog. 750 sq.: ἡ μὲν ... καταβήσεται (*in eo est ut descendat*), ἡ δὲ ... ἔρχεται.
c Verbum movendi abest *E* 46 *Π* 343 *Σ* 309 (*T* 120) *Ψ* 379 α 24 λ 608. *d* υ 232.
e *Δ* 417. *f* *Δ* 494. *g* α 390. *h* τ 159. *i* τ 307. *j* Nos: *van de maand nog.* *k* In lingua latina idem mos obtinuit; in Graeca vero αὐτοῦ, -τῆσ, -τῶν *eius, eorum, earum* aevo posthomerico saepe sunt omissa, cum pronominis vis decrevisset, § 98. *l* *Δ* 458. Vitii sic arguitur l. a. ἐξάρχοντοσ *Σ* 606 δ 19 pro -ντε(σ).

nam inter πηκτόσ et *pactus* nullum fuit conformationis vel potestatis discrimen. Itaque κυνέη ῥινοῦ ποιητή [a] Homero erat *galea e corio facta*, et sic usurpata sunt nomina τυκτόσ, κλυτόσ, πιννυτόσ, διαμέτρητοσ, alia.

Aptum autem erat hoc suffixum ad *activi* verborum generis notionem indicandam. Nam quemadmodum latine *cautus* dicebatur qui *cavit*, *iuratus* qui *iuravit*, *ausus* qui *animum*, *pransus* qui *cibum cepit*, et multorum aliorum participiorum in *-tus* desinentium similis fuit vis [b], sic Homero ἄπιστοσ erat is qui *fidem non habet* [c], ἄκλαυτοσ qui *non flet* [d], ἄπυστοσ qui *nihil compertum habet* sive *ignarus* [e], ἄπνευστοσ qui *spiritum ducere nequit* [f], παραρρητόσ qui *persuasit* vel *persuadere potest* [g], πολύπλαγκτοσ qui *errare multos* (*-tas*) *fecit* [h], ποτητόσ qui *volare potest* sive *alatus* [i].

Aliis vero locis multis *passivi* generis suffixum est -τόσ, et ipsa quae modo laudata sunt ἄκλαυτοσ, ἄπυστοσ, παραρρητόσ, πολύπλαγκτοσ saepius rariusve significarunt eum qui *non defletur* [j], de quo *nihil compertum est* sive qui *ignotus est* [k], cui *persuadetur* vel *persuaderi potest* [l], qui *in errores multos pellitur* [m].

Ad conformationem quod attinet, nonnullis nominibus in -τόσ desinentibus vocalis ε inserta est euphoniae causa. Sic a stirpibus δεικ, (σ)καπ, ϝοχ ducta sunt ἀριδείκετοσ et, quae in substantiva abierunt, κάπετοσ atque ὀχετόσ [n]. Comparari potest brevis sonus suffixis -ρόσ, -τησ, -μοσ, -θρον nominum βλαβερόσ, ἱκέτησ, πλόκαμοσ, πέλεθρον, aliorum praemissus.

Adiectivis ἄκλαυτοσ et ἄγνωτοσ littera σ poeta invito a librariis saepius est inserta [o].

Quemadmodum indicativo aoristi non ea sola indicabantur quae certa aliqua occasione *evenerunt*, sed etiam — ab esse enim ad posse, ut olim locuti sunt, valet consequentia — quae *fieri solent* cum occasio se offert [p], sic et adiectivum verbale a vera certaque rerum condicione saepe ad credibilia et verisimilia est deflexum [q]. Sic κτητά atque ληϊστά vocantur quibus *potiri licet* [r], ἀμβατόσ dicitur urbs ad quam *licet adscendere* [s], παραρρητόσ cui *persuaderi potest* [t]. Quae vis suffixo -τόσ permansit. Quamquam et prisca vi postea saepe est usum [u], praesertim in compositione [v].

Adiectivi verbalis genus *neutrum* sic est usurpatum in his locutionibus:

---

a *K* 261 sq. *b* *Deponentium* cunctorum. *c* ξ 150, 391 ψ 72, hinc: *qui fidem non servat* *Γ* 106 *Ω* 63, 207. *d* δ 494. *e* δ 675 ε 127. *f* ε 456. *g* *N* 726. *h* *Δ* 308. *i* μ 62. *j* *X* 386 alibi. *k* α 242. *l* *I* 526. *m* ρ 425, 511 υ 195. *n* Hom. in composito ὀχετηγόσ. *o* ἄκλαυ(σ)τοσ *X* 386 δ 494 λ 54, 72, ἄγνω(σ)τοσ β 175 ν 191, 397, plur. ἀγνῶτεσ ε 79. *p* Pag. 221 *a—d*. *q* Res etiam in lingua latina pervulgata fuit; exemplo sit *invictus*. *r* *I* 406 sqq. *s* *Z* 434. *t* Nota *l*. *u* Ex. gr. τάφροσ ὀρυκτή, ὄξοσ ἐψητόν. *v* Ex. gr. in adiectivis εὔτακτοσ et ἄτακτοσ.

οὐκέτι φυκτὰ πέλονται[a], *φύκτ' ἐπέλοντο*[b], *μὴ . . . οὐκέτι φυκτὰ πέλωνται*[c], in quibus verbis *φυκτὰ πέλεσθαι* id valet quod *fugi posse*.

οὐκέτι πιστὰ γυναιξί[d] *non iam fidem licet habere mulieribus*.

πάλιν τιτὰ ϝέργα γενέσθαι[e], *ἄντιτα ϝέργα γένοιτο*[f], ubi *τιτὰ ϝέργα* *ultionem* sive *ultionis facultatem* valet.

οὐκ ἐξιτόν ἐστι[g] *non est exitus* sive *exire non licet*.

Similis participii *τετελεσμένος* est vis in locutione *εἰ τετελεσμένον ἐστί*[h], *si ratum est* sive: *si potest effici*, in qua *τετελεσμένος* idem valet quod *τελεστός*[i]. Et alia nomina a poetis semel et iterum sic sunt usurpata:

φύξιμον εἶναι[j] = *καταφυγὴν εἶναι confugium esse*.

οὐχ ἕδος ἐστί[k] *non iam desidiae est occasio, desidere non iam licet*.

τότε δὴ σκάφος οὐκέτι ϝοινέων[l] *tunc vineas fodiendi non amplius est tempus*.

Etiam locutiones *οὐ νέμεσις*[m], *οὐχ ὁσίη*[n], *ὀλίγη . . . ἀνάπνευσις πολέμοιο*[o] ad adiectivorum verbalium usum propius accedunt.

Ex suffixo *-τός* procrevit suffixum *-τέος*. Quod ab epica lingua haud alienum fuisse testantur *βρότεος* a *βροτός* ductum[p] et alia, praesertim autem *ἰτεός* a verbo *εἶμι*[q]. Ea tamen vis, quae postea fuit adiectivorum in *-τέος* desinentium, id quod fieri *oporteat* indicans, ex. gr. *διδακτέος* *docendus*, neque adiectivo *ἰτεός* fuit propria neque in aliis adiectivis apud Homerum agnoscitur.

Apud Hesiodum demum eiusmodi quid invenitur, cui *οὔ τι φατειός*[r] fuit *ineffabilis, nefandus*. Mox diphthongus *-ει-* decrevit, et quemadmodum *χρύσειος* factum est *χρύσεος*[s], sic verbalium in *-τειος* desinentium syllaba paenultima facta est *-τε-*. Talia leguntur apud Pindarum[t] et passim apud posteros.

III. De substantivis verbalibus.

§ 129. *Substantivorum verbalium* magna in dictione poetica erat abundantia.

Nomina in *-τωρ* desinentia, quorum unum *ῥήτωρ* postea superstes

---

a ξ 489. *b* ϑ 299. *c* Π 128. *d* λ 456. *e* α 379 β 144. *f* Ω 213 ρ 51, 60. *g* Hes. Theog. 732. *h* Ξ 196 Σ 427 ε 90. *i* Adi. *τελεστός* non nisi in comp.: *ἀ-, ὀψιτέλεστος*. *j* ε 359. *k* Α 648 Ψ 205. *l* Hes. Oper. 572; recentioris dictionis est *-έων*, § 56. *m* Γ 156. *n* π 423 χ 412. *o* Α 801 Π 43. *p* Pag. 170 *w*. *q* § 302. *r* Hes. Theog. 310 Clip. 144, 161. *s* Pag. 170 *t*. *t* Pind. Ol. II 6.

fuit[a], in carminibus epicis multa reperiuntur, ex. gr. ἀμύντωρ, ἀφήτωρ, ϝίστωρ, et quae propria facta sunt nomina: Ἄκτωρ, Ἕκτωρ, Ὀνήτωρ, alia. *Brevis* solebat esse sonus *o* huius suffixi, ex. gr. δῶτορ ἑάων[b], longus tamen erat in flexione vocis μήστωρ, ex. gr. μήστωρεσ ἀϋτῆσ[c]. Sic fiebat transitus ad suffixum cognatum -τήρ[d], cuius vocalis accentu ornata nunquam non longa fuit.

Hoc suffixum, cuius femininum erat -τειρα, postea vixit in voce σωτήρ et in *instrumentorum* nominibus, quae haud facile mutantur, quia *propriorum* nominum sunt instar, ex. gr. καλυπτήρ *imbrex*, κλωστήρ *fusus*, τροπωτήρ *lorum remi*[e]. In prisca vero lingua multo frequentior fuit huius suffixi usus; sic in carminibus epicis *arator* dictus est ἀροτήρ, *orator* ῥητήρ, *pastor* βοτήρ (fem. βότειρα), *praedator* ληϊστήρ, *procus* μνηστήρ, alia nomina similia in Iliade atque in Odyssea usurpata sunt triginta et, notione voluntatis atque consilii ad res inanimas translata: ἀορτήρ, ζωστήρ, κλιντήρ, κρητήρ, λαμπτήρ, ῥαιστήρ, ῥυτήρ[f].

Multa substantiva desinunt in -μοσ vel -θμόσ[g]; ex. gr.: δασμόσ, ϝόλμοσ, κλισμόσ, ἀρθμόσ, κλαυθμόσ, ὀρχηθμόσ.

Suffixo -τῦσ ornata sunt multa actionis nomina feminina, ex. gr.: ἀγορητῦσ, ὀτρυντῦσ, ῥυστακτῦσ. In -θῦσ desinunt ἰθῦσ et πληθῦσ. Sed non nisi paucis locis certisve in formulis poetae epici huiusmodi nominibus sunt usi[h], abstractas enim notiones eorum dictio non appetebat. Postea in nominibus *numeralibus* τριττῦσ, πεντηκοστῦσ, ἑκατοστῦσ, χιλιαστῦσ[i] hoc suffixum est servatum[j].

Suffixo -ωλή sive -ωρή[k] ornata sunt nomina τερπωλή, φειδωλή, παυσωλή, ϝελπωρή, ἀλεωρή.

Suffixi -τισ sonus τ in σ constanter fere est mutatus, sed integer permansit post σ: ἄντηστισ, βούβρωστισ, κνῆστισ, μνῆστισ[l], nec non in vocibus μῆτισ, φάτισ[m], et, quae non actionem sed agentem indicant: χερνῆτισ, ληῖτισ, ἄκοιτισ.

---

a Apud Homerum non extat ῥήτωρ, sed ῥητήρ *I* 443. *b* θ 335. *c* Δ 328 al.; brevis est sonus in nomine proprio Μήστορα Ω 257. *d* Biformis in Homeri dictione erat terminus nominum δώτωρ sive δωτήρ sive δοτήρ, θηρήτωρ sive θηρητήρ, ληΐστωρ sive ληϊστήρ. *e* Ionicum sonat vox πλωτήρ *nauta*, Arist. Eccl. 1087 et apud Platonem. *f* Sic et participia δράκων, τέκων, alia in substantiva abierunt, item artis nomen ἀμείβοντεσ Ψ 712. Alia huius „animismi" in nulla lingua rari exempla sunt ἀμφιφορεύσ, ὀχεύσ, vel apud posteros πνῖγεύσ, ὑπαγωγεύσ, λυχνοῦχοσ, μετρητήσ, διαβήτησ, ὀρθοστάτησ. Nos *-trekker*, *-houder*, *blaker*, *standaard*, alia plurima. *g* § 34 et 37. *h* Aliunde accedunt: χρεμβαλιαστῦσ h. Ap. 162, ἀμπαντῦσ (= ἀναφαντῦσ) *adoptio* in lege Gortynia, καταπλαστῦσ Herodot. IV 75, al. *i* χέλληστυσ Aeol. 276—278. *j* Suffixum -σύνη inde repetit Vogrinz Hom. Gramm. 169 collata suffixi -σισ forma primitiva -τισ. *k* Dissimilationi (post λ) debetur sonus ρ. *l* Leg. μνῆσισ, ν 280. Etiam voces apud Homerum non inventae πίστισ et πύστισ sonum σ servarunt. Vocis πίστισ exemplum vetustissimum (sed in versu corrupto) est Hes. Oper. 372 πίστεισ δ' ἄρα ὁμῶσ καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρασ. Recentioris aevi sunt ἄθυρσισ Bacchyl. XIII 60, ὀλόφυρσισ, similia; quae post sunt nata quam analogia effecit ut suffixum -σισ, non -τισ esse videretur. *m* Sed composita huius

Suffixo -*τρον* vel -*θρον* indicabatur instrumentum; ex. gr. *ἄροτρον*, *θρέπτρον*, *φέρτρον*, *λύθρον*, et inserto sono *ε*: *τέρ-ε-τρον*, *πέλ-ε-θρον*, *ῥέ-ε-θρον*. Formam gemellam -*θλον* exhibet *θέμεθλον* [a].

CAPUT III.

DE AUGMENTO ET DE REDUPLICATIONE.

I. De augmento.

§ 130. Tempus praeterlapsum in lingua Graeca semper indicatum est *augmento*. Suo loco id in inscriptionibus nusquam non est exaratum, neque a poetis vel a scriptoribus pedestribus est omissum. Soli poetae epici horumque imitatores [b] augmentum saepe neglexerunt.

Quae res nihil miri haberet, si in ipsa Graecia augmentum esset natum; sumere enim liceret verborum figuras augmento orbas e vetustissima linguae aetate servatas esse. Sed non ita habuit res; nam Graeci hunc sonum, qui primitus fuit integra vocula *ἄ* [c], cum ipsa lingua acceperunt a proavis illis, unde etiam Indiae et Armeniae duxerunt incolae; ceterae autem gentes cognatae hoc praefixum aut numquam usurparunt aut mature abiecerunt. Quae si labes et Graecorum olim linguam invasisset, fieri vix potuisset quin magis magisque obsolesceret augmentum et tandem prorsus interiret. Quapropter non est credibile hoc praefixum, quod post Homeri aevum integerrimis semper viribus est usum, senio confectum fuisse ipso vivente.

Diu autem ante poetarum epicorum aetatem augmentum viguit. Nam *temporale* prodiit e *syllabico*, sonos autem *ἠ*- et *ὠ*-, quibus Graeci augmentum temporale significarunt, non potuit in ipsorum ore gignere iunctura vocalium *ἐα*-, *ἐε*-, *ἐο*-, sed ante poeseos Graecae natales *ἀα*-, *ἀε*-, *ἀο*- in *ἠ*- et *ὠ*- abierunt, ad horum autem sonorum exemplum *ἴ*-

---

vocis desinebant in -*σισ*, recentioris enim erant originis: *πάρ*-, *παραι*-, *πρόφασισ*. *a* Congruunt feminina in -*θλη*: *γενέθλη*, *ἱμάσθλη*, *ἐχέτλη* Hesiod. *b* Etiam lyrici poetae his accensendi. *c* Priscus sonus superestne in inscriptionibus Laconica 4523: *Εὔμυθισ ἀπόναϝε* (= *ἐπόνησε*??) et Elea 1176: *Κοῖόσ μ' ἀπόησεν*, et in glossis Hesychii: *ἄδειρεν*, *ἄβραχεν*, *ἄσβεσθε*? Probabilior est opinio G.Meyeri[2] § 474 sonum *ἀ*- in *Elide* e sono *ἐ*- denuo natum esse statuentis; qualia dialectus Elea multa habuit. *Laconico* autem illo exemplo non uti satius est, nam in lapide non *NAFE* sed *NAEF* videtur esse scriptum, fortasse igitur conferendum est verbum Creticum *ναεύειν* = *ἱκετεύειν* pag. 171 *m*; sed obscura et sic manet inscriptio. An: *Εὔμυθισ ἀπὸ* dein genitivus?

in ῑ- abiit, ῠ- in ῡ-. Qualia quoniam in carminibus epicis haud rara sunt[a], patet augmentum diu ante aetatem Homeri certo usu firmiter stabilitum fuisse.

Sed in carminibus epicis saepe est neglectum. Cuius rei causa fuit *metrum*. In Iliade et in Odyssea quintum quodque verborum, quorum augmenti ratio non est habita, collocatum est *versus initio*, qua sede syllaba initialis metri antiquissimi in versibus hexametris suppressa est[b]. *Aphaeresis* igitur[c] agnoscitur in hoc versu:

(ἐ)βῆ δ' ἀκέων παρὰ ϑῖνα πολυφλοίσβοιο ϑαλάσσης[d]

multisque aliis, neque *reticuisse* initialem sonum poeta existimandus est, sed ita protulisse ut syllabas *elisione* offuscatas. Hae quoque quam brevissime enuntiabantur et veluti aberant praesentes: auribus percipiebantur[e], non numerabantur; sententiam explebant, non onerabant metrum; utiles erant audientibus, haud molestae canenti[f].

Eadem sunt dicenda de prima *post caesuram femininam* syllaba, quae versuum sedes aevo antehomerico eodem iure habebatur quo hexametri initium[g]. Ex. gr. versus, qui sic est traditus:

'νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας, ἀφύσσατο δ' αἴϑοπα (ϝ)οῖνον[h],

a poeta sic proferebatur:

ἐνίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας, ἠ- aut ἀ̉φύσσατο[i] δ' αἴϑοπα ϝοῖνον,

sed ita ut neque integrum syllabae brevis pondus haberet vocalis ἐ- neque longae syllabae pondus sonus ἠ- vel ἀ̉-[j]. Et omnino suppressio augmenti post *caesuram* nec non post *pedem quartum* haud molestior erat quam hiatus[k]. Etiam post *primum dactylum* concessi quid habebat augmenti syllabici aphaeresis, quoniam hexameter illa quoque sede admittebat pausam[l].

Multa autem verba, in his vetustissima complura et usitatissima, metro dactylico adaptari vix aut ne vix quidem poterant augmento addito, ex. gr.:

(◡◡◡‿ vel ◡◡◡◡) ἐφερόμην, ἐπιϑόμην, ἐκεχάροντο, ἐκεκάδοντο, ἐγένετο, ἐδύνατο, ἐβάλετο, ἐκέχυτο, ἐλέλαϑον, ἐνέβαλε, ἐνέπεσε.

(◡◡◡) ἔπαϑον, ἔϝιδον, ἔλαϑον, ἔταμον, ἔβαλε, ἔφερε.

---

a Soni ε- et ο- augmento in carminibus epicis saepe sunt producti, sonus ῐ- in verbis ῑ̓κανε *Α* 431 al., ῑ̔κεο *Ι* 56 al., ῑ̔κετο *Α* 362 al., ῑ̓αίνετο κ 359, ἐπῖηλεν χ 49, sonus ῠ- (ὑλάειν, ὑφαίνειν) nusquam; pauca videlicet lingua Graeca habuit verba ab ῐ- vel ῠ- incipientia, Curtius Verbum I² 133 sq. *b* Pag. 47 sq. *c* § 11. *d* *Α* 34.

e Gellius XIII 21 verba Vergilii *turrim in praecipiti stantem* iucundioris gracilitatis esse ait quam si per *e* sonum dicas *turrem*. *f* Eiusmodi hexametros prisci grammatici προκεφάλους vocabant, schol. Hephaest. 149 et 181 Gaisf. *g* Pag. 48. *h* *Π* 230.

i In textu tradito sonum ἀ̉- ex ἀ̆- fecit augmentum verborum ἆλτο § 150[40] et ἀ̉ασάμην § 287[1], § 5 sq. *j* Sic imperfecti ἠμείβετο syllaba initialis octoginta carminum epicorum locis integra est servata, imminuta autem potissimum post caesuram: *Γ* 171, 228 *Ν* 823 δ 382, 398 ι 272, 287, 368 λ 180, 215, 563 μ 115. Compositi vero ἀπημείβετο sonus η nunquam non est imminutus, quia integrum non admittebant numeri. *k* § 15. *l* Pag. 85 *e*.

(◡‿‿◡) *ἐβουλεύσατο, ξυνέβλητο, ἐβόμβησε, ἀνώρουσα, ἐπίτναντο*[a].
(‿◡‿) *ἠγόρευε, ἠράβησε, ἠτίταλλε, ὠλέκοντο, ὠνόμαζε.*

Sic in vetustorum poetarum arte mos necessitate genitus augmentum pro nihilo numerandi sensim increbruit et latius serpsit. Passivum *ἀγόμην*, quod necessarium erat, secum traxit activum *ἄγον*, quo ars epica poterat carere; mox cuiuslibet verbi augmentum qualibet versuum sede extra numeros collocari posse visum est, et passim ea libertate usi sunt poetae Iliadis atque Odysseae. Eo iure iam habebantur *ἆγε (ἦγε)—ἄγε, εἶλε—ἕλε, ὤλεσε—ὄλεσσε*, similia, quo *Ἆρεσ—Ἄρεσ, μείλινοσ—μέλινοσ, οὔνομα—ὄνομα*[b].

Ante vocalem augmentum temporale neglectum nihil habebat licentiae, quoniam vulgatissima in lingua Graeca fuit longae vocalis ante vocalem correptio[c]. Sic nata sunt praeterita *ἄεσαν, διάει, ἀάσθην, ἄειρε, ἄειδε, ἀέξετο, ἄϊεν, ἄῡσαν, ἔᾱσασ, ἰαίνετο, ἴαλλον, ἴανον, προΐαψε, ἴει, ὀϊζύομεν, ὀΐσατο*, alia. *Post vocalem* autem augmentum syllabicum etiam a poetis Homero recentioribus saepe est suppressum, et verum indicarunt qui traditas Iliadis litteras *δηφαμεν* interpretati sunt *δὴ ἔφαμεν*[d].

Licentiae tum demum indulgebatur cum verbi metro heroico apti neglegebatur augmentum non submissum caesurae vel pausae neque post vel ante vocalem collocatum; ex. gr.:

ὧσ ἔφαθ᾽· αἳ δ᾽ ἄρα τῆσ μάλα μὲν ᾽κλύον ἠδ᾽ ἐπίθοντο[e].
καὶ τὰσ μὲν ᾽σεῦαν ποταμὸν πάρα δινήεντα[f].

Paucis verbis ut comprehendatur huius disputationis summa[g], augmentum

	syllabicum			temporale	
legitur[h] locis	5294			3513	
addi potest[i]	982			423	
		6276			3936
neglectum est metro cogente	450			407	
„ „ versus initio	1053				
„ „ post caesuram	843				
„ „ post pedem 4um	510				
„ „ post 1um dactylum	41				
„ „ post vocalem	506		ante vocalem	195	
„ „ sine iusta causa	1140			1353	
		4543			1955.

---

a Formarum tribrachyn vel antispastum (◡◡◡ vel ◡‿‿◡) efficientium nisi sonus finalis *elisione* imminuebatur aut producebatur *positione*, initialem sonum neglegi necesse erat.

b § 18 et 38. c § 17. d Θ 229. e ζ 247. f ζ 89.

g Computavit amicus Mendes da Costa. h Sive in parte codicum sive in cunctis. i In hanc summam ei quoque versus sunt recepti, quibus augmentum syl-

Saepius igitur usurpatum quam neglectum est augmentum in carminibus epicis[a], facilius autem poetae adducebantur ut vocalem augmento temporali gravatam pro brevi, quam ut syllabicum augmentum pro nihilo haberent[b].

De *sono* verborum atque versuum actum est hactenus: nunc de ea quae in libris est eorum *figura* agendum. Priscis signis augmentum verborum a vocali ε vel ο incipientium oculis ostendi non poterat; itaque, ut proferatur exemplum, litteras vetustas σακειελασε inter posteros alii interpretati sunt σάκεϊ ἔλασ', alii σάκε'(ϊ) ἤλασε[c]. Vocalium ι et υ autem mensura scripto indicari numquam potuit. Neque verborum a vocali α incipientium augmentum olim signum suum habuit; itaque αγομεν essetne ᾱ̓́γομεν proferendum an ἄγομεν, id e verborum contextu erat efficiendum, e litterarum figuris effici non poterat, epicae autem dictionis utrum Η an ᾱ fuisset quoniam multis in vocibus est dubitatum, et *sturnorum* nomen credebatur modo ψᾶρεσ modo ψῆρεσ, adiectivum *gratum* modo θῡμᾱρέσ modo θῡμῆρεσ poetae sonuisse[d], certo sciri non poterat dixissetne ille ἄρχε an ᾱ̓́ρχε sive ἦρχε, αἴδετο an ᾱ̓́ιδετο sive ἤιδετο. Quapropter lectoris hodierni·est singulis locis perpendere quid ferat sano ratio, non quid in singulis codicibus sit exaratum.

Syllabicum autem augmentum ubi extra versuum numeros erat collocatum, etiamne in primis exemplaribus fuit omissum, ut in iis quae ad nos pervenerunt? In Corcyraea quadam inscriptione haec leguntur:

ἦ μάλα δὴ περὶ σεῖο λυγρὸμ πότμον ἔκλυε πάτρα,
Ἀλκή, Ἀμφιλόχωγ γαῖα θρασυπτολέμων,
οὕνεκεν Ἰλλυριοῖσιν ὑφ' ἱππομάχοισι δαμάσθησ·
ὀστέα δ' ἐν νάσωι τᾶιδ' ἕταροι ἐκτέρισαν[e],

ubi quod in versu quarto scriptum est ἐκτέρισαν, id 'κτέρισαν proferri iubet metrum; praeterea in primo versu poeta πότμον 'κλύε dici videtur voluisse. Sed quoniam in versu tertio haec ratio non constat et in secundo lapidarius metro arguitur erroris[f], epicorum autem carminum exemplaribus compluribus hic titulus est recentior[g], praestat non multum ei tribuisse. Paullo plus ad persuadendum valet Hesiodi hic versus:

ἐξέθορε Χρυσάωρ τε μέγασ καὶ Πήγασοσ ἵπποσ[h],

---

labicum non nisi caesura feminina in masculinam mutata potest addi. Inter versus eos in quibus augmentum post vocalem neglectum est hi recensendi erant potius, pag. 259 *d*; sed computationis summa sic non mutatur. Idem dictum esto de augmento temporali.

a Additi et neglecti augmenti syllabici ratio est 3/2, temporalis 2/1. *b* Locorum eorum, ubi sontica augmenti neglecti causa indicari nequit, si ratio habetur solorum, haec fit proportio: $\frac{1353}{5891} : \frac{1140}{10819}$ sive 2/1. *c* Υ 259, pag. 77 *b*. *d* § 5 sq. *e* CIG. 1914, Kaibel Epigr. 183. *f* Leg. Ἀλκήν (vocat.; corr. vWilamowitz), cuiusmodi nomina propria e Corcyra, Dyrrhachio, aliunde cognita sunt, Collitz. 3225. *g* Secundum ante Chr. saeculum attingere non videtur. *h* Hes. Theog. 281.

ubi non *Χρῦσάωρ* proferri voluit poeta, sed *ἔκθορε Χρῦσάωρ* [a]. Etiam plus hic versus:

ἔπρεσε θεσπεσίας κεφαλὰς δϝεινοῖο πελώρου [b],

ubi *ἔπρεσε* *torruit* pro *ἔπρησε* scriptum debetur priscis litterarum signis parum intellectis, poeta autem videtur cecinisse: *θεσπεσίας' πρῆσεν κεφαλάς* [c]. Et in Homeri hoc versu:

νῦν δ' ἑτέρως ἐβόλοντο θεοὶ κακὰ μητιάοντες [d]

verbi forma sincera *'βούλοντο* est restituenda [e], neque multo difficilior emendatu est hic:

ὃς ἔτλης ἐμεῦ εἵνεκ'(α) [f],

ubi poeta dixit: *ὃς 'τλῆς εἵνεκ' ἐμεῖο* [g].

Sed rariora sunt haec quam ut certi quid inde possit effici, et si quis perhibet rhapsodos nulla augmenti ratione habita dixisse *βῆ* et *ἕλε*, ut *βῆναι* et *ἑλεῖν*, nullumque inter *ἄγομεν* *ducimus* et *ἄγομεν* *ducebamus* fecisse soni initialis discrimen, refelli nequit.

Hodierno autem editori hanc normam praebet ratio: quoniam metrum fuit causa augmenti neglegendi, sequitur ut augmentum tribuatur omnibus carminum epicorum verbis quibus salvis numeris tribui possit. Itaque non *οὐδὲ 'δύναντο, σε 'τρέφε, δὲ 'νίψε*, similia sunt scribenda, sed *οὐδ' ἐδύναντο, σ' ἔτρεφε, δ' ἔνιψε*, nisi quid est in versuum numeris quo altera litteras traditas dividendi ratio magis commendetur. Pro *ἄρχε, αἴδετο, αἴδεσθεν* scribantur *ἦρχε* [h] et *ἤιδετο* et *ἠιδεσθεν* [i], neque est cur *ὄτρυνε* vel *ἕλκε* scribatur potius quam *ὤτρυνε* vel *εἷλκε*, etiamsi brevis vocalis in multis exemplaribus sit exarata; olim enim signis ambiguis talia indicabantur, nulla igitur papyrorum codicumve hac in re est auctoritas aut esse unquam potuit [j]. Quorum quae sit fides clare ostendunt verba a diphthongo *ευ* vel *ει* incipientia; nam *εὗδον, εὔχετο, εἴκαζε*, similia passim sunt exarata a librariis, licet ipsi Graeci olim dixerint et scripserint *ηὗδον, ηὔχετο, ἤικαζε*, testibus lapidibus et grammaticis [k]. Sic in Iliadis hoc versu:

ηὗδον παννύχιοι, μαλακῶι δεδμημένοι ὕπνωι [l]

diphthongum *ηυ* integram quidem servarunt duae papyri, sed sequiorem formam *ευδον* allevit manus recentior; et in Odysseae hoc versu:

ἦ τοι ὃ μὲν τὰ 'πονεῖτο καὶ ηὔχετο [m]

codex omnium optimus habet *ηὔ-*, ceteri *εὔ-*. Unum hoc hemistichium:

---

a Sic l. a. b Ibid. 856. c Lenior correctio *'πρῆσεν θεσπεσίας κεφαλὰς* numeros duros efficit, pag. 107 c. d α 234, l. a. *ἐβάλοντο*. e § 259. f Χ 236.
g Pag. 96 a. h Γ 447 (corr. Heyne); traditum *ἦρχ-* est Α 495 et alibi passim.
i Φ 468 ζ 66, 329 θ 86 Η 93; traditum est augmentum in verbo *ἠιδέσατο* φ 28 et in similis conformationis verbis *ἤινεον, ἤιρεον*. j Itaque operae vix est pretium observasse Γ 370 *εἷλκε* legi in vetustissimo exemplari Harrisiano, *ἕλκε* in ceteris. k Lapidum Atticorum testimonia attulit Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.² 136, grammaticorum La Roche Augment 21. Item in lapidibus Epidauriis *ἀνηῦρε* 3340^{26}, *ηὗρεν* 3342^{10}. l Ω 678.
m ο 222.

ὃ δ' ἐπηύξατο Φοῖβοσ Ἀπόλλων[a]

diphthongum ηυ in cunctis codicibus servavit.

Feminina vero caesura ne augmentum addendo in masculinam mutetur dehortantur versus heroici origo et indoles[b]. Itaque leg. ex. gr.:

τῆι δεκάτηι δ' ἀγορήνδε 'καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύσ[c],

non: ἀγορήνδ' ἐκαλέσσατο. Cavendum etiam ne addito augmento fiat caesura post quartum trochaeum[d]. In exitu vero hexametri nihil obstat quominus trisyllaba voce in tetrasyllabam mutata legantur ex. gr.:

Παλλάδ' Ἀθηναίην, δϝεινὼ δέ ϝοι ὄσσ' ἐφάενθεν

et similia[e]. Scripta autem exemplaria passim inter se discrepant, et in tenebris micantis est his fidem habere[f].

Quod vero in scholiis passim legitur, augmentum in hoc vel illo versu omissum esse „ἰακῶσ"[g], est rem statuentium, non explicantium, idem enim valet quod: „Ὁμηρικῶσ" sive *more epico*[h], a *dialecto* autem Ionica augmentum nihilo magis quam ab aliis dialectis alienum fuisse docent inscriptiones sermone pedestri conceptae[i]. Quapropter sequendi non sunt librarii in Herodoti historiis augmentum hic illic omittentes.

In versibus qui sequuntur causa vitii absurdi fuit augmentum non agnitum:

ἦμοσ ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κριτὸσ ἤγρετο λαὸσ Ἀχαιῶν[j].
ἦμοσ ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κλυτοῦ Ἕκτοροσ ἤγρετο λαόσ[k].

Ubi codices habent: ἔγρετο. Vetustae nimirum litteraturae signa deceperunt transcriptores; non enim per totam noctem circa rogum *dormivit* exercitus, sed primo mane *congregatus est* ad tumulum struendum. Talia autem vitia cum irrepserunt contextu invito, dubium non est quin augmentum et aliis locis interierit, quibus minus nocebat neglectum. Quid enim! Nonne et Atheniensibus augmentum verborum εὔχεσθαι, εὑρίσκειν, εἰκάζειν, similium ademerunt librarii?[l] Nonne plusquamperfectum, quod in Attica alibive locorum augmento nihilo magis destitutum fuit quam cetera tempora historica[m], in Atticorum scriptorum

---

a H. Ap. 362. *b* Pag. 47 sq. *c* Α 54. *d* Ex. gr.: οὐκ ἄρ' ἔμελλον ὀνήσειν Ε 205, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἐγώ γε ibid. 686, pag. 54 *a*. Qua in re saepe peccavit P. Knight, neque multo cautiorem se praestitit Fick. *e* Α 200, pag. 55 *c*. *f* „Wir stehen hier einem mit unsern Mitteln nicht lösbaren Probleme gegenüber", Kirchhoff Odyssee² XII. *g* Α 162 al., La Roche Textkritik 423 sqq., M. Schmidt Philol. IX 426 sqq., Ludwich Arist. I ad Δ 329 Ξ 171, II 112 sq. *h* „Eine ionische, d. i. homerische Eigenthümlichkeit" Ludwich l. l. II 122, 93. *i* Verba ἦλθον, ἦχε, ἔγραψαν, ἔγραφε, ἔπλεον a Psammetichi militibus cruribus statuarum inscripta in vico Abu Simbel etiamnunc leguntur (inscr. 5261). et sic porro. In *hexametris* quidem augmentum deest inscr. 5430, 5558, 5731, sed et in aliis dialectis id sibi sumebant qui dictionem epicam imitabantur. Sic comicus Atheniensis hunc versum finxit Av. 701: ξυμμειγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροισ 'γένετ' οὐρανὸσ ὠκεανόσ τε, et tragici poetae in ῥήσεσιν ἀγγελικαῖσ augmentum nonnumquam neglexerunt, pag. 263 *b*. *j* Η 434. *k* Ω 789. *l* Pag. 261 *h*. *m* Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.² 135, Dindorf ad Arist. Ach. 10.

operibus passim capite truncarunt[a]? Nonne comoediae Atticae fuisse verbum Ionicum θέλειν diu est creditum, donec intellectum est non nisi in parodia et in verbis conceptis εἰ θεὸσ θέλει poetas comicos ei locum dedisse? Nonne scenicos poetas augmentum syllabicum saepissime neglexisse crediderit tiro editionibus vetustioribus usus solis? *Numquam* tamen neglexerunt comici, tragici autem non nisi hic illic initio versuum in *nuntiorum* verbis epicae dictioni affinibus[b]. Scilicet *aphaereseos* signum omissum doctos indoctosque olim ludificavit[c]; nam post vocales augmentum syllabicum, ut sonus initialis vocum ἐστί, ἐγώ, ἀπολείπεσθαι[d], aliarum, aphaeresi poterat premi, ex. gr. ἐγὼ ἐδόκουν[e], μισθοῦ ἐπόρευε[f], δὴ ἐβόησε[g], ἐπεὶ ἐδάκρυσα[h], ἦ ἐτολμήσατε[i].

Vix quicquam autem refert scribaturne πόλλ' ἔπαθον καὶ πόλλ' ἐμόγησα an: πολλὰ 'πάθον καὶ πολλὰ 'μόγησα[j], ut hoc exemplo utamur, nam utravis scribendi ratione indicatur poetam unam moram insumsisse sonis -α et ἐ- vocum πολλὰ ἔπαθον et vocum πολλὰ ἐμόγησα coniunctim proferendis. Et satius profecto fuerit rediisse ad priscum morem sonos suppressos ἐκ πλήρουσ scribendi; sed hodiernae orthographiae talia non satis sunt congrua, elisio autem quoniam in dictione epica et omnino in lingua Graeca pervulgata fuit[k], aphaeresis vero rarius et cautius admittebatur, ratio fert ut elisionis potius quam aphaereseos signo huiusmodi locis iam utamur. Scribenda igitur etiam: μῆρ' ἐκάη καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο[l], περὶ γὰρ φρεσὶν αἴσιμ' ἐϝείδει[m], ὅσ' ἐρρέζεσκον Ἀχαιοί[n], similia plurima, et, ipso metro iubente, πόλλ' ἐρρυστάζεσκεν[o].

Nam quod fuere qui perhiberent, ab *iterativis* formis, quales sunt ἐρρέζεσκον et ἐρρυστάζεσκεν, augmentum alienum fuisse[p], reprobatur verbis textui tradito firmiter inhaerentibus εἴασκον, -σκε[q], ἔφασκον, -σκεσ, -σκε, -σκετο[r], ἐμισγέσκοντο[s], ἐβίβασκεν[t]. Quod vanum commentum inepte sic est defensum: „sonis σκ formarum iterativarum satis aperte indicatum fuisse tempus praeterlapsum". Itane vero serio? Aristotelemne

---

a La Roche Zschr. f. öst. Gymn. 1874, 408 sqq. et Augment 37 sq. *b* Versus quos dicimus hi sunt: Aesch. Pers. 376, 416, 458, 506 Choëph. 738 fr. 298³ Soph. Oed. R. 1249 Col. 1606, 1624 (?) El. 715 sq. Trach. 904, 915 Eur. Hec. 1153 (?) Phoen. 1246 (?) Bacch. 767, 1066, 1084, G. Hermann Praef. ad Bacchas, Matthiae Gramm². 294 sq., Ahrens de crasi et aphaeresi 1845, 23 (= kl. Schr. I 77). In *medio* trimetro neglectum augmentum syllabicum Aesch. Pers. 313 Soph. Phil. 371 Eur. Hec. 580 (?) Bacch. 1134 suspicionem movet, nec non vitio augmentum Aesch. Choëph. 930 in stichomythia est neglectum. *Temporale* augmentum a poetis tragicis nunquam est neglectum. *c* Matthiae l. l. 293.
d Eur. Med. 35. *e* Soph. Ant. 557. *f* Trach. 560. *g* Ibid. 772.
h Philoct. 360. *i* Ibid. 369. *j* *I* 492 *ϑ* 155. *k* § 13.
l *A* 464 al. *m* *ξ* 433. *n* *χ* 46. *o* *Ω* 755. In verbis traditis πολλὰ ῥυστάζεσκεν vitium sonat -α thesin explens, pag. 99 h. *p* Etym. M. 295,14, Spitzner de versu Heroico 211, 213, Schäfer in Brunckii ed. Apoll. Rh. II 175. *q* *E* 802 *Δ* 125 *Υ* 408 *χ* 427. *r* *N* 100 al. *s* *υ* 7. Congruit παρεκέσκετο *ξ* 521 traditum.
t H. Ap. 133. Congruit παρέβασκε *Λ* 104, et in parte certe codicum scripta sunt ὤρσασκεσ *P* 423, ἀνεμορμύρεσκε *μ* 238, ὤλεσκεν *T* 135.

τὰ ἐμπροσθόκεντρα τῶν ἐντόμων τοῖσ ὀπισθοκέντροισ sive culices apibus vespisque opponentem aemulabantur qui sic statuebant? Poetis iis, quibus ἐγίγνωσκε, ἐδίδασκε, ἔφασκε erant verba vulgatissima, vitiumne sonuerit augmentum verbi ἐβίβασκε propterea quod huius verbi syllaba finalis *iterativa*, illorum *inchoativa* . . . . dicta sit postmodo a grammaticis! Verbi εἰμί formam iterativam ἦσκε veteres legebant apud Alcmanem[a], Homerum vero ἔσκε, non ἦσκε dixisse unde effici unquam potuit? Nam vetustissimorum exemplarium litterae εσκε utrumvis significabant. In contrariam autem partem disputantibus nihil prosunt poetarum scenicorum versus unus et alter, ubi extant formae iterativae augmento carentes. Nam Aeschyli hic versus:

κλαίεσκον ἔνθα νυκτέρων φαντασμάτων[b]

e *nuntii* narratione desumtus est, cuiusmodi locis quam sibi libertatem poetae tragici initio versuum sumserint modo dictum est[c]. Neque *lyrici* versus praebent argumentum[d], quoniam in artificiosa horum carminum dictione etiam aliorum verborum augmentum poterat neglegi. In Aristophanis autem fabulis superstitibus duae formae iterativae sunt usurpatae, quarum altera legitur in versu heroico dictionem epicam referenti:

εἰ γὰρ μὴ Νύμφαι γε θεαὶ Βάκιν ἐξαπάτασκον[e],

altera augmentum admittit:

ἠλλαντοπώλουν καί τι καὶ (ἐ)βινεσκόμην[f].

In Herodoti denique historiis augmentum huiusmodi formarum passim quidem deest[g], sed quoniam plurima in huius operis textu tradito discrepant a sanae rationis praeceptis et a dialecto Ionica ex inscriptionibus cognita, ne hac quidem in re codicibus fides est habenda.

Etiam διεστήτην ἐρίσαντε[h], τὼ δ' ἐβάτην παρὰ θῖνα[i], similia sunt scribenda; nam *duali* numero augmentum ab Homero parcius esse tributum quam singulari vel plurali[j] non est credibile. Scribendum est ἐν δὲ λέβητ'(ι) ἔπεσε κνήμη[k], nam dativi vocalem *iota* in dictione epica elisionem admisisse testatur ex. gr. versus vicinus: χείρ'(χειρὶ) ἐπιμασσάμενοσ[l]. Qui vero λέβητι (')πέσε scribi mavult, is etiam χειρὶ (')πιμασσάμενοσ scribito, eodem enim utrobique res redit. Scribenda sunt: Οὔλυμπόνδ' ἐβεβήκει[m] et similia; nam *plusquamperfecti* augmentum syllabicum licet in textu tradito passim desit post vocalem[n], inde profecto non efficitur ipsis poetis augmentum post vocalem minus utile esse visum quam post consonam!

Praeterea commemorandum est augmentum syllabicum verborum

---

a ἦσκέ τισ σκάφεισ ἀνάσσων, Anecd. Oxon. I 159; nunc accedit Alcaei fragmentum Oxyrh. pap. X 77. *b* Aesch. fr. 298³. *c* Pag. 263 *b*. *d* Soph. Ant. 950, 963 fr. 491 Pind. Nem. III 90. *e* Ar. Pac. 1070. *f* Eq. 1242. *g* Schweighäuser ad Herodot. IV 130. *h* *A* 6. *i* *I* 182. *j* La Roche Il. XV, Augment 1 et 8, A. Platt Journal of Philol. 1895, 205 sqq. *k* τ 469. *l* τ 480, pag. 76 e. *m* *A* 221 al. *n* La Roche Hom. Unters. 74 sq., Augment 35, supra pag. 263 *a*.

cum praepositione πρό compositorum. In codicibus scripta sunt: προύθηκεν [a], προύπεμψα [b], -ψε [c], -ψαν [d], προύτυψε [e], -ψαν [f], προύφαινε [g], -νον [h], -νετ'(ο) [i]. Sed locis uno excepto [j] cunctis syllaba πρου- *thesin* obtinet, salvo igitur metro proferri licet προέπεμψα, προέτυψε, προέφαινε, cet., et apparet sic locutos esse ipsos poetas [k], qui et πρὸ Ἀχαιῶν, πρὸ ὁδοῖο dixerunt [l]. Eandem autem correctionem requirunt verbi προέχειν formae traditae προύχουσι [m], προύχοντο [n], προύχοντα [o], -ντι [p], προυχούσης [q], -σᾶς [r], quae ut legantur προέχουσι, προέχοντο, cet. cum alia suadent [s] tum numeri horum versuum:

ἔγνω, 'φράσσατο δ' ἵππον ἀριπρεπέα προέχοντα [t].
'τρέσσαν δ' ἄλλυδις ἄλλη ἐπ' ἠϊόνας προεχούσας [u].

Sequendi autem non sunt qui demonstratum iverunt aliam fuisse vim praeteriti augmento non ornati, aliam ornati [v]. Nullum fuisse discrimen testantur versus hi similesque:

εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρα, τά ϝοι παλάμηφιν ἀρήρει,
ἔγχος δ' οὐχ ἕλετ' οἶον ἀμύμονος Αἰακίδαο [w],

ubi inter εἵλετο et ἕλετο id tantum interest quod inter arsin et thesin.

Una quaestio ad augmentum pertinens superest tractanda. Verba ἅλλομαι, ἕρπω [x], ἵστημι, ἕλκω, quorum stirps a sono σ vel a sonis σϝ coepit primitus, in lingua carminum epicorum utebanturne augmento *syllabico*? Si utebantur, ἇλτο, εἱστήκει, εἷλκον non sunt scribenda; versuum autem numeri hac de re certiores nos facere non possunt. Sed scrupulum eximunt quae similis sunt conformationis praeterita: εἶχον, εἵλετο, εἵπετο, εἴασα, εἷσε, alia, quae sincera esse testantur versuum numeri.

Aoristi ἑζόμην et ἑσπόμην autem e stirpibus σεδ (*sedeo*) et σεπ (*sequor*) nati, qui primitus fuerunt ἐ-σε-σδόμην et ἐ-σε-σπόμην, ut in εἱζόμην et εἱσπόμην abirent, quemadmodum ἔ-σε(σ)σα abiit in εἷσα [y], ferebat

---

a Ω 409. *b* ρ 54. *c* Θ 367 ρ 117 ω 360. *d* H. Ap. 102. *e* ω 319. *f* N 136 O 306 P 262. *g* ι 145. *h* μ 394. *i* ι 143 ν 169. *j* ω 360. *k* Knight Proleg. 101. *l* Pag. 86 *l*. *m* κ 90. *n* γ 8. *o* Ψ 325, 453. *p* X 97 τ 544. *q* ω 82. *r* ζ 138. *s* § 7. *t* Ψ 453. *u* ζ 138. *v* Grashof Abwerfung des Augments, Düsseldorf 1852; Pöhlmann quomodo poetae epici augmento temporali usi sint, Tilsit 1858; K. Koch de augmento apud Homerum omisso, Braunschweig 1868, qui docuit Homerum augmentum in verbis loquentium multo rarius omisisse quam in narratione [nempe praeterito ei quos poeta loquentes induxit multo rarius sunt usi quam praesenti vel perfecto]; Skerlo über dem Gebrauch des Augments bei Homer, Graudenz 1874; P. Molhem de augmenti apud Homerum Herodotumque usu, Lund 1876; M. Schmidt in Philologi volumine IX; La Roche Textkritik 423 sqq. et das Augment des gr. Verbums, 1882; A. Platt the Augment in Homer, Journal of Philol. 1891, 210 sqq., qui perhibuit augmentum aoristo gnomico primitus fuisse proprium, inde in cetera tempora historica irrepsisse. Huic assensus non est C. Mutzbauer, Grundlagen der gr. Tempuslehre 1893, 35, strenue autem ei et Drewittio contraria sed tamen similia perhibenti oblocutus est A. Shewan, the Homeric Augment, Classical Philology Oct. 1912. *w* Π 139 sq. *x* μ 395. *y* § 220².

res; quae Homero tamen tribuendae non videntur formae, quoniam ne posterioris quidem aetatis homines iis sunt usi. Interiit augmentum harum formarum parum agnitum: post Homeri demum aetatem interiisse non est cur sumatur.

Verbi *εἴρομαι* denique imperfectum *εἴρετο*, *εἴροντο* videtur *ἤιρετο* et *ἤιροντο* esse scribendum[a].

§ 131. Augmentum syllabicum stirpium a sono *ϝ* incipientium multis locis textus traditi integrum est servatum, ex. gr. in verbis *ἔ(ϝ)ᾱξαν*[b], *ἐ(ϝ)άγη*[c], *ἐ(ϝ)άλη*[d], *ἔ(ϝ)εργε*[e], *ἔ(ϝ)ειπε*[f], *ἐ(ϝ)είσαο*[g], *ἐ(ϝ)ίσατο*[h]. Sed pro *εὔαδε*[i], *ἐῳνοχόει* sive *ἐνοινοχόει*[j], *ἥνασσε*[k], *ἐφήνδανε* sive *ἐήνδανε* sive *ἑήνδανε*[l], *ἐλέλιξε*[m], *ἐλελίχθη*[n], *ἐλέλιχθεν*[o], *ἤϊκτο*[p], *ἤϊσκε*[q], *ἠΐσκομεν*[r], *ἤιδεα*[s], *ἤιδεε* (sive *-δει*, *-δη*[t]), *ἐώλπει*[u], *ἐεώργει* sive *ἐώργει*[v], *ἐώικει*[w] legenda sunt *ἔϝϝαδε*, *ἐϝοινοχόει*, *ἐϝάνασσε*, *ἐϝάνδανε*, *ἐϝέλιξε*, *ἐϝελίχθη*, *ἐϝέλιχθεν*, *ἐϝέϝικτο*, *ἐϝέϝισκε*, *ἐϝεϝίσκομεν*, *ἐϝείδεα*, *ἐϝείδεε*, *ἐϝεϝόλπει*, *ἐϝεϝόργει*, *ἐϝεϝοίκει*. Gravius affecta sunt: *οὕτω γάρ πού μ᾽ ἤλπετ᾽(ο)*[x], *θυμὸσ δ᾽ ἔτι νῶϊν ἐώλπει*[y], *οὐδ᾽ εἶδεσ ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκα*[z], alia.

Etiam verbi *ἵημι* aoristus in lingua epica augmento syllabico ornabatur: *ἔηκα*[a], item verbi *ὠθέω* tempora praeterita: *ἐώθει*[b], *ἔωσα*[c], quod verbum et postea syllabico augmento est usum. Nec non mentio hic est facienda aoristi *ἐάφθη* sive *ruit*[d].

Verbi *ὁράειν* augmentum in carminibus epicis nusquam non neglectum est.

Denique commemoranda sunt verbi *οἴγνῡμι*[e] tempora praeterita: *ὠΐγνυντο*, *ὦϊξε*, quibus Attica dialectus postea tribuebat augmentum syllabicum: *ἀνέῳγον*, *ἀνέῳξα*.

Nihil insoliti in carminibus epicis habet augmentum verbi *ὀΐω* sive *ὀΐομαι*[f]: *ὠΐετο*, *ὠΐσθη*. Att. *οἴ(ο)μαι*, *ᾤ(ο)μην*.

§ 132. Stirpium complurium a sonis *λ*, *μ*, *ν*, *σ(ϝ)*, *(σ)ϝ* incipientium sonus initialis post augmentum geminatus est[g]: *ἔλλαβε*, *-βετο*, *ἔλλαχε*, *ἐλλίσσοντο*, *ἐλλισάμην*, *ἐλλιτάνευε*, *-νευσα*, *ἔμμαθεσ*, *-θεν*, *ἔμμορε*, *διεμμοιρᾶτο*, *ἀπεννίζοντο*, *ἐσσείοντο*, *ἐσσεύοντο*, *ἔσσυμαι*, *ἔϝϝαδε*.

Sonus *ρ* post augmentum plerisque carminum epicorum locis gemi-

---

a § 149[59]; v. l. *ἤρετο* et *ἤροντο* fortasse sic est interpretanda. *b* *γ* 298. *c* *Γ* 367. *d* *N* 408. *e* *Θ* 213. *f* *B* 194. *g* *I* 645. *h* *O* 415, codd. *ἐείσατο*, § 201. *i* *Ξ* 340 al., pag. 134 *m*. *j* *Δ* 3 *υ* 255. *k* *K* 33 al.; sincera forma *ἐ(ϝ)άνασσε* Alc. fr. 64. *l* *H* 45 *Ω* 25 *γ* 143. *m* *Λ* 530 al. *n* *X* 448 *ξ* 306. *o* *Z* 109, pag. 145 *j*. *p* *δ* 796 al. *q* *δ* 247. *r* *Φ* 332. *s* *Ξ* 71 al. *t* *B* 409 al. *u* *T* 328 *φ* 96. *v* *δ* 693 *ξ* 289. *w* *B* 58 al. *x* *ι* 419, leg. *οὕτω γάρ τί μ᾽ ἐϝέλπετ᾽(ο)*. *y* *ω* 313, leg. *νῶ᾽ ἐϝεϝόλπει*. *z* *λ* 162 (spur.?). a Primitus *ἔσηκα*, § 196[7]. b H. Merc. 305. c *Π* 410 *ι* 81; sine augmento *ἀπῶσε* *P* 649 al. d Pag. 272 *o*. e § 241[1]. f § 292*. g Pag. 100 sq.

natus est, ut postea; sed simplici ϱ utuntur praeterita ἐϱάπτομεν[a], ἐϱύετο, ἔϱῡτο, ἐϱύσατο[b], item ἔϱεξον et ἔϱεξα[c], quae fortasse ἔϝεϱδον et ἔϝεϱξα legenda sunt[d].

Augmenti syllabici sonus ἠ- in prisca poesi non est ferendus. Pro traditis ἠΐκτο, ἠΐσκε, ἠΐσκομεν leg. ἐϝέϝικτο, ἐϝέϝισκε, ἐϝεϝίσκομεν, praesens enim fuit ϝεϝίσκω[e]. Gravius corrupta sunt ἠείδεισ[f] et ἠείδει[g]. Imperfectum ἤμελλον Homero ne in codicibus quidem est tributum[h], apud Hesiodum autem pro δή ῥ' ἤμελλε leg. δὴ ἄϱ' ἔμελλε[i], et pro ἤμελλε τέκεσθαι leg. τέξεσθαι ἔμελλε, futuri enim infinitivus requiritur[j]; etiam verba ἤμελλεν τέξεσθαι corrupta sunt[k]. Alienum autem hinc est verbi συναείϱειν sive *colligare*[l] imperfectum σὺν ... ἤειϱε[m], quod fuit qui a verbo εἴϱειν[n] repeteret. Imperfecti ἤϊα[o] denique origo obscura est. Nonnemo[p] suspicatus est disyllabis formis ῆια, ῆιε inesse stirpis formam ampliorem εἰ, trisyllabas autem fictas esse ad exemplum verbi ᾔδεα, quod olim fuit ἐϝείδεα, legendas igitur esse ἤιεα, ἤιεε, ἤιεμεν, ἤιεσαν. Sed parum huic coniecturae favent ipsa carmina epica; in his enim rarae sunt formae quae a diphthongo ῃ- incipiunt, crebriores autem quae a sonis ἠϊ-[q] quam ut ex illis μεταπεπλάσθαι credantur[r].

II. De reduplicatione.

§ 133. Perfecto et plusquamperfecto stirpium a duabus consonis[s] incipientium poetae epici sonum ἐ- loco reduplicationis praemiserunt, ut posteri, ex. gr. ἐζευγμέναι[t], ἐστεφάνωται[u], διέφθοϱας[v]. Excipienda sunt verba quae incipiunt a consonis positionem *debilem* efficientibus[w], haec enim vera reduplicatione in dictione epica et postea sunt ornata, ex. gr. τέτληκα, τέτμηκα, τέθνηκα, κέκϱικα[x], item ea quorum stirps *metathesin* vel *syncopen* est passa[y].

---

a γ 118 π 379. *b* Z 403 Δ 138 Λ 363 al.; sed ἐϱϱ- α 6 al. *c* B 400 Λ 361 Ι 453 al. *d* § 224² et pag. 100 *g*. *e* § 242². Infelici conamine Curtius Verbum II² 151 vitiosum participium εἰοικυῖαι § 160⁶ huc tractum in ᾐοικυῖαι mutabat. *f* Pag. 229 *e*. *g* Ibid. not. *i*. *h* M 34 tamen ὣσ ἄϱ' ἔμελλον l. a. ὣσ ἤμελλον. *i* Hes. Theog. 888. *j* Ibid. 478, pag. 222 *k*. *k* Ibid. 898 αὐτὰϱ ἔπειτ' ἄϱα παῖδα θεῶν βασιλῆα καὶ ἀνδϱῶν | ἤμελλεν τέξεσθαι leg. αὐτὰϱ ἔπειτ' ἄϱ' ἔμελλε θ. β. κ. ἀ. | τέξεσθ' ἄϱσενα παῖδα? — Apud bonae aetatis poetas ἠμελλ- praeterea non est repertum nisi Theogn. 259 πολλάκι δ' ἠμέλλησα (leg. δὴ 'μέλλησα), 906 (spur.?), Ar. Ran. 1038 τὸν λόφον ἤμελλ' ἐπιθήσειν (correctio incerta), Eccl. 597 τοῦτο γὰϱ ἤμελλον (leg. τουτὶ γὰϱ ἔμελλον) *l* § 256. *m* K 499, cf. O 680. *n* § 277. *o* § 308. *p* Wackernagel Kuhns Zschr. XXV 266, G. Meyer² 422, 429, Schulze Quaest. Ep. 264. *q* ἤϊα, ἤϊε, ἤϊμεν, ἤϊσαν. *r* Ratio est 1/3; pro tradito ᾔομεν autem si scribitur ᾔϊμεν et dubia forma ῆ(ι)μεν neglegitur, fit 1/6. *s* De sono ϱ § 134. *t* Σ 276. *u* E 739. *v* O 128. *w* § 25. *x* Nusquam in carminibus epicis correpta est horum perfectorum syllaba initialis; nam ψ 110 in verbis καὶ νῶϊ κεκϱυμμένα del. καί. *y* § 134.

Soni initialis ad perfectam actionem indicandam producti haec sola in carminibus epicis extant exempla: -ἧπται[a], ἤσκηται[b], ἠισχυμμένοσ[c], κατήικισται[d], ἀφῖχθαι[e], παρῴχηκε[f]. Stirpium a vocali brevi et positione non producta incipientium perfectum reduplicatione est ornatum[g].

Eam quam in augmento libertatem, veteres poetae non sibi sumserunt in reduplicationis sono ἐ- vel in brevi vocali reduplicationis loco producta: illam non neglexerunt, hanc pro brevi non habuerunt. Metri causa correptus tamen est sonus initialis verborum ἤορτο[h] et ἱέρευτο[i] ante vocalem collocatus[j].

Perfectorum ἕστηκα[k], εἵμαρται[l], ἔερται[m] syllabam initialem vera effecit reduplicatio, primitus enim σέστηκα, σέσμαρται, σέσερται fuerunt; perfectorum in tradito textu ἕᾱδα[n], ἔελμαι[o], ἔολπα[p], ἔοργα[q] scriptorum figura epica fuit ϝέϝᾱδα, ϝέϝελμαι, ϝέϝολπα, ϝέϝοργα, perfecta εἴλῡμαι[r], εἴρῡμαι[s], εἴρημαι[t] in poetarum ore fuerunt ϝέϝλῡμαι, ϝέϝρῡμαι, ϝέϝρημαι.

A verbis ἄνωγα[u] et ϝοῖδα[v] inter perfecta et praesentia intermediis reduplicatio afuit[w]; quae vero eandem ob causam a multis commemorata sunt ἔργμαι[x] et ϝεῖμαι[y], vera et sincera praesentia erant, ut κεῖμαι[z], ἧμαι[a], similia[b].

§ 134. Ut perfecta ea, quorum syllaba initialis positione debili fulciebatur[c], sic in dictione epica et haec reduplicatione sunt ornata, quorum complura permanserunt in lingua posterorum: [βέβλαμμαι][d], βέβλημαι[e], δέδϝεγμαι[f], δέδϝια sive δέδϝοικα[g], δέδμημαι[h], δέδμημαι[i], ϝέϝρημαι[j], μέμβλωκα[k], μέμνημαι[l], πεπτηώσ[m], πεπτεώσ[n], πέπταται[o], ἕστηκα[p].

Verbi κτάομαι perfectum in carminibus epicis non nisi uno loco legitur, ibi autem est quod poterat expectari: ἔκτημαι[q]. Alteram formam κέκτημαι, quae postea vulgata fuit, usurpavit Hesiodus[r].

Verbis a sono ρ incipientibus vocalis ἐ- loco reduplicationis praemissa est, quia primitus ante sonum ρ fuit spirans ϝ aut σ[s]. In car-

---

a *B* 15 al. *b* *K* 438 ρ 266. *c* *Σ* 180. *d* Corruptum, pag. 109 *g*. *e* ζ 297, § 231. *f* *K* 252, § 157. *g* § 135. *h* § 256. *i* *Ω* 125. *j* § 17. Prior forma fortasse *aoristi* fuit, verbi ἱέρευτο autem sonus ε fortasse est neglectus, ut in eiusdem stirpis formis ἱρόσ, ἱρεύσ, ἱρεύουσα, ἱρεύσασθαι; sic tamen spondeus fiebat pes quintus. *k* § 196^1. *l* § 271. *m* § 277. *n* § 221^4. *o* § 265. *p* § 211^6. *q* § 224^3. *r* § 265. *s* § 293. *t* § 306^2. *u* § 225. *v* § 160^7. *w* Non est adstipulandum Curtio Verbum II^2 213 perhibenti formis ϝείδομεν, ϝειδείην, ϝειδώσ reduplicationem inesse, antehomerica enim aetate fuisse ϝε(ϝ)ίδομεν, ϝε(ϝ)ιδείην, ϝε(ϝ)ιδώσ, quae dein esse contracta. *x* § 230. *y* § 303. *z* § 169. a § 220^2. b An posterorum verbum στέρομαι perfectum vocandum est propterea quod perfecti ἐστέρημαι locum obtinuit, vel κρέμαμαι quod locum perfecti κεκρέμασμαι? c § 133. d *Π* 660 βεβλαμμένον, § 244; recte l. a. βεβλημένον. e § 258. f *Δ* 4 *I* 671 *X* 435 η 72, § 139 et 157. g § 168. h § 296. i § 262. j § 306^2. k § 285. l § 204. m § 238^2. n § 158^{78}. o § 300. p § 196^1. q *I* 402, item Aesch. Prom. 795 inscr. Ion. 5753^{11} al. r Hes. Oper. 437. s § 27.

minibus epicis sic conformata sunt perfecta ἐῤῥάδαται[a], ἔῤῥηκται[b], ἔῤῥῖγα[c], εἴρῡμαι[d]. Discrepat ῥερύπωμαι[e], quod perfectum metro dactylico adaptari alioqui non poterat[f]. Similibus perfectis ῥεραπισμένοσ[g] et ῥερῖφθαι[h] usi sunt Anacreon et Pindarus.

Verborum a sono ϝ incipientium haec in carminibus epicis leguntur perfecta: -ϝέϝᾱγε[i], ϝέϝᾱδε[j], ϝέϝελμαι[k], ϝεϝέλικται[l], ϝέϝοικα[m], ϝέϝολπα[n], ϝέϝοργα[o], ϝέϝλῡμαι[p], ϝέϝρημαι[q], ϝέϝρῡμαι[r].

Perfecta εἴωθα[s], εἵμαρται[t], ἕστηκα[u], quae primitus fuerunt ἔσϝωθα, σέσμαρται, σέστηκα, prius sunt nata quam stirpis initialis sonus σ interiit.

§ 135. In lingua epica frequentior quam in recentiore fuit reduplicatio stirpium a vocali brevi et positione non producta incipientium, quae a posteris *Attica* est vocata nomine fallaci[v], fuit autem perantiqua, quippe quae vera reduplicatio fuerit sola[w]; sic enim stirpes monosyllabae sive vetustissimae bis deinceps proferebantur totae: ἀρ ἄρηρα, ὀπ ὄπωπα, ἀκ ἀκαχμένοσ[x], disyllabarum autem et polysyllabarum prima certe syllaba iterabatur.

In carminibus epicis ita formata sunt perfecta quae sequuntur: ἀνήνοθε[ij], ἄρηρα[z], ἐγρήγορ(θ)α[a], ἐδηδώσ et ἐδήδοται[b], ἐλήλαμαι[c], ἐ(ι)λήλ(ο)υθα[d], -ερήριπα sive ἐρέριμμαι[e], ὄδωδε[f], ὄλωλα[g], ὄπωπα[h], ὄρωρα[i], ἀγήγερμαι[j], ἀρήροται[k], ἐρηρέδαται[l], -το[m] et ἠρήρειστο[n], ὀδώδυσμαι[o], ὀρώρεγμαι[p], ἀλάλημαι[q], ἀλαλύκτημαι[r], ἀκάχημαι[s], ἀκαχμένοσ[t], συνοκωχότε[u].

Eiusdem conformationis est quod apud Herodotum legitur verbi αἱρέω perfectum ἀραίρηκα, ἀραίρημαι[v].

§ 136. Etiam *aoristi II* reduplicatio, quae postea non nisi in vulga-

---

a § 221[1]. *b* § 241[3]. *c* § 157[7]. *d* § 164. *e* ζ 59; ῥερυπωμένοσ etiam apud Hippocratem. *f* Sed poterat dici ῥυπόεντα, ut ζ 87 ν 435 ω 227. *g* Anacr. fr. 166. *h* Pindar. fr. 314. *i* § 158[24]. *j* § 221[4]. *k* § 265. *l* § 238[3].

m § 160[6]. *n* § 211[6]. *o* § 224[3]. *p* § 265. *q* § 306[2]. *r* § 293.

s § 218. *t* § 271. *u* § 196[1]. *v* Pag. 31 sq. *w* De simili reduplicatione praesentis § 138. *x* Ad reduplicationis vim et indolem agnoscendas utilia sunt αἰνόθεν αἰνῶσ et οἰόθεν οἶοσ *H* 39, 97, 226, ἐν δίκῃ δικαίωσ, κακὸσ κακῶσ, πονεῖν πόνουσ, μανίασ μαίνεσθαι, θυρῶσαι θύραισ, similia multa (ad Ar. Ach. 177 et Thesm. 830 sq.). Iterata vox quia *emphasin* habet, facti *haud irriti* notionem praebuit reduplicatio. *ij* § 149[11].

z § 285[1]. a § 161. b § 307. c § 287[2]. d § 160[4]. e § 245.

f § 158[45]. g § 284[2]. h § 309. i § 284[4]. j § 255.

k *Σ* 548, praesens ἀρόω ι 108. l *Ψ* 284, 329, praesens ἐρείδω *Π* 108 al.

m η 95. n *Γ* 358 *Δ* 136 *H* 252 *Λ* 436; prima syllaba augmento est extensa.

o § 294. p § 234. q *Ψ* 74 al., praesens ἀλάομαι *B* 667 al. r § 286[12].

s § 240. t *K* 135 al.; etiam nomini ἀκωκή inest reduplicationis syllaba, ut recentioris aevi substantivo ἀγωγή. Praeterea cohaerent ἄκροσ, ἀκμή, ἀκτή *littus*, alia.

u *B* 218, a verbo συνέχω. Codd. συνοχωκότε, Iliad. 1912, XXVII, Valckenaer ad Ammon. 24, Cobet Misc. Cr. 304, sonus ω etiam in adverbium συνωχαδόν Hes. Theog. 690 irrepsit, Att. συνεχῶσ, *continue*. Corruptum est ἐπώ(ι)χατο *M* 340. v Herodot. I 191 al., item [ἀνα]ραιρημένοσ et ἀναιρερημένοσ (bis) inscr. Thas. 5483.

tissimis *ducendi, ferendi, dicendi, sedendi* verbis permansit[a], apud Homerum saepissime est usurpata[b].

Posteriorem stirpis consonam iteratam habent aoristi ἠνίπαπον[c] et ἠρύκακον[d].

§ 137. Nonnullis aoristis reduplicatis adiunctum est *futurum* item reduplicatione ornatum:

ἐκέκαδον, κεκαδήσω et -δήσομαι[e].
ἐπέπιθον, πεπιθήσω[f].
ἐπεφιδόμην, πεφιδήσομαι[g].
ἐκεχαρόμην, κεχαρήσω et -ρήσομαι[h].

De *praesentis* reduplicatione dicetur in capite proximo.

CAPUT IV.

DE CONFORMATIONE PRAESENTIS.

I. De praesentis stirpe.

§ 138. Iterata verborum nonnullorum stirps peperit tempora praesens et imperfectum[i]; quae reduplicatio etiam *aoristo* complurium horum verborum adhaesit:

1. **(ἀν)** ἀναίνομαι[j]. Praepositionem ἀνα- praemissam esse suspicetur quis propter verbum vi contraria praeditum ἐπ-αινέω, sed contrarium docet augmentum formarum ἠναίνετο[k] et ἀπηνήναντο[l]. Nam in dictione poetarum epicorum nulli praepositioni augmentum est praemissum[m].
2. **(βαν)** βαμβαίνω et sine reduplicatione βαίνω[n].
3. **(φαν)** παμφαίνω sive παμφανάω et sine reduplicatione φαίνω[o].
4. **(καρ)** (ἐ)κάρκαιρε[p].
5. **(μαρ)** μαρμαίρων[q]. Cohaerent μάρμαρος *marmor*, μαρμάρεος, μαρμαρυγή[r], reduplicatione autem non aucta stirps genuit nomen *Μαῖρα illustris*.

---

a ἤγαγον, ἤνεγκον, εἶπον, ἐκαθεζόμην. Reduplicationis vestigium servavit etiam spiritus asper indicativi ἑσπόμην § 149[35]. *b* § 149[9—43]. *c* § 149[17]. *d* § 149[18].
e § 213. *f* § 217. *g* § 219. *h* § 282. Hoc futurum ab aoristine an a perfecti stirpe ductum sit inutile est quaerere, quoniam aoristi reduplicatione ornati et perfecti origo communis fuit. *i* De simili perfecti et aoristi conformatione § 135 sq.
j Pag. 199 *q*. *k* H. Cer. 330; pro ἔπειτ' ἠναίνετο Σ 450 leg. ἔπειτα ἀναίνετο.
l Η 185. *m* Pro ἐκαθέζετο Α 68 recte l. a. κατ' ἄρ' ἕζετο. Similia Α 611 Ο 716 ζ 1.
n § 202. *o* § 280. *p* Υ 157. *q* Γ 397 al. *r* ϑ 265 h. Ap. 203.

6. **(μυρ)** *μορμῦρει*[a] et sine reduplicatione *μῦρομαι*. Cohaeret *ἁλιμυρήεισ*.
7. **(φυρ)** *πορφῦρει*[b] et sine reduplicatione *φῦρω*[c].
8. **(ἀρ)** *ἀραρίσκω*[d].
9. **(ἀφ)** *ἀπαφίσκω*[e].
10. **(ἀχ)** *ἀκαχίζω*[f].
11. **(μερ)** *μερμηρίζω*[g].
12. **(τερ)** *τετραίνω*[h].
13. **(δαρπ)** *δαρδάπτω*[i] sive stirpe non duplicata *δάπτω*[j].

Geminatam stirpem habent etiam nomina *κάγκανοσ*[k], *πολυκαγκήσ*[l], *πορπή*[m], *εἴρεροσ*[n], *Τάρταροσ*, *βάρβαροσ*[o], *μέρμεροσ*, *ἐτήτυμοσ*[p], *κύκλοσ*[q], nec non verbis sequentibus reduplicatio inest:

14. *μαιμάω* et *μενοινᾰω*[r].
15. *δαιδάλλω*[s] cum nominibus *Δαίδαλοσ*, *δαίδαλα*, *δαιδάλεοσ*[t].
16. *δενδίλλω*[u].
17. *παπταίνω*[v].
18. *παιφάσσω*[w].
19. *ποιπνῦω*[x].
20. *κωκῦω*[y] cum substantivo verbali *κωκῦτόσ*.
21. *κυκάω*[z] cum substantivo *κυκηών*.
22. *κηκίειν*[a].
23. *ὀπῑπεύω*[b] cum nomine *παρθεν-οπῑπησ*[c].
24. *ἀτιτάλλω*[d]. A stirpe non geminata ducta sunt *ἀτάλλω*[e] et *ἀταλόφρων*[f].
25. *ἀΐσσω*.

§ 139. A verbis modo allatis *ὀπῑπεύω* et *ἀτιτάλλω*, quae interna quadam reduplicatione ope soni *ι* sunt ornata, facilis est transitus ad stirpes cum apud Homerum tum post eum in lingua Graeca crebras, quarum consona initialis in praesenti et in imperfecto iterata est intermissa vocali *ι*[g]. Huiusmodi reduplicatione in carminibus epicis insignia

---

a *E* 599 *Σ* 403 *Φ* 325, iterat. *-εμορμύρεσκε* *μ* 238. *b* *Ξ* 16 *Φ* 551 *δ* 427, 572 *κ* 309. *c* § 254. *d* § 285. *e* *λ* 217 Hes. Theog. 537, aor. *ἤπαφον* § 149[13]. *f* § 240. *g* § 222[1]. *h* Ex *τε(ρ)τραίνω*. Cohaerent *τορ* § 149[101] et *τείρω*, similis autem fuit conformatio verbi *τετρεμαίνω* ex *τ(ρ)ε(μ)τρεμαίνω* Ar. Nub. 294 al. *i* *Δ* 479 *ξ* 92 *π* 315, ex *δαρ(π)δά(ρ)πτω*. *j* *Δ* 481 al., ex *δά(ρ)πτω*. *k* *Φ* 364 *σ* 308 h. Merc. 112, 136. *l* *Δ* 642. *m* A stirpe *περ* (*πείρω*), ut *περόνη*. *n* *ϑ* 529. *o* Apud Homerum non nisi in *βαρβαρόφωνοσ* *B* 867. *p* § 302. *q* Ex *κύ(λ)κ(υ)λοσ*. Cohaerent *κυλίνδω*, al. *r* § 286[3]. *s* *Σ* 479 *ψ* 200. *t* Adiectivo *παιπαλόεισ* *confragosus* *M* 168 al., cuius dubia est origo, similis inesse videtur reduplicatio. *u* *I* 280. *v* *Δ* 200 al. *w* § 280. *x* § 186. *y* *T* 284 al. *z* *E* 903 al. a *H* 262 *N* 705 *Ψ* 507 *ε* 455. b *Δ* 371 *H* 273 *τ* 67, § 309. c *Δ* 385. d *E* 271 al. e *N* 27. f *Z* 400. g In *arsi* est sonus *ι* imperfecti (*ἐ*)*ϝίϝαχε* *Δ* 482 al. et hic illic verborum *πιφαύσκω* § 280, *τιταίνω* § 279, *ἵημι* § 196[7]. Huius verbi sonus *ι* Atheniensibus longus fuit.

sunt: *βιβᾶσ* sive *βιβάσθων*[a], *γίγνομαι*[b], *ϝιϝάχω*[c], *ἰάλλω*, *ἰάπτω*, *λιλαίομαι*[d], *μίμνω* sive *μένω*, *νίσσομαι* sive *νέομαι*[e], *πίπτω*[f], *ἵζω* sive *ἱζάνω*[g], *ἴσχω* sive *ἰσχάνω* sive *ἰσχανάω*[h], *τίκτω*[i], et quae insuper suffixo *inchoativo* sunt ornata: *γιγνώισκω*, *ἴσκω*, *κικλήισκω*, *μιμνήισκω*, *πιφαύσκω*, *τιτύσκομαι*[j]. In *-μι* autem desinunt: *ἵστημι*, *πίμπλημι*, *δίδημι*[k], *ἵημι*, *τίθημι*, *δίδωμι*[l].

Cum stirpe verborum *διδάσκω*[m], *δίζημαι*[n], *ἰάλλω*, *ἰάπτω*[o], *ἰαύω*[p] reduplicationis syllaba tam penitus concrevit ut etiam in futuro et in aoristo permanserit nec non in nominibus *αὐτοδίδακτοσ*[q] et *διδάσκαλοσ*[r]. Idem cadit in participia *τιτήνασ*[s] et *λελιημένοσ*[t], nec non in aoristum posthomericum *καθῖσα*[u]. Praeterea praesentis reduplicationem servarunt futuri *δώσω* altera forma *διδώσω*[v] et nomina *ἱστόσ* (a verbo *ἵστημι*), *ϝιλλάσ* (a verbo *ϝέλλω*[w]), *τιθήνη*[x].

Verbis *ϝεϝίσκω*[y] et *δεδϝίσσομαι*[z] inhaesit reduplicatio perfecti. Prioris verbi *praesens* et *imperfectum* usurpata sunt sola, a stirpe *δεδϝικ* vero etiam *futurum* *δεδϝίξομαι* et *aoristus* *ἐδεδϝιξάμην* ducta sunt. Aevo posthomerico stirps *κρᾱγ*[a] reduplicatione non solum in perfecto *κέκρᾱγα* est munita, sed etiam in futuro *κεκρᾱ́ξομαι* et in nominibus *κεκρᾱ́κτησ*[b], *κεκρᾱγμόσ*[c], *κέκρᾱγμα*[d], *κεκρᾱξιδάμᾱσ*[e].

Similem originem habuit syllaba initialis participii *ἐγρηγορέων*[f] et adiectivi non epici *βέβαιοσ*, quod a stirpe perfecti *βέβηκα* ductum est. Nec non *salutandi* verbum *δεδϝίσκομαι*[g] et substantivum *συνεοχμόσ* id quod recentiorum vox *συνοχή* valens[h] sic sunt conformata.

§ 140. Suffixo *inchoativo*[i] *-σκ-* poetae epici usi sunt in verbis sequentibus: *βάσκω*[j], *ἱλάσκομαι* sive *ἱλάομαι*[k], *γηράσκω*[l], *ἠλάσκω*[m] sive *ἠλασκάζω*[n], *βόσκω*, *ἀλύσκω* sive *ἀλυσκάζω* sive *ἀλυσκάνω*[o], *ἀλδήσκω*[p], *θνήισκω*[q], *βλώισκω*[r], *θρώισκω*[s], *ἐπαυρίσκομαι*[t], *ἔρχομαι*[u], *εὑρίσκω*[v], *μίσγω*[w], *πάσχω*[x],

a § 202. *b* § 261. *c* § 229. *d* § 286^{2}. Stirps non reduplicata protulit verbum Doricum *λῆν velle*. *e* § 292. *f* § 149^{69}. *g* § 220^{2}. *h* § 144. *i* § 236. *j* § 140. *k* § 198. *l* § 196^{8}. *m* § 203. *n* § 200. *o* Aoristum *ἰάφθη* *N* 543 *Ξ* 419 ab huius verbi stirpe repetivit Ebel Kuhns Zschr. IV 167; parum tamen in illos versus quadrare verbum *nocendi* observavit vHerwerden. *p* § 174. *q* *χ* 347. *r* H. Merc. 556. *s* § 279. *t* § 286^{2}. *u* § 220. *v* § 196^{8}. *w* § 265. *x* *Z* 132 al.; cohaerent voces posthomericae *τιθασόσ* et *τιθασεύω*, *θῆσθαι* § 195, fortasse et *τιθαιβώσσειν* § 144. *y* § 242^{2}. *z* § 168. a *ἀνέκραγον*, *κραυγή*. b Ar. Eq. 137 303?). c Eur. Iph. Aul. 1357. d Ar. Pac. 637. e Ar. Vesp. 596. § 161. g Pag. 268 f. h *Ξ* 465. i „Dasselbe Suffix, das in *adolescens* den Verbalstamm charakterisirt, „kennzeichnet im gleichbedeutenden *νεανίσκοσ* den Nominalstamm, und leicht erkennen wir „das Band, welches das kleine als werdendes eng mit der werdenden oder allmählig sich „realisirenden Handlung verknüpft" Curtius Verbum I^{2} 274. Deminutiva in epicis carminibus usurpata sunt nulla, a graviore enim poeticave dictione aliena erant, pag. 199, 276 *o*. j § 202. k § 295^{2}. l § 150^{2}. m *B* 470 *N* 104. Cohaeret *ἀλάομαι*, § 135. n *Σ* 281 h. Ap. 142; sed *ι* 457 pro *ἠλασκάζει* recte l. a. *ἠλυσκάζει*. o § 242^{1}. p *Ψ* 599. Cohaerent *ἤλδανε* *σ* 70 *ω* 368 (impf. an aor.? § 143) et adi. *ἄναλτοσ* ex *ἄν-αλδ-τοσ*, Att. *ἀναλδήσ*. q § 160^{12}. r § 285^{4}. s § 285^{3}. t § 285^{2}. u Ex *ἔρ-σκομαι*, § 308. v § 149^{62}. w *E* *μίγσκω*, § 242^{3}. x *E* *πάθ-σκω*, § 295^{4}.

πτωσκάζω[a], et *reduplicatione* stirpi praemissa[b]: ἀραρίσκω[c], ἀπαφίσκω[d], βιβάσκω[e], γιγνώσκω[f], ἴσκω[g], κικλήσκω[h], μιμνήσκω[i], πιφαύσκω[j], τιτύσκομαι[k], διδάσκω[l], ϝεϝίσκω[m], δεδϝίσκομαι[n].

Etiam ἀέξω[o] et ἀλέξω[p] huius sunt ordinis. Praeterea accedunt multorum verborum formae *iterativae* quae solent dici, ab inchoativis nomine magis quam re discretae[q].

§ 141. Sono ι in dictione epica praesens non solum multorum verborum, quorum stirps in *mutam* vel in *liquidam* desinit, est auctum[r], ut postea, sed etiam verborum quorum stirps desinit in sonum υ vel in sonum σ[s], ex. gr. καίω (καυΐω, κάϝjω)[t], πνείω (πνευΐω, πνέϝjω)[u], τελείω (τελεσίω, τελέσjω)[v].

§ 142. Sono ϑ sive stirpe verbi τιϑέναι[w] in carminibus epicis auctum est praesens verborum sequentium:

1. (ἐδ) ἔσϑω[x] sive ἐσϑίω, amplior forma verbi ἔδω[ij].
2. (βα) βιβάσϑων[z], verbo βαίνω cognata forma[a].
3. (τελ) τελέϑω, verbo πέλομαι cognatum[b].
4. (ἀχ) ἄχϑομαι, verbo ἄχομαι sive ἄχνυμαι cognatum[c].
5. (φλεγ) φλεγέϑω sive φλέγω.
6. (ϑαλ) ϑαλέϑω sive τηλεϑάω[d], forma auctior verbi ϑηλέω[e].
7. (νεμ) νεμέϑω[f] sive νέμω.
8. (ὀρ) ὀροϑύνω, verbis ὄρνυμι et ὀρίνω cognatum[g].
9. (ἀγερ) ἠγερέϑομαι, a verbo ἀγείρω[h].
10. (ἀερ) ἠερέϑομαι, a verbo ἀείρω[i].

Eadem ratione a stirpe φα(ϝ)[j] ductum est participium φαέϑων[k], a stirpe ἰ autem ἰϑύ(ν)ω[l]. Etiam Ἀρέϑουσα fontis nomen[m] sic natum esse videtur, cohaerere enim cum verbis ἄρδειν et ῥαίνειν[n], nec non verbum ἐρέϑω sive ἐρεϑίζω, e communi enim cum verbo ἐρίζω stirpe procrevisse.

Stirps φϑι[o] abiit in φϑι-νύω, φϑίνϝω sive φϑίνω, dein in φϑι-νύ-ϑω[p]. Similis fuit figura verbi μινύϑω[q]. Praeterea hic commemoranda sunt:

---

a § 238^{2}. *b* § 138 sq. *c* § 285. *d* § 138^{9}. *e* § 202. *f* § 150^{29}. *g* § 246. *h* § 266. *i* § 204. *j* § 280. *k* § 236*. *l* E διδάκ-σκω, § 203. *m* § 139 et 242^{2}. *n* Pag. 272 g. *o* § 288^{1}, ex ἀ(ϝ)έγ-σκω. *p* § 288^{2}, ex ἀλέκ-σκω. *q* § 146. *r* Facile agnoscitur vocalis in verbo ἐσϑίω § 307, ubi intacta mansit propter duarum consonarum σϑ (ex δϑ) viciniam. *s* § 173 sqq. et 286. *t* § 177. *u* § 186. *v* § 286^{9}. *w* *Tun, doen, do.* In Anglica praesertim lingua qui huius verbi fit usus huc pertinet. *x* Ex ἔδ-ϑω. *ij* § 307. *z* Ex βι-βά-δ-ϑων. a § 202. b § 275. c § 240. d ε 73, Att. ϑάλλω. e § 158^{59}. f Δ 635. g § 284. h § 255 et de prima syllaba § 21. i § 256 et de prima syllaba § 21. j Pag 177 a. k § 151^{5} et 280. l § 162 et 308. m ν 408. Et aliorum fontium hoc fuit nomen. n § 39, 211^{2}, 221. o § 166. p Iterat. ἐφϑινύϑεσκε Δ 491, § 146. q Ο 492 al.; lat. *minuo*.

βαρύθω [a] verbum intransitivum, a stirpe *βαρυ* [b] ductum et *gravandi* verbo *βαρῦνω* sociatum; *πλήθω* item intransitivum, ductum a stirpe *πλη* et *implendi* verbo *πίμπλημι* [c] adiunctum; *γηθέω* a stirpe *γαυ* (*γαϝ*) [d]; *πρήθω* a stirpe *πρη* [e].

De soni *θ* in *aoristo secundo activi* usu dicetur infra [f]. Sed multo saepius usurpatus est in *aoristo passivi*, ut solet vocari transitivorum verborum stirps sono *η* vel syllaba *θη* aucta, dein non actionem sed statum indicans, ex. gr. *καυ- urere, κα(ϝ)η- uri*; *ϝᾱγ- frangere, ϝαγη- frangi*; *μῑγ- miscere, μιγη- misceri*; *πειθ- persuadere, πιθη- obsequi*; *φαιν- ostendere, φανη- apparere* [g]. Quarum stirpium pleraeque inde ab aevo epico insuper sono *θ* sunt auctae [h]. Haec res in iis praesertim aoristis clara patet, quorum biformis fuit stirps, in *η* et in *θη* desinens, ex. gr. *ἐμίγη* et *ἐμῑχθη* [i], *ἐκάη* postea *ἐκαύθη*.

Denique insolitarum formarum *ἐγρηγόρθᾱσι* [j] et *βεβρώθοισ* [k] hic mentio est facienda.

Etiam *nominum* multorum stirpi sonus *θ* superadditus est, ex. gr.: *ψάμμοσ—ψάμαθοσ, κλαυ— κλαυθμόσ* [l], *μαλακόσ—μαλθακόσ* [m]. Et *ἱπποκέλευθε* Patrocli epitheton si integrum est [n], a verbo *κελεύειν* sic est ductum.

§ 143. Verborum termino *-άνω* ex Attica dialecto bene noto poetae epici liberius sunt usi [o]. Sic a stirpe *ἀλ(ε)υ*, quae peperit *vitandi* verba *ἀλέομαι, ἀλεείνω, ἀλύσκω, ἀλυσκάζω* sive *ἠλυσκάζω* [p], etiam *ἀλύσκανε* est ductum [q]. Cuiusmodi praeterita sintne *imperfecti* an *aoristi* nomine designanda, vana solet esse quaestio si *praesens* non est traditum; nam aoristus asigmaticus non nisi sensim ab imperfecto est secretus. Aoristine an imperfecti forma poetae erat *ἤλδανε* [r]? Nescimus, nam utrumvis tempus aptum est locis ubi hoc praeteritum invenitur, praesens autem utrum *ἀλδάνω* an *ἀλδαίνω* fuerit dici nequit, non enim extat. Verbum *ἐκῡ̆δανον* [s] vero imperfectum esse docet praesens *κῡδάνει* [t], verbi *κῡδαίνω* [u] forma brevior.

Sonum *ᾰ* verborum *ἱκᾰ̆νω* [v], *κιχᾰ̆νω* [w], *φθᾰ̆νω* [x], *ᾰ̆νω* [ij] effecit vocalis *υ* consonae *ν* primitus submissa, ut in verbis *φθινύθω* et *μινύθω* [z]; olim enim fuerunt *ἱκα-νύω, κιχα-νύω, φθα-νύω, ἀνύω*, sive *ἱκάνϝω, κιχάνϝω, φθάνϝω, ἄνϝω* [a].

§ 144. E multis stirpibus monosyllabis *consona* terminatis in

---

a *Π* 519 Hes. Oper. 215. *b* Adi. *βαρύσ*, § 286^{10}. *c* § 196^{3}. *d* § 175. *e* § 196^{4}, Att. *πίμπρημι*. *f* § 151. *g* Curtius Verbum II^{2} 358 sqq. *h* Aliter Wackernagel Kuhns Zschr. XXX 305. *i* § 154 sq. *j* § 161. *k* § 307. *l* Pag. 256 *g*. *m* § 34. *n* *Π* 126, 584, 839. *o* Suspectum est *πιμπλάνεται* *I* 679, incertum *ἐκύνθανον* *Γ* 453, codd. *ἐκεύθανον* vel *-νεν*. Tragicorum poetarum dictioni propria fuerunt *φυγγάνω, λιμπάνω, κιγχάνω*. *p* § 180. *q* *χ* 330, § 242^{1}. *r* *σ* 70 *ω* 368. *s* *Υ* 42. *t* *Ξ* 73. *u* *Κ* 69 al. *v* § 231. *w* § 208. *x* § 207, Att. *ᾰ*. *ij* § 292**. *z* § 142. a Pag. 113 *e*.

lingua epica procreverunt stirpes disyllabae vel polysyllabae in *vocalem* desinentes. Cuiusmodi verbis vim *intensivam* vel *frequentativam* fuisse propriam, apparet verbo εὐχετάομαι vel λαμπετάω collato cum verbis latinis in *-tare* desinentibus; eodem enim suffixo haec sunt ornata. Sed poetae epici verba derivata promiscue fere cum primitivis usurparunt et in conformandis huiusmodi verbis magna libertate versati sunt. Ex. gr.:

τρέμω, τρομέω.	πέρθω, πορθέω [h].
φέρω, φορέω [a].	στείχω, στιχάω.
πέλομαι, πωλέομαι [b].	ἴσχω, ἰσχάνω, ἰσχανάω [i].
νέμω, νωμάω.	φαίνω, παμφαίνω, παμφανάω.
εἴρομαι, ἐρέω, ἐρεείνω, εἰρωτάω [c].	νέομαι, νοστέω.
δέχομαι, δοκάω [d], δοκεύω.	οἴχομαι, οἰχνέω.
τρέπω, τροπάω, τροπαλίζομαι [e].	ὄρνυμι, ὀρίνω, ὀροθύνω.
στρέφω, στροφάω, στροφαλίζω [f].	εὔχομαι, εὐχετάομαι.
τρέχω, τροχάω [g].	λάμπω, λαμπετάω.
ἅπτω, ἀφάω.	ναίω, ναιετάω [j].

In -ιάω desinunt:

ἄντομαι, ἀντάω, ἀντιάω.	δέρκομαι, δερκιάομαι [m].
θάλπω, θαλπιάω [k].	ἀείδω, ἀοιδιάω.
κέλομαι, κελεύω, κελευτιάω [l].	γελαίω, γελοιάω [n].

Item haec verba, quorum stirps brevior non nisi in nominibus superest:

κῦδοσ, κυδιάω [o].	κελαινόσ, ἀκροκελαινιάω.
μῆτισ, μητιάω [p].	φάλαρα, φαληριάω.
γλαυκόσ, γλαυκιάω.	ἕδρη, ἑδριάομαι [q].

Etiam post Homeri aetatem lingua Graeca ferax fuit verborum in -ᾶν vel in -ιᾶν desinentium, ex. gr. γειτ(ο)νιᾶν [r]. *Proprii* quid sic indicabatur, ut epicis verbis modo allatis γλαυκιάειν, -κελαινιάειν, φαληριάειν, saepe autem *studium* vel *morbus*, ex. gr. τοκᾶν [s], φονᾶν [t], χολᾶν [u], ναυτιᾶν [v], μαθητιᾶν [w]. Cuius usus vetustissimum exemplum est participium δεδοκημένοσ [x].

Verborum *desiderativorum* in -σείω desinentium, quae postea crebra

---

a § 311. *b* § 275. Insolitus est sonus ω huius verbi et proximi νωμάω. *c* § 264.
d Solum δεδοκημένοσ O 730, = δεδεγμένοσ ἐν προδοκῇσι Δ 107, Att. προσδοκῶν. *e* § 251.
f § 248; substantivum στροφάλιγξ. Simile est suffixum vocis τροφαλίσ a verbo τρέφω ductae Ar. Vesp. 838 al., quae in priscis carminibus non invenitur. *g* § 310.
h § 211. *i* De *cupiendi* verbo ἰχανάω hinc alieno P 572. *j* Sic *studendi* verbum posthomericum μελετᾶν est ductum a verbo μέλειν *cordi esse*. *k* Hoc intransitivum. *l* § 266. *m* Hes. Theog. 911. *n* Disyllaba est horum verborum stirps. *o* -κύδᾱσ § 150[7], κυδάνω sive κυδαίνω § 143. *p* Similis intercedit ratio inter nomina μῆτισ et μητιέτα pag. 162 *u*. *q* § 220. *r* Ar. Eccl. 327 al. *s* Cratin. fr. 449. *t* Soph. Ant. 117 Philoct. 1209. *u* Ar. Nub. 833 al. *v* Thesm. 882 al. *w* Nub. 183. *x* Nota *d*.

fuere, ex. gr. δρᾱσείω, ναυμαχησείω, ἐνδωσείω, apud Homerum inveniuntur primitiae in hoc versu:

ὀψείοντεσ ἀϋτῆσ καὶ πολέμοιο | ...'κίον ἀϑρόοι[a].

In -σιᾶν, ut comicorum verbum κλαυσιᾶν sive κλαυμάτων δεῖσϑαι[b], epicum verbum nullum desinit.

Separatim commemoranda sunt verba quae in -άζω (-τάζω, -στάζω, -σκάζω) desinunt a stirpe breviore ducta:

ἕπω, ὀπάζω[c].	ἕλκω, ἑλκυστάζω.
ὄνομαι, ὀνοτάζω[d].	ϝ(ε)ρύω, ῥυστάζω[f].
ἀγείρω, ἀγυρτάζω[e].	ἀλέομαι, ἀλύσκω, ἀλυσκάζω[g].
νεύω, νευστάζω.	πτώσσω, πτωσκάζω[h].

Etiam verbum ἀβροτάζω, cuius una forma ἀβροτάξομεν aetatem tulit, huius fuit ordinis, nam a stirpe verbi ἁμαρτάνω est ductum[i].

E verbis in -ώσσω desinentibus unum iam commemoratum est, πτώσσω[j], natum e stirpe π(ε)τ, unde etiam πέτομαι, πίπτω, πτοιέω, πτῆξαι, πτώξ, πτωχόσ procreverunt[k]. Apud Homerum hic terminus apparet etiam in *venandi* verbo ἀγρώσσω[l] a stirpe verbi ἀγρέω[m] ducto et in verbo incertae originis τιϑαιβώσσω[n]. Recentioris sunt aevi quae praeterea sic conformata sunt: καρδιώσσω, λῑμώσσω, ὑπνώσσω, ὀνειρώσσω, et *deminutiva* ἐξαπατύλλω, πλανύττω, similia. Qualia non nisi vulgari vel iocoso generi dicendi conveniebant[o].

Verborum complurium aliae formae a stirpe in -α, aliae a stirpe in -αδ desinenti sunt ductae:

ἀγαπάω, ἀγαπάζω.	ϝειλυφάω, -φάζω[r].
ἀνιάω, ἀνιάζω.	ϝῑσάω[s], ϝῑσάζω.
ἀντιάω, ἀντιάζω[p].	ὀπᾶων, ὀπάζω[t].
βιάω, βιάζω.	οὐτάω[u], οὐτάζω.
γουνάομαι[q], -νάζομαι.	πειράω[v], πειράζω.
εὐνάω, εὐνάζω.	σκιάω, σκιάζω[w].

Addendum esset verbum ἀτῑμάω sive ἀτῑμάζω, nisi prior forma deberetur librariorum erroribus[x]. Verbi epici σκεπάω[ij] apud posteros

---

a Ξ 37 sq. *b* Ar. Plut. 1099. *c* § 247. *d* § 305[6]. *e* § 255. *f* § 293. *g* § 242[1]. *h* § 238[2]. Similia sunt μολπάζω Ar. Ran. 379, κυπτάζω Nub. 509 al., ῥιπτάζω Lys. 27, κλαστάζω Eq. 166, δρασκάζω Solon apud Lys. X § 17, σαρκάζω (= σαρ-σκάζω) Ar. Pac. 482, χασκάζω (= χν-σκάζω) Vesp. 695. *i* § 149[47]. *j* Nota *h*. *k* § 216. *l* ε 53. *m* ἀγρετόσ, ἄγρη, -άγρια, al. *n* ν 106, § 139. *o* Pag. 272 i. *p* § 211[5], fut. ἀντιάειν, aor. ἀντιάσαι, praesens apud posteros. *q* Codd. γουνοῦμαι, § 191. *r* § 265. *s* Solum iterat. med. 'ϝῑσάσκετο Ω 607. *t* § 247. *u* χ 356. Aor. οὖτα § 150[9]. *v* Hinc novum verbum πειρητίζω est ductum. *w* Solus aoristus σκιάσῃ Φ 232. *x* π 307 ἀτῑμᾶι leg. ἀτίζει, φ 99 ἀτίμᾱ leg. ἄτιζε (item Soph. Ai. 1129), ψ 28 ἀτίμων leg. ἀτίμασαν et pro ἀτιμησ- vel ἠτῑμησ- Α 94 Ι 62 al. leg. ἀτῑμασσ- coll. ἀτίμασεν Α 11, ut οὐτασσ- pro οὐτησ- a verbo οὐτάζω § 150[9]. Adi. ἀτίμητοσ Ι 648 Π 59 a verbo τῑμάω ductum nihil suspecti habet. *ij* ν 99.

auctior forma fuit σκεπάζω, et ἀγοράομαι postea — sed etiam vi mutata — dictum est ἀγοράζω [a].

Stirps biformis in -α et in -αν desinens erat verbis κραδάω sive κραδαίνω, ὑφάω [b] sive ὑφαίνω, φάω [c] sive φαίνω. Similis erat varietas verborum in -ΐω sive -ΐνω, -ῡω sive -ῡνω desinentium: τΐω — τΐνω, ἀρτῡω — ἀρτῡνω, aliorum [d].

Stirpe in -αδ et stirpe in -αν desinenti usum est verbum θαυμάζω sive θαυμαίνω [e].

Separatim commemoranda sunt verba ἀγοράομαι sive ἀγορεύω [f] et ὑλάω sive ὑλακτέω.

Ut α et αδ, sic ε(η) et ιδ alternabant in verbis sequentibus:

αἰτέω, αἰτίζω.	κομέω, κομίζω.
αἰνέω, αἰνίζομαι.	ὁπλέω [i], ὁπλίζω.
ἀτέω, ἀτίζω.	χατέω, χατίζω.
προκαλέομαι [g], -λίζομαι [h].	στοναχέω, -χίζω [j].

Dubium est ὀχλέω [k] — ὀχλίζω [l], sed ex Hesiodo accedit ἐξεναρέω [m] sive ἐξεναρίζω. Etiam verbum ἑτα(ι)ρίζω [n], quod ἑταιρέω fuit apud posteros, hic est afferendum, nec non eiusdem conformationis sunt:

ἀκαχίζω, ἀκαχήσω, al. [o].	κοναβίζω, ἐκονάβησα.
καναχίζω, ἐκανάχησα.	μοχθίζω, μοχθήσω.

Causativa erat vis verborum δειπνίζω *cenam praebeo* et ϝοικίζω *habitare facio* [p], a verbis δειπνέω *ceno* et ϝοικέω *habito* sic distinctorum; et post Homerum multa verba in -έω et in -ίζω desinentia sic sunt seiuncta. Sed haud vetustum fuisse hoc discrimen docent ἵζειν modo *collocare* [q] modo *considere* [r] significans, οἰκίζειν non solum id quod *coloniam condere* sed et *locum capere* valens apud posteros [s], alia.

Etiam -έω et -εύω nonnumquam alternarunt: ἀχέω sive ἀχεύω [t], δῑνέω sive δῑνεύω, ποντοπορέω [u] sive ποντοπορεύω. Sic verbi in epica dictione rari ζητέω [v] forma gemella fuit ζητεύω [w], verbum quod postea

---

a Ioci mordacis materiem hinc duxit comicus Nub. 1057. *b* η 105. *c* Non nisi ’φάε ξ 502, § 280. Similis fuit adverbii ἀμφαδόν sive ἀναφανδόν varietas. *d* § 162.
e θ 108 h. Ven. 84, § 249. *f* § 306[1]. *g* Solus aoristus (προκαλέσσατο al.) apud Homerum extat, sed simplex καλέω passim. *h* Γ 19 al. *i* ζ 73, et pro ὅπλεσθαι Τ 172 Ψ 159 leg. ὁπλεῖσθαι. *j* A verbi στένω sive στενάχω subst. verbali στόνοσ sive στοναχή. L. a. στεναχέω et στεναχίζω, La Roche Textkritik 351—354. Exemplarium manuscriptorum in hac quaestione nulla est fides; quae si quis velit sequi, ex. gr. Σ 124 scribendum erit στοναχῆσαι, Ω 79 vero ἐπεστενάχησε. Itaque operae vix est pretium annotasse Β 781 in optimo ὑπεστονάχιζε, in recentiorum vero plerisque -στεν- esse scriptum. *k* Solum ὀχλεῦνται Φ 261. *l* Sola ὀχλίσσειε, -αν Μ 448 ι 242 ψ 188, melius ὀχλήσειε, -αν.
m Hes. Clip. 329. *n* Ν 456 Ω 335 h. Ven. 96. *o* § 240. *p* μ 135.
q Β 53 al. *r* Β 96 Ar. Ach. 123 al. *s* Ar. Av. 149 Menand. Monost. 572 Herod. Mimiamb. III 12 al. *t* § 240. *u* λ 12. *v* Ξ 258 (’ζήτεε, vHerwerden δίζετο, ut Bion. VII 2 Mosch. II 28, sed apud Homerum expectatur ’δίζητο) h. Merc. 22 (ζήτει). Alibi verbum cognatum δίζημαι § 200. *w* H. Ap. 215 Merc. 392 Hes. Oper. 400.

ἐπιδημεῖν fuit in Odyssea ἐπιδημεύειν dictum est[a], cum adiectivo νηπίαχοσ cohaerebat νηπιαχεύειν[b]. verbi πέλομαι sive πωλέομαι in carminibus epicis figura tertia erat πολεύω[c], cuius verbi compositum a posteris dictum est ἀμφιπολεῖν[d]. In hymnis est ὀρσολοπεύεισ[e], apud Aeschylum autem ὀρσολοπεῖται[f]; verba ἐμόχλεον[g] et ἐδίσκεον[h] leguntur in carminibus epicis, μοχλεύειν et δισκεύειν apud recentiores; epicum verbum ὀχέειν postea dicebatur ὀχεύειν[i]. Praeterea conferenda sunt δεύομαι[j] Att. δέομαι, verbi χέω aoristus ἔχευα[k], verbi ἀλέομαι aoristus ἠλευάμην[l], verbi ἐρέω auctior forma ἐρευνάω[m], et extra Homerum verbum ἐπιτηδεύω adiectivis ἐπιτηδήσ et ἐπιτήδειοσ cognatum.

In diversa tetenderunt δοκέειν *putare* et δοκεύειν *insidiari* sive *observare*[n], gemella vero erant δοκεύειν et δοκάειν[o], συλεύειν et συλάειν, μωμεύειν et μωμάειν[p].

II. De flexione athematica.

§ 145. In prisca dictione flexio vocali thematica carens sive in -μι liberius quam a posteris usurpabatur[q].

Carmina epica habent has formas verborum flexioni thematicae obnoxiorum:

αἴνημι[r] 1. sing. ind. verbi αἰνέω[s].
ὄρηαι[t] 2. sing. ind. med. verbi ὁράω[u].
τάνυται[v] 3. sing. ind. pass. verbi τανύω[w].
δέχαται[x] 3. plur. ind. verbi δέχομαι[y].
δίενται[z] 3. plur. ind. verbi δίομαι[a].
ἔρχαται, ἐέρχατο sive εἴρχατο[b] 3. plur. ind. verbi (ϝ)έργω[c].
ἐρήομεν[d] et ἔρηο[e] 1. plur. subi. et 2. sing. med. imper. verbi ἐρέω[f].
κείομεν[g] 1. plur. subi. verbi κείω[h].
ἤνυτο et ἀνυῖτο[i] 3. sing. impf. et opt. pass. verbi ἀνύω[j].
φέρτε[k] 2. plur. imper. verbi φέρω[l].
ἔδμεναι[m] inf. verbi ἔδω[n].

---

a π 28. *b* X 502. *c* § 275. *d* Sic Pindarus et Sophocles. *e* H. Merc. 308. *f* Aesch. Pers. 10. *g* M 259. *h* ϑ 188. *i* Ita translatum ut in agricolarum nostratium voce *rijstier*. *j* § 181. *k* § 189. *l* § 180. *m* § 264. *n* § 193². *o* Pag. 275 *d*. *p* μωμεύω ζ 274, μωμήσονται Γ 412, ἀμώμητοσ M 109. *q* Ahrens über die Conjugation auf μι im hom. Dialekte 1838 (= kl. Schr. 1 1—30). *r* Hes. Oper. 683 et Simonid. fr. 5¹⁹. *s* § 295¹. *t* ξ 343 et Creoph. fr., § 191 et 195. *u* § 309. *v* P 393. *w* § 279. Similis est varietas in verbo τίνω, med. τίνυμαι, § 165. *x* M 147. *y* § 227. *z* Ψ 475. a § 199. b Π 481 al. c § 230. d Α 62, § 122. e Α 611. f § 264. Itemne αἴδηο (codd. -εῖο) Ω 503 ι 269? g σ 419. h § 169. i ε 243 et Ω 277, § 120. j § 292**. k Ι 171, sed φέρετ'(ε) P 718. l § 311. m Δ 345 al. n § 307.

λοῦσθαι [a] inf. med. verbi λούω [b].

πέρθαι [c] inf. pass. verbi πέρθω [d].

Aliae indicabuntur infra [e]. Eadem autem libertas obtinebat in *aoristo secundo*, ex. gr.: ἔκλυον imper. κλῦθι et κλῦθε [f] vel aoristi ὤρετο brevior forma ὦρτο [g].

Ratione inversa vocalis thematica est addita nonnullis formis, quae postea ea caruerunt:

κέονται sive κέ(ι)αται [h].

ἱεῖσ, ἱεῖ, τιθεῖ sive ἵησι, τίθησι [i].

διδοῖσ sive διδοῖσθα, διδοῖ sive δίδωσι [j].

Quae ἵεισ, ἵει, τίθει. δίδοισ(θα) aut -η(σ), -ωσ(θα) fortasse sunt scribenda, contractionem enim passae esse non videntur [k]. In aoristo autem secundo πίε [l] est dictum quod postea vocali thematica destitutum fuit πῖθι.

Ea praesertim verba, quorum praesens auctum fuit syllaba νυ, saepe in thematicam flexionem transierunt; quae flexio *optativo* horum verborum postea mansit propria [m]. *Indicativi* huiusmodi formae in Iliade et in Odyssea hae extant: ὀμνυέτω [n], ὤμνυεν [o], -ώμνυον [p], ὤρνυεν [q], ὤρνυον [r], ’ζεύγνυον [s]. Errori videtur deberi verbi -έννυμι imperfectum -εἴνυον [t], sed apud Hesiodum leguntur δεικνύει [u] et ’δείκνυε [v], neque rarae sunt eiusmodi formae in Herodoti textu tradito [w]; epica autem verba τανύω, cuius una forma τάνυται non adscivit vocalem thematicam, et κεῖμαι, cuius una κέονται adscivit, inter se collata docent a dictione vetusta neutram conformationem fuisse alienam; id quod etiam in verbis φθάνω, ἱκάνω, κιχάνω, ἄνω e -νύω natis apparet [x]. Quapropter casui videtur tribuendum quod vocalis thematica e plerisque formarum epicarum modo allatarum salvo metro potest eximi [y].

Suffixum 3ae personae plur. indicativi praesentis in athematica flexione activi erat -ντι, ex. gr. ἵστα-ντι, πίμπλα-ντι, τίθε-ντι, ἵε-ντι, ἄε-ντι, δίδο-ντι, ῥήγνυ-ντι, ἔσ-ντι, quae more solito abierunt in ἱστᾶσι, πιμπλᾶσι, τιθεῖσι, ἱεῖσι, ἀεῖσι, διδοῦσι, ῥηγνῦσι, εἰσί. Sed quae in his sunt properispomena, accentum debent errori posterorum, quibus formae epicae e recentioribus τιθέᾱσι, διδόᾱσι, cet. contractione prodiisse videbantur. Homericum sonant

---

a ζ 216. *b* § 295. *c* Π 708. *d* § 211. *e* § 195. *f* § 149[8]. *g* § 149[48]. *h* § 169. *i* § 196[7]. *j* § 196[8]. *k* Ahrens l.l., Kühner-Blass II 238. *l* § 149[6]. *m* De optativi formis δαινῦτο et δαινύατο pag. 238 *j*. *n* Τ 175. *o* Ξ 278 κ 345 τ 288. *p* μ 303 ο 437 σ 58; item -ομνύω Pind. Nem. VII 103. *q* Ο 613 φ 100 Pind. Pyth. IV 302; item ὀρνύει Ol. XIII 15. *r* Μ 142. *s* Τ 393 (et Ω 783?). *t* Ψ 135, recte l. a. -είλυον. *u* Hes. Oper. 451; sed δείκνυε vs. 526. *v* Oper. 502 Pind. Pyth. IV 391 Mosch. II 100. Item ὄλλυε et ὀλλύεισ Archil. fr. 26, σβεννύεισ Pind. Pyth. I 8, μίγνυον Nem. IV 35, ὀμνυούρᾱσ (= -σᾱσ) inscr. Ion. 5307. *w* De Attica dialecto Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] 153 sq. *x* Pag. 113 *e*. *y* Excipienda sunt ὀμνυέτω Τ 175 et ἐπώμνυεν κ 345.

ἱστᾶσι, *δίδουσι*, *ῥήγνῦσι*, similia. Fortasse tamen satius est in editione hodierna traditum accentum tolerare. Idem dictum esto de *perfecti* 3ª persona plurali simili modo conformata: *ἕστα-ντι*, *τέθνα-ντι*, sive *ἑστᾶσι* et *τεθνᾶσι* vel potius *ἑστᾶσι* et *τέθνᾶσι* [a]. Saepe sic errarunt veteres [b].

Suffixo metaplasto -(*σ*)*αντι* [c] sive -*ᾶσι*, quod in athematica flexione postea regnavit, epica dictio est usa in verbi *εἰσί* forma altera *ἔᾶσι* [d] et in verbi *εἶμι* 3ª persona plur. *ἴᾶσι* [e], nec non in perfecti formis *βεβάᾶσι*, *μεμάᾶσι*, aliis.

CAPUT V.

DE FORMIS ITERATIVIS.

§ 146. Incrementum -*σκ*-, quo complurium verborum praesens et imperfectum ornata sunt [f], praeterea multorum *indicativo imperfecti* vel *aoristi* in carminibus epicis invenitur additum.

Cuiusmodi formarum pleraeque non nisi semel iterumque sunt usurpatae, pro re nata enim libere fingebantur. Frequentes sunt termini -*σκον*, -*σκεσ*, -*σκε*(*ν*), -*σκετο*, -*σκοντο*, rari -*σκομενϑ* [g] et -*σκεο* [h]; alii non extant.

Iterativae vocantur hae formae, quia multae iteratam actionem significant, ex. gr.:

> *ἄλλοτ'* **ἐπαΐξασκε** *κατὰ μόθον, ἄλλοτε δ' αὖτε*
> **'στάσκε** *μέγα ϝιϝάχων* [i].

Complures tamen formis suffixo -*σκ*- carentibus sunt synonymae; ex. gr. *ἦσκον* et *ἦσκε* actionis iteratae vel ingruentis indicium non habent, sed idem valent quod *ἦα* et *ἦεν* sive *eram*, *erat* [j].

Nomine autem solo disiunctae sunt ab *inchoativis* [k], et caeca fors effecit ut aliae hoc, aliae illo nomine designarentur. Ex. gr. *ἔβασκε* inchoativum dicitur, quia praesentis temporis extant formae *βάσκϝ* et -*βασκέμεναι* [l], iterativum vero audit *εἴασκε*, quia praesens *ἐάσκειν* in carminibus quae ad nos pervenerunt non est usurpatum. Utro autem nomine designandum est *ἔφασκε*? Iterativumne fuit priscis poetis, inchoativum vero — sed sine notione actionis inchoatae — recentioris aevi hominibus, cum etiam *φάσκειν* et *φάσκων* dicebantur? Similia conferri possunt multa.

Stirpibus in *vocalem* desinentibus suffixum iterativum sic simpliciter iungebatur; ex. gr.:

---

a § 160. b Ex. gr. *ἀγᾶσθε* pro *ἄγασθε* § 305¹, pag. 33 *a*. c Sic Curtius; oblocutus est G.Meyer. d Primitus *ἔσ-αντι*, § 302. e Primitus *ἴ-αντι*, § 308. f § 140. g *λ* 512. h *Χ* 433 *Ω* 730. i *Σ* 159 sq. j Multo rarius est *ἦσκον* quam *ἦα* (1/18), *ἦσκε* quam *ἦεν* (1/6). k § 140. l § 202.

impf.: εἴα-σκον, ἵστα-σκε, 'μνά-σκετο, οὖτα-σκε[a], 'πωλέ-σκετο, ἐμῡθέ-σκοντο, ἀϝήθε-σκον, ἐκέ-σκετο, 'ῥήγνυ-σκε, 'ῥύ-σκεο.

aor. II: ἔστα-σκε, ἔδο-σκον, ἔδυ-σκε.

In *diphthongum* vero vel in *consonam* quae desinebant stirpes, thematica vocali ε augebantur; ex. gr.:

impf.: 'ναί-ε-σκε, 'παυ-έ-σκετο, ἀριστεύ-ε-σκε, ἔχ-ε-σκεσ, ἐφθινύθ-ε-σκε, ὀλέκ-ε-σκε.

aor. II: ἐϝίδ-ε-σκε, 'γεν-έ-σκετο.

Sigmatici autem aoristi stirps ornabatur vocali α, quae e prima persona numeri singularis in ceteras huius temporis formas olim irrepsit[b]; ex. gr.: ἐλάσ-α-σκε, ἐκρύψ-α-σκε, ὤρσ-α-σκε, ἐδασ-ά-σκετο.

A *passivi aoristo* forma ἐφάνεσκε[c] ducta est sola.

Verbi εἰμί formae iterativae non adsciscebant vocalem ε, sed stirpis sonus σ et sigma suffixi confluebant: ἦσκον, ἦσκε ex ἦσ-σκον et ἦσ-σκε[d].

Nonnullarum stirpium in vocalem desinentium suffixum iterativum erat -εσκ-, ut stirpium in diphthongum vel in consonam, ex. gr. 'ναιετάεσκον[e], 'γοάεσκε[f], 'βουκολέεσκεσ[g], 'φιλέεσκε[h], 'τίεσκε[i], 'σαόεσκον[j]. Qualia peperit necessitas; nam ἐναιέτασκον vel ἐβουκόλεσκεσ dici non sinebant numeri dactylici, ad huiusmodi autem formarum exemplum dicta sunt ἐφιλέεσκε, ἐγοάεσκε, similia.

Anomalae formae 'κρύπτασκε[k], 'ῥίπτασκον[l], 'ῥίπτασκε[m] debentur librariis terminum *imperfecti* -εσκ- cum *aoristi* termino -σασκ- permiscentibus[n].

Iterativas formas augmentum admisisse multi perperam negarunt[o].

CAPUT VI.

DE FUTURO CONSONA σ CARENTI.

§ 147. Sono σ futurum quorundam verborum carebat in dictione epica, ut apud posteros[p]. Cuiusmodi futura contractionem non sunt passa[q]; ex. gr.:

ἀγγελέουσα γυναιξὶ καὶ ὀτρυνέουσα νέεσθαι[r].

---

a Etiam aoristi II haberi haec forma potest, item mox 'ῥύσκεο, § 148. *b* Pag. 242 *w*. *c* § 155[6]. *d* Codd. ἔσκον, ἔσκε, pag. 264 *a*. *e* *B* 539 al. *f* *Θ* 92; similia *O* 723 *δ* 368 *ε* 480 *ψ* 353. *g* *Φ* 448. *h* *Z* 15 al.; similia *B* 770 *Υ* 28 *ω* 390 Hes. Clip. 162. *i* *N* 461 al. *j* *Θ* 363. *k* *Θ* 272, leg. -ψασκε coll. ἔδυσκε vs. 271; Hes. Theog. 157 recte l. a. κρύπτεσκε, ut ἀνίεσκε ibidem. *l* *O* 23 Hes. Clip. 256, leg. -ψασκον. *m* *Ψ* 827 leg. -πτεσκε, *θ* 374 *λ* 592 *τ* 575 leg. -ψασκε coll. *λ* 592 cum vicinis κύψειε 585, ἀπολέσκετο 586, καταζήνασκε 587, ἀπεστρέψασκε 597, ὤσασκε 599. Simile vitium ταρφθ- pro τερφθ- pag. 283 *j*. *n* Fortasse et cum verbo ῥιπτάζω. *o* Pag. 263 *p*.

p Excipienda sunt verba in -ίζω § 210 et nonnullae stirpes in λ vel ρ desinentes § 254.

q § 7. *r* *σ* 186 *χ* 434, 496.

Similia sunt:

a stirpibus in liquidam desinentibus: σημανέω, βαλέει, κτενέειν, θανέεσθαι, al.[a].

a stirpibus in ασ: κρεμάω, δαμάει, ἐλάειν, ἀντιάων, al.[b]. — Sed et -ελάσσω[c].

a stirpibus in εσ: κορέεις, τελέουσι, καλέων, ὀλέεσθε, μαχέονται, al.[d]. — Sed et ὀλέσσω[e], μαχέσσομαι[f].

Similia sunt verbi πίπτω futurum πεσέομαι[g] et rara verbi εἰμί forma ἐσσεῖται, quae ἐσσέεται legenda videtur[h].

a stirpibus in υσ: ἀνύω[i], ϝερύω[j], τανύω[k]. — Sed et ἀνύσσομαι.

Futuri vice fungebantur βίομαι[l] *vivam* et δήω *inveniam*[m], nec non, quae in recentioris aevi lingua servata sunt: ἔδομαι[n] et πίομαι. Similis autem fuit usus verborum κείω *cubitum eo*[o], εἶμι *eo*[p], νίσσομαι sive νέομαι *redeo*[q], quae res mira videri non potest vim verbi μέλλειν[r] et ipsam futuri vim considerantibus[s]. Nam quantillum sit discrimen inter notiones *eo* et *iturus sum* apparet in verbis χαῖρέ μοι . . ., αὐτὰρ ἐγὼ νέομαι[t] et similibus, quibus utraque apta est.

CAPUT VII.

DE AORISTO SECUNDO.

I. De aoristo II activi et medii.

§ 148. In carminibus epicis brevior verborum stirps suffixis temporum historicorum multo frequentius est ornata quam in lingua recentiore[u]. Cui flexioni quod adhaeret aoristi *secundi* nomen, cum aliis artis grammaticae nominibus[v] arguit praeposteram doctrinam veterum ludimagistrorum, dictionem Homeri e sua ipsorum repetentium[w]. Ab *imper-*

---

a Contracta βαλῶ *P* 451, βαλεῖν h. Merc. 374, ἐκφανεῖ *T* 104, κτενεῖ *O* 65, 68 *Ψ* 412, ἀμφιβαλεῦμαι χ 103, καμεῖται *B* 389, ὀμοῦμαι *A* 233 *I* 132 *Φ* 373 υ 229 h. Merc. 274, ὀμεῖται *I* 274 Hes. Oper. 194, ὀρεῖται *Y* 140, φανεῖσθαι μ 230. Quorum complura probabiliter possunt corrigi. *b* Contractum δαμᾶι *A* 61. De stirpium in ασ desinentium diectasi § 191. *c* *Ψ* 427, § 287. *d* Contracta μαχεῖται *Y* 26, ὀλεῖται *B* 325 *H* 91 ω 196 h. Ap. 156, ἀπολεῖσθαι l. a. *Θ* 246, τελεῖσθαι ψ 284. *e* § 284². *f* § 291. *g* § 149⁸⁹. *h* § 302. *i* § 292**. *j* § 293. *k* § 279. *l* § 194. *m* *I* 418 al. *n* § 307. *o* § 169. *p* § 308. *q* § 292. *r* Pag. 221 *f, g*. *s* Pag. 253 *a*. *t* ν 61. *u* Curtius docuit ex aoristis 117 vocali thematica ornatis 84 legi in carminibus epicis, 15 alios apud alios poetas vetustos, 17 alios apud Homeri imitatores; in pedestri vero posterorum sermone non nisi 31 vixisse, unum autem horum αἰσθέσθαι apud Homerum non extare. *v* *Perfectum secundum, reduplicatio Attica.* *w* Pag. 31 sq.

fecto autem aoristus secundus neque forma neque origine differebat, sed caeca fortuna aliis praeteritis notionem actionis *absolutae*, aliis, quae sunt simillima, *imperfectae* tribuit. Non enim erat causa interna ob quam ἔβαλον vel ἔτεμον peractam actionem indicaret, ἔγραφον vero id quod *scribebam*, ἔμενον id quod *manebam*; sed ad continuatam iteratamve actionem significandam producta est stirps verborum *iaciendi* et *secandi*: βάλλ-ω, ἔ-βαλλ-ον, τέμν-ω, ἔ-τεμν-ον, *scribendi* vero et *manendi* verborum praesens vel imperfectum incrementum non cepit, peracta autem horum verborum actio indicata est praeterito sigmatico: γράφ-ω, ἔ-γραψ-α, μέν-ω, ἔ-μειν-α [a]. Nullum in Homeri lingua erat flexionis discrimen inter ἔφην et ἔβην, sed imperfectum dici solet illud, quia ab eadem stirpe ductum est praesens φημί, hoc aoristus, quia βῆμι non extat, sed ab aucta stirpe βα-ν sive βα-σκ sive βι-βα praesens et imperfectum sunt ducta.

In aoristo secundo plerisque stirpibus in vocalem desinentibus non addebatur vocalis thematica [b], addebatur vero stirpibus quae in consonam, paucis quae medii sunt generis exceptis [c].

Multarum stirpium in consonam desinentium aoristus auctus est *reduplicatione* [d], quo incremento nonnullis tribuebatur vis causativa [e]. Liberior autem huius syllabae in epica dictione erat usus; compluribus enim stirpibus modo addita est, modo denegata [f]. *Syncopen* quae dicitur multae sunt passae [g].

Versibus autem aptas verborum formas dum eligunt poetae epici et effingunt, multis verbis binos pluresve aoristos tribuerunt vix ullo notionis discrimine disiunctos. Ex. gr. id quod *delectatus sum* in carminibus epicis dicitur ἐταρπόμην, ἐτεταρπόμην, ἐτερψάμην, ἐτάρπην, ἐτέρφθην [h]; sextam formam exhibet τραπήομεν illud, quod ex ἐταρπήομεν metathesi est ductum [i]; septima addenda esset ἐτάρφθην, nisi describentium errori haec deberetur [j]. Quae varietas magnam partem debetur necessitati metricae sive discrimini quod erat inter arsin et thesin, non tota tamen, nam ἐτάρπησαν ex. gr. et ἐτέρφθησαν mensura non differunt.

Qui in carminibus epicis usurpati sunt aoristi secundi, cuncti iam sunt recensendi.

---

a Primitus ἔμενσα. *b* § 150^{1-39}. *c* § 150^{40-50}. Quas aoristi *sigmatici* vocali α nondum aucti (pag. 242 *w*) fuisse formas, primitus igitur fuisse ὦρ-σ-το, ϝάδ-σ-μενοσ, alia, coniecit G. Meyer² § 530; sed vero dissimile hoc videtur cum inter se conferuntur ὦρτο et ὤρετο, § 150^{48} et 149^{85}, inter quas formas ea obtinuit ratio quae inter δέχαται et δέχονται, πέρθαι et πέρθεσθαι, φέρτε et φέρετε. *d* Triginta inter aoristos plus octoginta. *e* λαθ 24, λαχ 25. *f* ἀρ 12, κυθ 22, λαβ 23, πιθ 31, πυθ 33, σεπ 35, ταρπ 38, μ(α)ρπ Hesiod. *g* ἐνεκ 16, ϝεπ 19, κελ 21, μελ 27, σεδ 34, σεπ 35, τεμ 37, φεν 40, μαρπ Hesiod., ἀγερ 44, ἐγερ 57, ἐλυθ 58, πελ 88, πετ 89, σεπ 93, σεχ 94, et quae in mutam liquidae subiectam desinunt ἁμαρτ 47, δαρθ 54, δερκ 55, πενθ 87, περθ 91, χενδ 107. *h* § 250. *i* Pag. 115 *s*. *j* 'τάρφθη τ 213, 251 φ 57, 'τάρφθεν ζ 99, leg. 'τέρφθη, -θεν. De similibus *iterativarum* formarum vitiis pag. 281 *m*.

§ 149. A. Aoristi secundi thematica vocali ornati.

a) Stirpes in vocalem desinentes[a].

1. (δα)[b] δέδαε[c], δεδαέσθαι[d].
2. (φα)[e] 'φάε[f].
3. (χρα)[g] ἔχραε[h], -ετε[i], -ον[j].
4. (δϝι)[k] ἔδϝιε[l].
5. (κι)[m] ἔκιε, al.[n], part. κιών[o]. Praesens κίω in dictione epica non fuit[p].
6. (πι) ἔπιον, al.[q], imperat. πίε[r].
7. (ἐντυ)[s] ἤντυνον, -ε, -ον[t], imperat. -έντυε[u].
8. (κλυ)[v] ἔκλυον, al.[w], imperat. κλῦτε[x] sive κέκλυτε[ij], thematica autem vocali carens κλῦθι[z] sive κέκλυθι[a]. Participium med. κλύμενοσ item thematica vocali destitutum in nomina propria abiit. Longa vocalis formarum κλῦθι et κλῦτε[b] congruit cum imperativis δῦθι, βῆθι, στῆθι, πῖθι (Att.), γνῶτε, brevis formarum κέκλυθι et κέκλυτε cum imperativis θέσ, ἕσ, δόσ, θέτε, -ἕτω, δότε. — Adi. verbale κλυτόσ *inclytus*. Praesens κλύω ab epica dictione fuit alienum[c], ut κίω, sed postea apud tragicos pervulgatum fuit.

Praeteritum ἤντυνον aoristis fortasse non erat annumerandum; nam haud minore iure *imperfectum* id vocaverit quispiam. Omnino autem imperfecti nomine designanda sunt verba ceteroquin ignota et fortasse non integra 'λάε *tenebat*[d], 'λάε *cernebat*[e], 'γόον *lugebant*[f], aoristi enim notio contextui non est apta. Errori debetur ἐνήνεον[g].

---

a Vocalis est ι aut υ, sed intercidit sonus υ sive ϝ stirpium δαυ, φαυ, χραυ. *b* § 203. *c* ζ 233 θ 448 υ 72 ψ 160. *d* Λ 831, l. a. δεδιδάχθαι, π 316. *e* § 280. *f* ξ 502. *g* § 179. *h* Φ 369 ε 396 κ 64. *i* φ 69. *j* Π 352, 356 β 50. *k* § 168. *l* Ε 566 Ι 433 Λ 557 Ρ 666 χ 96. Etiam Σ 34 Ω 358 sic legendum, ubi in codicibus est δείδιε, et apud Hesychium pro εἴδειεν ἐφοβεῖτο leg. εἴδιεν (= ἔδϝιεν). Veri enim dissimile est aoristum his locis praemissa reduplicatione perfecto similem esse factum, ut ἀνήνοθε n⁰ 11 et ἔμμορε n⁰ 80*, licet Q. Smyrnaeus aoristo ἐδείδιον usus fuerit V 282 VII 298, 305 X 450 alibi. Alienum hinc est *fugiendi* verbum 'δίον Χ 251, § 199. *m* § 172. *n* Λ 348 al. *o* Recte Etym. Gud. 324,21 al.; infinitivus apud Homerum non extat. *p* κι-εῖν: κί-νυσθαι = ἀρ-έσθαι : ἄρ-νυσθαι § 284[1] (Curtius). Apud Aeschylum invenitur praesens κίεισ Choëph. 680; Anacr. fr. 4 debetur coniecturae perquam incertae. *q* ο 372 al. *r* ι 347, pag. 279 *l*. *s* Si aoristus hic est vocandus, § 263. *t* Ε 720 Θ 382 ψ 199 (codd. -νον), 289 h. Cer. 377. *u* Θ 374. *v* § 183. *w* Α 43 al. *x* Β 56 al. *ij* Γ 86 al. *z* Α 37 al. a Κ 284 al.

b Non nisi versuum initio hae formae sunt usurpatae. c Legitur tamen κλύουσιν Hes. Oper. 726. d τ 230, λάων vs. 229. e H. Merc. 360. f Ζ 500, sed sincera haec forma non videtur. g Η 428, 431 α 147 π 51, leg. ἐνήεον, ut Ψ 139 al.

b) Stirpes in consonam desinentes.

1) Reduplicatione ornatae.

9. (ἀγ) ἤγαγον, al.[a]. Aoristus mixtus ἄξετε, al.[b]. Praesens ἄγω, al., ut postea.

10. (ἀλκ)[c] ἄλαλκε, al.[d].

11. (ἀνεθ)[e] -ανήνοθε[f]. Homonymum erat *perfectum* ἀνήνοθε[g]. Stirpis vocali in ο mutata utebantur etiam ἔμμορε (aor. et perf. homonymum[h]), ἤμβροτον[i], ἔτορον[j]; fortasse etiam ἄορτο[k] est conferendum.

12. (ἀρ)[l] ἤραρε, al.[m], participium med. ἄρμενοσ sine reduplicatione vel vocali thematica[n].

13. (ἀφ)[o] ἤπαφε, al.[p], med. ἀπάφοιτο[q].

14. (ἀχ)[r] ἤκαχε[s], med. ἀκάχοντο, al.[t].

15. (γων)[u] ἐγέγωνον[v], -νε[w], -νον[x], inf. γεγωνέμεναι[y] sive -νεῖν[z] Participium γεγωνώσ suffixo perfecti est ornatum, nisi legendum est γεγωνών[a]. Propter sonum ω in aoristo secundo ceteroquin inauditum[b] fuit qui omnes huius verbi formas ad praesens et imperfectum referens scriberet γεγώνειν et γεγώνων[c]; sed locutio ὅσον τ' ἐγέγωνε βοήσασ aoristi fuit, non imperfecti[d]. Praesens in carminibus epicis non extat, postea fuit γεγωνέω[e] sive γεγωνίσκω[f].

16. (ἐνεκ)[g] ἔνεικε (imperat.)[h], ἐνεικέμεναι[i]. Ceteroquin mixti aoristi formae ἤνεικα, al. sunt usurpatae[j]. Att. ἤνεγκον.

17. (ἐνιπ)[k] ἐνένῑπε[l] et *posteriore* stirpis parte reduplicata ἠνίπαπε[m].

18. (ἐρυκ)[n] ἠρύκακε, al.[o], item posteriore stirpis parte geminata.

---

a *Δ* 663 al. *b* § 152[1]. *c* § 288[2]. *d* *I* 605 al., ἀλάλκῃσι *κ* 288.
e Pag. 74. *f* *B* 219 *K* 134 *Δ* 266 h. Cer. 280 Hes. Clip. 269 Apoll. Rh. I 664 IV 276. Reicienda est l. a. ἐνήνοθε, stirpi enim vocalis α inhaeret. Apud recentiores sic usurpatum est verbum ἐπανθεῖν Ar. Eccl. 903 al. *g* *ϑ* 365 *ϱ* 270 h. Ven. 62.
h N[0] 80*. *i* N[0] 47. *j* N[0] 101. *k* § 256. *l* § 285. *m* *Δ* 110 al.
n *Σ* 600 *ε* 234, 254 h. Merc. 110, § 150[41]. *o* § 138[9]. *p* *Ξ* 360 al.
q *I* 376 al. *r* § 240. *s* *Π* 822 al. *t* *Θ* 207 al. *u* § 260.
v *μ* 370 *ϱ* 161, codd. -νευν. *w* *Ξ* 469 *Ω* 703 *ϑ* 305; item *X* 34 *Ψ* 425 *φ* 368, ubi in codd. est ἐγεγώνει, et in locutione ὅσον τ' ἐγέγωνε βοήσασ *ε* 400 *ζ* 294 *ι* 473 *μ* 181. Quae verba sic esse scribenda, non τε γέγωνε, gnomicum igitur aoristum esse, non perfectum, docet metrum, pag. 52 *f*; praeterito ἐγέγωνον etiam tragici sunt usi, ex. gr. Aesch. Prom. 657. *x* *ι* 47, codd. -νευν. *y* *Θ* 223 *Δ* 6. *z* *M* 337. a ἤϋσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γεγωνώσ *Θ* 227 *Δ* 275, 586 *M* 439 *N* 149 *P* 247. Nauck γεγωνόσ (adiectivum). Neutrum γεγωνόν (adiectivum an participium?) in epicae dictionis parodia usurpavit Antiphanes comicus fr. 196. b Longo tamen stirpis sono etiam aoristi μεμηκεῖν, ἐνενῖπεῖν, πεπληγεῖν, ἐπαυρεῖν, χραισμεῖν, εὑρεῖν, αἰσθέσθαι sunt usi. c Ahrens Jahresber. d. Lyceums zu Hannover 1866,5 (= kl. Schr. I 426). d τε γέγωνε scribi non sinunt numeri, not. *w*. e γεγωνέοντεσ inscr. Ion. 5653. f Thucyd. VII 76 Aesch. Prom. 627 Eur. Suppl. 204 al.; fut. γεγωνήσω Eur. Ion. 696, aor. γεγωνῆσαι Aesch. Prom. 990.
g § 311. h *φ* 178. i *T* 194. Congruit ἐνείκοι *Σ* 147, l. a. -αι, § 113.
j § 153[5]. k § 243[3]. l *O* 546 al. m ἠνίπαπε μύθωι in versuum exitu *B* 245 al. n § 228. o *E* 321 al., inf. ἐρῡκακέμεν *E* 262 al., § 126.

19. (ϝεπ)[a] ἔϝειπον, al.[b], ex. ἔ-ϝε-ϝπ-ον[c].
20. (καδ)[d] κεκαδών[e].
— (χαδ)[f] 'κεχάδοντο[g].
21. (κελ)[h] ἐκέκλετο, al.[i].
22. (κυθ)[j] κεκύθωσι[k] et sine reduplicatione 'κύθε[l].
23. (λαβ)[m] λελαβέσθαι[n] et sine reduplicatione ἔ(λ)λαβε, al.[o], med. ἐλλάβετο[p].
24 (λαθ)[q] -λέλαθον, al. *memoriam adimere*[r], med. 'λελάθοντο, al. *oblitum esse*[s], sine reduplicatione autem act. ἔλαθον, al. *latere*[t] et med. 'λάθετο, al. *oblitum esse*[u].
25. (λαχ)[v] λελάχητε, -χωσι *participem facere*[w], sine reduplicatione autem ἔλαχον, al. *participem esse*[x].
26. (λακ et μαρπ) de his dicetur infra[ij].
27. (μακ)[z] ἐμέμηκον[a].
28. (μελ)[b] 'μέμβλετο[c] ex ἐ-μέ-μλ-ετο[d].
29. (ὀρ)[e] ὤρορε *excitavit*[f] et *ortus est*[g].
30. (παλ)[h] -πεπαλών[i], med. πεπάλεσθε et πεπαλέσθαι[j].
31. (πιθ)[k] 'πέπιθε, al. *permovere*[l], med. πεπίθοιτο *permoveri*[m], sine reduplicatione autem 'πιθόμην, al. *obsequi*[n]. Activum ἔπιθον apud poetas posteros[o].
32. (πλαγ)[p] ἐπέπληγον[q], πεπληγέμεν'(αι)[r], med. 'πεπλήγετο, -γοντο[s].
33. (πυθ)[t] πεπύθοιτο[u] et sine reduplicatione 'πυθόμην, al.[v].
34. (σεδ)[w] ἕζετο, al.[x], ex 'σέ-σδ-ετο.
35. (σεπ)[ij] ἕσπετο, al.[z], ἕσπωνται[aa], ἑσποίμην[bb], ἕσπεο[cc], ἑσπέσθαι[dd],

---

a § 306^{3}. *b* *Α* 73 al.; de formis parum epicis ἔϝειπας, ἐϝείπατε, ϝείπατε § 153^{6}.
c Aoristi εἶπον sonus initialis etiam in vetusta litteratura signis *EI* est expressus, ut vera diphthongus. Fortasse indicativi εἶδον sonus similis effecit ut Graeci etiam in *dicendi* verbo, ut in *videndi*, diphthongo ει uterentur. Sed in epicis carminibus nihil valet haec explicatio, nam inter ἔϝιδον et ἔϝειπον similitudo nulla fuit. Homerus dicebatne ἔϝευπον?
d § 213. *e* *Δ* 334. *f* § 220^{4}. *g* *Δ* 497 *Ο* 574. Codd. κεκάδοντο, sed verba κήδομαι et χάζομαι ab ipso poeta permixta esse vix credibile. *h* § 266. *i* *Ζ* 66 al.
a ἐρρώοντο Λ 50 al. *b* § 185. *c* ἐρρώσαντο Λ 529 al. *d* Λ 303 π 441. *e* Γ 62 al.; homonyma sunt ἐρωέω *cesso* N 776 al. et ἐρωή *cessatio* Π 302 Ρ 761. *f* Solum ἐσσεύοντο Β 150 al.; de augmenti et reduplicationis syllaba pag. 100 v—x. *g* § 153^{3}. *h* Ibid. *i* § 150^{37}. Λ 173 Ζ 361 Ι 42 Ν 79 κ 484. *k* Δ 527 al. *l* Pag. 290 *q*. *m* Γ 85 al. *n* Item δορυσσόοσ Hes. Clip. 54. *o* Ε 725 al. *p* L. a. Ω 578. *q* Pro ἐξεσύθη vel ἐξελύθη Ε 293 l g. ἐξῆλθεν, pro ἀπέσσυθεν Hes. Theog. 183 ἀπεσσύαθ᾽ (-το). *r* Aesch. Pers. 865 Soph. Ai. 294 Eur. Alc. 846 al. *s* ι 10 Hes Theog. 83; pro καταχεύετ᾽ (subi. aor.) Oper. 583 leg. καταχείετ᾽ (ind. praes.). *t* Λ 357 al. *u* § 153^{4}. *v* § 150^{39}. *w* Μ 284 al. *x* δ 716 al. *y* Pag. 58 *g*. *z* Similis nominibus νείαιρα et πρέσβειρα fuit terminus. a § 17, 162, 286. b Etiam in *thesi* saepe collocata, pag. 162 *o*. c Hes. Oper. 392; sed ᾰ Σ 551. d λ 584. e ο 317, 324, 333. f Η 157 al. g Ε 661 al. h Ν 79 Ο 82 Τ 164; sed ᾰ Μ 59 al. i § 204, α 39 λ 288 ξ 91 π 77 τ 529 φ 326 χ 38; sed ᾰ π 431 al. j § 204, Π 686 Λ 71 Π 697, 771 δ 106 ο 400. k Γ 25 Π 758 Σ 162; inf. πεινήμεναι § 195. l § 295.

(η) χρήω *vaticinor*[a], χρήομαι *utor*[b]. Ex Hesiodo fortasse accedunt οἰκήω et ὑμνήω[c].

(ω) ϝῑδρώω[d], ζώω[e], -κυρτώω[f], πλώω[g], ῥώομαι[h], τρώω[i], ὑπνώω[j], χώομαι. Similia leguntur in inscriptionibus dialecto Delphica conceptis: συλήοντεσ, ἀπαλλοτριώιη, δουλώηι, κλᾱρώειν, μαστιγώων, στεφανωέτω.

§ 191.[k] Contractio in flexione temporum praesentis et imperfecti, ut omnino, a dictione epica erat aliena[l]. In tradito tamen textu multae horum temporum formae leguntur contractae. De quibus ut recte possit statui, duae potissimum res sunt tenendae. Quarum prior haec est: linguae Graecae non fuisse, in tempore praesenti *breviore* stirpis forma uti quam in futuro vel in aoristo, sed *ampliore* potius; primitus igitur dicta esse τῑμᾱ́(j)ω, φιλή(j)ω, δουλώ(j)ω, similia[m], vocalem autem ante vocales correptam effecisse ut τῑμᾰ́ω, φιλέω, δουλόω possent dici[n] et in priscis carminibus dicta sint saepissime; sed cum syllaba sequenti *confluere* vocales sic correptas prius non potuisse quam in ipsum sermonem communem receptae per temporis spatium haud exiguum firmiter huic inhaesissent, multo igitur recentioris aevi fuisse contractas formas τῑμῶ, φιλῶ, δουλῶ quam primitivas τῑμᾰ́ω et ceteras quae sunt huiuscemodi.

Altera rerum quas dicebamus optime indicatur verbis Lehrsii: „eadem via, qua centum falsi versus irrepserint, sexcentos irrepere „potuisse, et si ratio suadeat spurios iudicare, non posse obstare quod „in multis suadeat"[o]. Nam pro versibus spuriis si dicuntur verborum formae vitiosae, fit observatio nunc nobis utilissima. Iis autem hominibus qui σπείουσ pro σπέεοσ, κρειῶν pro κρεάων, quin ipsis versuum numeris invitis ἕωσ pro ἧοσ aut scribere potuerunt aut scripta patienter ferre, qui insanas voces ἥϊκτο, ἐϋρρεῖοσ, ἀδελφειοῦ, Αἰόλου fecerunt ex epicis ἐϝέϝικτο, ἐϋρρεέοσ, ἀδελφεόο, Αἰόλοο, et ἀκληεῖσ, ἀκλειῶσ scripserunt pro ἀκλεέεσ, ἀκλεέωσ, iis intolerabile videri quid potuit in verbis poetae cui ἐξῆν λέγειν ὅ βούλοιτο[p]?

Rhapsodorum videlicet ore dum epica carmina propagabantur potissimum, vetustae quibus poetae usi fuerant verborum formae abierunt in contractas, quibus recentioris aevi homines cum in

---

a Solum χρήων ϑ 79, codd. χρείων, pag. 241; med. part. fut. χρησόμενοσ ϑ 81 al. *b* Solum χρηόμενοσ Ψ 834, codd. χρεώμενοσ, pag. 69 *z*; perf. κέχρημαι γ 266 al. *c* Hes. Theog. 330 et Oper. 2, codd. οἰκείων et ὑμνείουσαι. Sic Sapph. fr. 1[20] ἀδικήει, 26 ποθήω, R. Meister Dial. I 173. Fickio Il. 75 etiam verba πλείω, κλείω, ἀκείομαι, similia (§ 173 et 286) huc trahenti iure oblocuti sunt Stolz Wien. Stud. 1890, 9, Schulze Quaest. Ep. 361. Potius conferenda sunt ἀχεύω sive ἀχέω et similia, pag. 277 *t* et § 240. *d* Θ 543 al., Att. ἱδροῦν. *e* § 194. *f* Hes. Clip. 234. *g* § 185. *h* § 187. *i* φ 293, Att. τιτρώισκειν. *j* Ω 344 ε 48 ω 4. *k* Mnem. 1889, 216 sqq. *l* § 7. *m* § 190. *n* § 17. *o* Lehrs Arist.[2] 348. *p* Pag. 26.

Ionia[a] tum in Attica usi sunt. Non consulto, non constanter, non ab uno aliquo homine temporisve uno articulo id factum est, sed sensim et nemine advertente; multae enim formae, quarum breves soni duo in unum longum confluxerant, numeris haud male conveniebant. Ubi tamen vocalis brevis longo sono proximo hausta perierat, metrum claudicabat; sed ne hae quidem formae versibus magnopere nocebant, quia sonus e contractione natus per tres quatuorve moras protrahi poterat voce declamantis, ita ut hexameter vel sic integris pedibus decurrere videretur.

Postea contractae hae formae permanserunt plerisque locorum, ubi salvo metro poterant tolerari. Quamquam duriores haud pauci sic fiebant versus, ex. gr. ei quorum pes quartus implebatur verbo in spondeum desinenti *ἐφοίτων* vel *κατεκόσμει*, qualia in poetae ore fuerant *ἐφοίταον*, *κατεκόσμεε*[b]. Etiam magis aperta res est in hoc hexametro:

ϝοίνωι Πραμνείωι, ἐπὶ δ' αἴγειον 'κνῆ τυρόν[c],

ubi ad exemplum versus recte sic traditi:

αὐτὰρ ὃ μακρὰ βοῶν Ἀγαμέμνονα 'νείκεε μύθωι[d]

legendum est *'κνέε*[e], ne in disyllabum desinat versus spondaicus[f]. Item in hoc versu:

ὣσ τῶν 'κόμπεε χαλκὸσ ἐπὶ στήθεσσι φαεινόσ[g]

ne legatur id quod exemplaria manuscripta habent (')*κόμπει*, suadent numeri, durus enim est pes secundus voce spondaica impletus neque media parte intercisus[h].

Dactylum autem quoniam flagitabat pes primus si post eum incidebatur oratio[i], et huius versus numeros parum gratos reddidit verbum contractum:

θάρσει, μηδέ τί πω δεδϝίσσεο λαὸν Ἀχαιῶν[j],

ubi poeta dixerat *θάρσεε*[k]. Aperta autem est res in his versibus:

ταρβεῖ οὐδὲ φοβεῖται[l].
ζώγρει, Ἀτρέοσ υἱέ[m].
νωμᾶι ἔνθα καὶ ἔνθα[n].
πειρᾶι ὣσ κε Τρῶεσ ὑπερφίαλοι ἀπόλωνται[o].
μνᾶσθαι οὐδὲ νέεσθαι[p].
μνῶνται οὐδέ τι τόξον ἐΰξοον ἐντανύουσι[q].

Nam nisi restituuntur verborum formae non contractae *ταρβέει*,

---

a Ionica inde a VI° ad minimum saeculo fuerunt *αἰσυμνῶν*, *ἐπᾱράσθω*, *ἐπικαλεῖν*, *ποιῆι*, similia, qualia in lapidibus scripta dehortantur ne codicibus formas epicas, quales sunt *καλέειν* et *ποιέηι*, Herodoto tribuentibus habeatur fides. *b* Pag. 50 *e*. *c* *Δ* 639. *d* *B* 224. *e* Sic Aristarchus. *f* Pag. 46 *c*. *g* *M* 151. *h* Pag. 51. *i* Pag. 54. *j* *Δ* 184. *k* Item *Θ* 39 *K* 383 *Σ* 463 al., *ἄγρεε* *Δ* 512, *'ποίεε* *Σ* 482, *'τάρβεε* *Δ* 388 *η* 51, *ἤσκεεν* *Γ* 388, codd. *ἄγρει*, *ποίει*, *τάρβει*, *ἤσκειν*. Sic *εποιεν* (*ἐποίειν*) cum littera *ν* finali inscr. Ion. 5506. *l* *M* 46 *Φ* 575. *m* *Z* 46 *Λ* 131. *n* *φ* 400. *o* *Φ* 459. *p* *ξ* 91. *q* *φ* 326.

ζώγρεε, νωμάει, πειράε(αι)[a], μνάεσθ'(αι) et μνάοντ'(αι)[b], horum versuum pes primus claudicat[c]. Item pes secundus huius versus:

ὣσ δὲ λέβησ ζεῖ ἔνδον[d],

tertius huius versus:

τοῦ δ' ἥ τοι φωνὴ ῥεῖ ἄσπετοσ[e],

quartus horum:

καιόμεναί τε δεταί, τάσ τε τρεῖ ἐσσυμένοσ περ[f],
τὸ μὲν οὔ ποτ' ἐρωεῖ, οὐδέ ποτ' αἴθρη | κτέ.[g],

nisi revocantur genuinae verborum formae ζέει, ῥέει, τρέει, ἐρωέει[h].

Neque Homericum sonat ἐφορμᾶται γαμέεσθαι[i], licet non insit vitium metricum, sed olim dictum est ἐφορμάεται γαμέεσθαι, et sic locutus est poeta, postea ἐφορμᾶται γαμεῖσθαι dixerunt homines in Ionia et in Attica, et rhapsodi prisca carmina proferentes sic cecinerunt; in scriptis autem exemplaribus mansit id quod numeri ferebant ἐφορμᾶται, sed γαμεῖσθαι propagari vetuit mensura syllabarum. Sic verbum ἔρρεε in altero horum versuum:

αὐτίκα δ' ἔρρεεν αἷμα[j],
κείμενον· ἔρρει δ' αἷμα[k]

numeris defensum evasit integrum, in altero a posteris est contractum.

Ei vero versus, e quibus contractione exemta erat syllaba metro necessaria, in scriptis exemplaribus lecti tolerabiles non videbantur; non enim canentis vel declamantis voce eiusmodi vitia etiam velabantur. Quapropter homines litterati, in quorum manus pervenit textus carminum epicorum infectus socordia rhapsodorum, ruens metrum variis remediis fulcire conati sunt.

Et omnium quidem remediorum simplicissimum hoc erat, ut *longa* haberetur syllaba *brevis* contractae praemissa; in cuiusmodi errores per artis grammaticae infantiam facile incidebant legentes, ambiguis litterarum signis *E* et *O* etiam longos sonos significantibus decepti. Sic verba ἐάω, ἐάωμεν, ἐάουσι cum in ore rhapsodorum cessissent formis ipsorum aetate vulgaribus ἐῶ, ἐῶμεν, ἐῶσι et in scriptis carminum exemplaribus reddita essent signis vetustis εο, εομεν, εοσι, postea a viris prave doctis, qui recentiore litteratura utebantur, scripta sunt εἰῶ[l], εἰῶμεν[m], εἰῶσι[n]. Quidni? Nonne Homeri erat τὸ ἐπεκτείνειν sive φωνήεντι

---

a Pag. 235 a. Pro μυθεῖαι θ 180 (μύθεαι β 202) et νεῖαι λ 114 μ 141, quorum vocalis thematica cum sono radicali confluxit, leg. μυθέεαι et νέεαι (corr. Knight), pag. 67 *l*, 236 *d*, *e*. Imperativi αἰδεῖο Ω 503 ι 269 (§ 289) et ἐρεῖο vel ἔρειο Δ 611 (§ 264), qui eodem incommodo laborant, sonum ει in arsi habent; leg. αἴδηο (?) et ἔρηο (pag. 236 *k*, *l*, 278 e). Imitati sunt Leonidas Epigr. 70 νεῖο, Apoll. Rh. III 1035 μειλίσσειο (longus sonus ει unde?).

b De sono ᾱ § 190. *c* Pag. 82 *e*—*m*. *d* Φ 362. *e* H. Ven. 237. *f* Δ 554 Ρ 663. *g* μ 75. *h* Pag. 83. *i* α 275. *j* Δ 140. *k* Ρ 86. *l* Δ 55. *m* (L. a. σ 420) φ 260. *n* Β 132 Δ 550 Ρ 659 Υ 139.

μακροτέρωι χρῆσθαι τοῦ οἰκείου[a]? Eadem fuit origo verborum πωτῶντο[b], τρώχων[c], στρωφῶσι[d], τρωπῶσα[e]: at poeta dixerat ᾽ποτάοντο, ᾽τρόχαον, στροφάουσι, τροπάουσα[f]. *Nominum* autem monstra in lucem haec causa protulit δείους, σπήεσσι, κρειῶν, ὠτώεντα, alia, quae in textu tradito obtinuerunt locum formarum sincerarum δϝέεος, σπεέεσσι, κρεάων, οὐατόεντα[g].

An Graecum aliquando fuit εἰῶ vel τρωχῶ? Ne veteribus quidem est visum, qui ubi talia vitare poterant vocem vicinam amplificando, vitarunt. Non enim κ᾽ εἰᾷς scripserunt, sed κεν ἐᾷς[h], non: ἐπισσεύεσθ᾽, εἰᾶν δ᾽ ἔναρα βροτόεντα aut: τοὺς δ᾽ εἴα φθινύθειν aut: τὸν δ᾽ εἰῶμεν, sed: ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν[i] et: τούσδε δ᾽ ἔα[j] et: τόνδε δ᾽ ἐῶμεν[k]. Ipse autem poeta dixerat: κ᾽ ἐάηις et: ἐπισσεύεσθ᾽, ἐάειν et: τοὺς δ᾽ ἔαε et: τὸν δ ἐάωμεν. Similia sunt: νῶϊ(ν) ἐῶ pro: νῶ᾽ ἐάω[l], ἀμφοτέρω γὰρ σφῶϊ φιλεῖ pro: ἄμφω γὰρ σφῶϊ φιλέει[m], ζωοῖσιν ὁρᾶσθαι pro: ζωοῖσ᾽ ὁράεσθαι[n], ἀνεστενάχοντο γοῶντες pro: -χον γοάοντες[o], ἐκφανεῖ ὅς πάντεσσι pro: ἐκφανέει ὅς πᾶσι[p], ταρβεῖ ἐπειδὰν πρῶτον pro: ταρβέει αἴ κεν πρῶτον[q].

Etiam verbum γουνοῦμαι pepererunt vetusta litterarum signa male intellecta. In Homeri ore hoc fuit γουνάομαι sive γουνάζομαι[r], in rhapsodorum vero ore -αο- abiit in -ω-, quod γονομαι scriptum, a posteris autem non recte acceptum, dein litteris γουνοῦμαι redditum est[s].

Vel clarius verum translucet in hoc versu:

οὐδὲ μὲν οὐδὲ Τρῶας ἀγήνορας εἴασεν Ἕκτωρ[t],

ubi metrum neque εἴασ᾽ neque εἴα sinit scribi; mendosus enim est hexameter in vocem spondaicam desinens[u], magis mendosus si insit hiatus illicitus[v]. Restituenda est imperfecti forma prisca εἴαεν Ἕκτωρ.

Corrupta autem non sunt ἔα οὐδέ et ἔα ἵεμεναι, quibus *elisionis* signum cum est appictum, sincera esse apparet: ἔα᾽(ε) οὐδέ[w], ἔα᾽(ε) ἵεμεναι[x]. Et ἧρκει ὄλεθρον, κάλει ἐνθάδε, κάλει εἴ τις ἀκούσηι sponte fiunt sana cum revocantur prisca signa ηρκε (vel ερκε) et καλε, quae interpretanda erant ἧρκε᾽(ε)[ÿ] et κάλε᾽(ε)[z].

Hic illic lectorem advertit *hiatus* ante verbum contractum fatiscens[a], ex gr.: μηδὲ ἔα, με ἔα, με ἐᾶν, ἠὲ ἐᾶν, οὐδὲ ἐῶσι, δὲ ἐῶμεν, ποταμοῖο ἐῶσιν vitiose scripta pro: μηδ᾽(ἐ) ἔαε[b], μ᾽(ε) ἔαε[c], μ᾽(ε) ἐάειν[d], ἠ᾽(ὲ) ἐάειν[e], οὐδ᾽(ὲ) ἐάουσι[f], δ᾽(ὲ) ἐάωμεν[g], ποταμοῖ᾽(ο) ἐάουσι[h].

---

a Pag. 31 sq,, 67 *a*. *b* § 216. *c* § 310. *d* § 248. *e* § 251. *f* Nauck Mél. Gr. R. IV 886. *g* Pag. 67 sq. *h* λ 147. *i* *O* 347. *j* *B* 346. *k* *B* 236. *l* *Θ* 428; litteram -ν errori deberi docuit Aristarchus. *m* *H* 280 *K* 554. *n* λ 156 ψ 203. *o* *Σ* 315, 355 ι 467. Sic *Ψ* 211 ἀναστενάχουσιν Ἀχαιοί. *p* *T* 104, § 147. *q* *N* 285. Non redit ἐπειδάν in carminibus epicis, § 326[9]. *r* Similia sunt βιά(ζ)ω, ἀντιά(ζ)ω, alia, pag. 276. *s* *Φ* 74 ζ 149 χ 312, 344, -μην λ 29. Item γουνοῦσθαι κ 521 (l. a. γουνᾶσθαι), γουνούμενος, -νοι *I* 583 *O* 660 *X* 240 δ 433 (leg. γουνώμενος, -νοι). *t* *K* 299; pro εἰάσαμεν γ 151 recte l. a. ἀέσαμεν. *u* Pag. 46 *d*. *v* Pag. 82 *d*. *w* *Π* 731. *x* *X* 206. *ÿ* *N* 440 et l. a. *O* 534. *z* *N* 740 *P* 245; ἔθε᾽ est l. a. μ 407.
a Pag. 323. b *B* 165, 181; veri indicium habet μηδεα in papyro scriptum. c *P* 16. d *X* 339. e θ 509. f δ 805. g σ 420. h *Ψ* 73, pag. 167 *n*.

Auribus paulo delicatioribus *μηδὲ ἐᾶν* vel *ποταμοῖο ἐῶσι* parum placebat, recentiores autem poetae nihil eiusmodi in sua ipsorum carmina admiserunt; in epica tamen poesi toleranda talia poterant videri, duriora enim non erant quam *ὅδε οἶνοσ* vel *ἐμὰ ἔργα*, qualia plurima habebat textus signo ϝ orbatus. Credebantur igitur poetae epici, quibus quodlibet licitum esset[a], etiam in hiatibus vitandis neglegentius versati esse. Nunquam vero fuit tempus quo ne morarum quidem numerus in Homeri hexametris constitisse crederetur aut trochaei spondeique nullo discrimine esse habiti. Itaque *κρειῶν*, *πωτῶντο*, similia scripta sunt ubi necessaria videbantur, multo autem saepius e trochaeo vitioso *dactylus* effictus est — quomodo? Priscane forma, a qua contractio aliena erat, restituta? Hic illic sane id factum est; nam compluribus textus traditi locis leguntur *ναιετάουσι*, *γοάοιεν*, similia[b], quae confirmantur inscriptionibus his similibusque:

ἐνθάδε γᾶσ ὁράοντί σε[[c].
ὄλβον τηλεθάοντι ἐκοίμισεν ὕπνοσ κτἑ.[d]
σέ μεν γοάοντε γονῆε | μυρομένω θάψαν[e].

Nonnullorum autem verborum vocalis *α* in *ε* est mutata more postea inter *Dores* valenti[f], ex. gr. *ποτέονται*[g]. Sed multo pluribus *nova* vocalis est inserta[h]. Id vero *μανιῶδεσ* est *ἐπιχείρημα*, supprimere vocalem genuinam, ut addi possit spuria; conflare duos sonos, ut ante sonum sic natum fiat locus novo sono originis ignotae; contrahere denique duas syllabas, dein syllabam contractam *διεκτείνειν*, ut ipsi veteres sunt locuti, sive *distrahere*, divellere, discruciare. Exemplo sit versus in codicibus sic traditus:

αὐτοῦ δ' ἰχθυάαι, σκόπελον περιμαιμώωσα[i],


ubi poeta dixerat *ἰχθυάει* et *περιμαιμάουσα*, posteri dixerunt *ἰχθυᾶι* et *περιμαιμῶσα*, quid vero est *ἰχθυάαι*? quid *-μαιμώωσα*?

Responderi potest rogando. Quid est *εἱειειειειειλίσσετε* vel *εἱειειειλίσσουσα*, quo verbo usus est Aristophanes cum artem Euripidis imi-


---

a Pag. 26, 32 *b*. *b* Intacta evaserunt *ἄεται* l. a. Hes. Clip. 101, *ἀμφαφάων* l. a. *θ* 196, *ἀοιδιάει* *κ* 227, *-άουσα* *ε* 61, *βοάουσι* l. a. *P* 265, *βριάει* Hes. Theog. 447 Oper. 5, *γοάοιμεν* *Ω* 664, *γοάοιεν* *ω* 190, *-ελάων* *κ* 83 bis, *-ελάειν* l. a. Hes. Theog. 491, *ἱλάονται* *B* 550, *ἰχθυάοντεσ* Hes. Scut. 210, *κραδάων* *H* 213 al., *μειδιάων* h. Bacch. 4, *ναιετάουσι* al. *Δ* 45 al., *οὔταε* *χ* 356, *πέραον* *Π* 367, *-σκίαον* *μ* 436, *στιχάει* *O* 635, *τηλέθαον* al. *P* 55 al., *ὕλαον* al. *π* 5, 9, 162, *ἀμάειν* Hes. Oper. 392, *διψάων* *λ* 584, *-μαιμάει* *Y* 490, *πεινάων* al. *Γ* 25 *Π* 758 *Σ* 162, *ψηλαφάων* l. a. *ι* 416; quorum verborum pleraque dictionis poeticae fuere, Monro Hom. Grammar² § 53. Sic in *nominum* flexione hic illic servata sunt *φάοσ* § 71, *σάοσ* l. a. *Π* 252, *κρεάων* h. Merc. 130. *c* Boeot. 860. *d* Miles. Kaibel Epigr. 223. *e* Car. ibid. 289. *f* In Ionicis inscriptionibus nulla huiusmodi verba hactenus inventa sunt; sed Herodotus iis usus esse fertur. *g* *ἤντεον* *H* 423, § 211, *'μενοίνεον* *M* 59, *ὁμοκλέομεν* *ω* 173, *-κλεον* *O* 658 al., *ποτέονται* *T* 357 *ω* 7, § 216, *τροπέω* *Σ* 224 al., § 251. *h* Transitum faciunt *ἐλάωσι* l. a. *η* 319, *ναιεταώσῃι*, *-σᾶσ* *Γ* 387 *B* 648 al. et in *nominum* flexione *θυραωρόσ*, *πυλαωρόσ* pro *-ουρόσ* (recte l. a. *Ω* 681). *i* *μ* 95.

tando rideret?[a] Ludicras esse voces nemo non sentit, sed ludicri quid inest? Poeta tragicus perhibeturne eiusmodi monstra fingere fuisse solitus, quo facilius canticorum numeros expleret[b]? Minime rerum! Non imperitiae socordiaeve aliquid in versibus pangendis Euripidi a comico obicitur illic, — quo vitio ille minime tenebatur, — sed *musica* eius conamina popello explodenda propinantur. Id quod Aristophanes improbabat — et graviter quidem serioque improbabat, haud exigui momenti rem ratus, — erat mos tunc recens syllabas binis pluribusve sonis ornandi, quoties id ferrent rationes musicae. Itaque his fere signis — quae non nisi exempli causa hic inseruntur — indicari potest id quod comicus histrionem canere iussit:




imitatus vocis eas modulationes quibus Euripides filum manibus nentis protractum depinxerat[c]. Signa vero musica cum absunt, in textu oculis subiecto obscura est vis verbi illius polysyllabi et multos olim latuit: hodie ne etiam lateat non est periculum, postquam e lapidibus et papyrorum fragmentis similia innotuerunt in canticis haudquaquam iocosis scripta, ex. gr: ΩΩΣ (Z I) sive



[d].

Habemus igitur quod respondeatur ad quaestionem modo propositam: quid est ἰχθυάαι vel μαιμώωσα? Non poeticae id est artis, non metricae, sed *musicae*; non *quadrisyllaba* verba his litteris sunt significata, sed *trisyllaba*. Rhapsodi, qui sui aevi sonos carminibus vetustis immiscentes ἰχθυᾶι et μαιμῶσα declamabant, per *binas* syllabas extendebant vocales ᾱ et ω metro invito natas, illam per brevem et longam sive moras tres, hanc per duas longas sive moras quatuor, — sic enim fieri iubebant numeri, — et *binis* sonis ornabant, sic fere haec proferentes:



quae in exemplaribus manu scriptis prisco more signis ιχθυααι et περιμαιμωωσα sunt reddita, ut γλαυκαασ et υμνωων et θιγονουσα et similia sunt exarata in hymnis supra commemoratis. Aut igitur Euripidi et

---

[a] Ar. Ran. 1314 et 1348. [b] De verbo εἱλίσσειν pag. 151 b. [c] Ut Mendelssohn Spinnerlied (Lieder ohne Worte 34) vel St. Saëns Rouet d'Omphale. [d] Prol. ad Aristoph. pag. 138 sq., comment. ad Ar. Ran. 1314.

huius aequalibus concedantur vocis ὕμνοσ genitivus ὑμνώων et vocis ϑνᾱτόσ dativus ϑνατοίοισ, aut etiam Homero talia denegentur necesse est. Monstra „ab omni omnium hominum patrio et quotidiano sermone aliena"[a] sunt γελώωντεσ, δρώοιμι, μνωομένωι, μενοινήῃσι[b], similia pro γελαίοντεσ[c], δρᾱοιμι, μνᾱομένωι, μενοινᾱῃσι scripta, monstra quo crebriora eo acrius insectanda; monstra sunt ὁρόω, ὁράαισ, ὁράᾱι, ὁρόωιτε, ὁράᾱν, ὁρόων, ὁρόωσα, ut ab aliorum[d] sic et ab epicorum poetarum dictione quam maxime aliena et in textu non cantaturis scripto supra quam dici potest absurda, unice autem vera atque genuina sunt ὁράω, ὁράεισ, ὁράει, ὁράοιτε, ὁράειν, ὁράων, ὁράουσα[e]. In eadem causa versantur *nomina* φόωσ[f], σόοσ[g], ϝαστυβοώτησ, Αἰνείωο[h], νηπιέηι, νηπιάᾱσ, quae φάοσ, σάοσ, -βοήτησ, Αἰνείᾱο, νηπιίηι, νηπιίᾱσ sunt scribenda. Etiam dualis numeri terminus -οιιν videtur sic natus esse, primitus enim -ωϊν fuisse[i]; nec non infinitivus vitiosus βαλέειν et similes e βαλεῖν cet. sic protracti esse videntur[j]. Similia denique perpessa sunt quae in textu tradito leguntur: φαάνϑη, φάανϑεν[k], φαάντατοσ, νηπιάᾱσ, αὐτοχόωνον, κραιαίνω, ἐκρήηνα pro: 'φαένϑη, 'φάενϑεν, φαέντατοσ, νηπιίᾱσ, αὐτοχόᾱνον[l], κρᾱαίνω, ἐκρᾱηνα[m].

Sed illo aevo, quo veteres critici carminibus epicis operam tribuere coeperunt, *genuinae* ducebantur διεκτεταμέναι eiusmodi formae[n]. Aristophanes Byzantius lectiones ναιετοώσηι et ναιετόωσαν[o], Aristarchus lectionem σκιόωντα[p] probabat et infinitivorum εὐχετάασϑαι[q] atque ἑδριάασϑαι[r] alpha posterius breve esse perhibebat, aliis criticis longum visum. Apollonius Rhodius inde ab operis sui exordio talia cantavit:

ἀκτῆσ Θρηϊκίησ Ζώνησ ἔπι τηλεϑόωσαι
ἑξείησ στιχόωσιν ἐπήτριμοι[s].

Itaque in magna illa caterva verborum insanorum nullum fuit cui grammatici veteres dixerint: „abin' hinc, dierecte?" et in epigrammatis recentioribus non minus sunt crebra quam in textu carminum epicorum[t]. Res autem ferebat ut totidem essent morarum atque fuerant formae non contractae. Unde efficitur poetam in versu sic tradito:

ὅσ τισ ἀλιτραίνει καὶ ἀτάσϑαλα μηχανάαται[u]

subiunctivo esse usum, scribenda igitur esse ἀλιτραίνῃι et μηχανάηται.

Distractas verborum formas damnavit et correxit Payne Knight[v].

---

a Knight Prol. 46. *b* L. a. *Ο* 82. *c* σ 111 *υ* 390, § 286. *d* Librariis Homeri intempestive memoribus debentur κομόωσι Herodot. IV 191 et ἠγορόωντο VI 11.

e Etiam *iterativae* verborum formae sic sunt corruptae, ex. gr. ἰχϑυάασκον δ 368, nec non *futura* elemento σ carentia, ex. gr. ἐλάᾱν, ἐλόων, § 147. *f* Pag. 177 b.

g Pag. 171 c. *h* L. a. *Ε* 263, 323. *i* Pag. 158 *k*. *j* Pag. 251 *f*.

k Pag. 300 mm, nn. *l* Pag. 58 *g*. *m* § 267. *n* Quinto saeculo priscis eas carminibus firmiter inhaesisse testari videtur inscr. Ion. 5674, § 302. *o* *Γ* 387 *Ζ* 415. *p* *Α* 157. *q* *Ζ* 268. *r* γ 35. *s* Argon. I 29 sq. *t* Kaibel Epigr. 169, 208^{2}, 298^{3}, 312^{14}, 1009^{4}, 1102^{1}. *u* Hes. Oper. 241. Recentiorum vero errores, ex. gr. ὁράατε Q. Smyrn. I 420, non sunt sollicitandi. *v* Not. *a*.

Mox vero Ahrens[a] eas solas, quarum *posterior* vocalis mutata est, emendandas esse autumabat, improbans igitur verbum ὁράᾱι vel ὁράᾱν, sed aequo animo ferens ὁρόω et ὁρόωσαν. Eandem viam Goettling iniit. Dein etiam Leo Meyer perhibuit haud absurdas esse epicas eas formas quae absurdo sane nomine *distractae* vocentur, brevem enim sonum longo vicino *assimulatum* effecisse epicum verbum ὁρόω, *inversa* autem *assimulatione* ex ὁράεισ et ὁράει nata esse ὁράαισ et ὁράαι, quae vero fieri sic non potuerunt ὁρόωσι, ὁρόωνται, ὁρόωσα, ea sola corrupta esse, poetam enim dixisse ὁρόουσι, ὁρόονται, ὁρόουσα[b]. Pro arbitrio igitur multa mutabat, nova monstra vetustis substituens; nam canon quem proferebat adhiberi prius non poterat quam ipsa de quibus disputabatur verba huic essent „assimulata". Quapropter doctrina veterum longe praeferenda est placitis Ahrensii et Meyeri; nam „distractionis" nomine optime indicata sunt verba post contractionem non ab ipso quidem poeta sed a posterioribus „longiora" denuo facta, ut servi in eculeo.

Ad verum dein reversus Iacobus Wackernagel demonstravit Knightium esse sequendum[c].

Haud melioris notae sunt ἀγάασθαι, ἀγάασθε, ἐράασθε, ὀρέοντο, pro ἄγασθαι, ἄγασθε, ἔρασθε, ὄροντο metri causa scripta in versibus vitiosis[d], et ἔην, ἔησθα pro ἔεν, ἔεσθα[e]. Quorum verborum vocalis α, ε, ο ne poterat quidem distrahi, quippe quae natura brevis esset[f]. Sic in *nominum* flexione genitivi ὄου et ἔκσ pro ὄο et ἔσ Homero sunt obtrusi[g].

Etiam verborum in -όω desinentium similes aliquot formas praebet textus traditus[h]; quae dudum sunt correctae, quoniam viris doctis solae stirpes in sonum *a* desinentes distractioni obnoxiae fuisse olim videbantur. In *e* autem desinentium stirpium formae plurimae item sunt contractae, dein distractae, sed nullae in his apparent tormentorum cicatrices; nempe nocere iis haec non potuerunt, quia φιλεῖ vel φιλῆι e φιλέει vel φιλέηι contractum distrahi nisi in φιλέει et φιλέηι non poterat. Sic dativus νηπιίηι abiit in νηπίηι, dein in νηπιέηι, eiusdem vocis accusativus νηπιίᾱσ in νηπίᾱσ, dein in νηπιάᾱσ. In verbi εἰμί vero formis traditis ἔην et ἔησθα apparent distractionis vestigia: poeta dixerat ἔεν et ἔεσθα, posteri dixerunt ἦν et ἦσθα[i].

Postquam stirpium in ᾱ, η, ω desinentium omnes formae, quae

---

a Zschr. f. d. Alt.wissenschaft 1836 (= kl. Schr. I 553). *b* Kuhns Zschr. X 45 sqq. *c* Bezzenb. Beitr. 1878, 259 sqq., Phil. Wochenschr. 1992, 329.

d π 203 οὔτ' ἀγάασθαι leg. οὔτ' ἄρ' ἄγασθαι, ε 119 οἵ τε θεαῖσ ἀγάασθε leg. θεῆισιν ἄγασθε (§ 57), Π 208 πρίν γ' ἐράασθε leg. πρίν περ ἔρασθε, Β 398 ἀνστάντεσ δ' ὀρέοντο et Ψ 212 τοὶ δ' ὀρέοντο leg. δ' ὤροντο, § 149[85] et 284. *e* § 302. *f* § 305.

g ὄου Β 325 al., pag. 169 *a*. *h* ἀρόουσι ι 108, δηϊόοιεν, -οντεσ, -οντο δ 226 Δ 153 Ν 675, κατηπιόοντο Ε 417, ἐστρατόοντο Γ 187 Δ 378 Δ 713, 'δεξιόοντο h. V 16. Pro ἐγρηγορόων υ 6 recte l. a. -ρέων (§ 161), pro σόωι, σόωισ Ι 424, 681 leg. σαόηι, -ηισ; gravi vitio debetur ἐρχατόωντο ξ 15, § 230. *i* Not. *e*.

salvo metro restitui poterant, sunt emendatae, verborum in -όω nullae in Iliade aut in Odyssea contractae formae restant, verborum in -έω paucae, verborum in -άω multae[a]. Quarum maior tamen videtur copia quam est. Etiam πόλῑσ, ἰχθῦσ, βοῦσ et ἱστᾶσι, τιθεῖσι, διδοῦσι, ῥηγνῦσι, contracta olim dicebantur, nulla tamen inest contractio, primitus enim fuerunt πόλινσ, ἰχθύνσ, βούνσ, ἵσταντι, τίθεντι, δίδοντι, ῥήγνυντι[b]. Contractae videntur *pronominum* formae ἁμεῖσ, ὑμεῖσ, ἁμῖν, ὑμῖν, aliae, quas Homero tribuit textus traditus, sed longum syllabae finalis sonum debent librariis, voces vetustas sermoni sui aevi assimulantibus[c]. Contractus *genitivus* παρειῶν e priscorum librorum litteris παρειον male intellectis est natus, quae παρήιων erant interpretandae[d]. Verba autem στενάχειν, ϝέλλειν, πείρων, κυλίνδειν, πιέζειν, μετασπών, ϝείδω, ϝείδηισ, ϝείδηι in στεναχεῖν, εἱλεῖν, πειρῶν, κυλινδεῖν, πιεζεῖν, μετασπῶν, εἰδῶ, εἰδῇισ, εἰδῇι abierunt vatibus invitis[e], ἄγασθε in ἀγᾶσθε[f], αἴδεσθαι in αἰδεῖσθαι[g], et latius serpente morbo: πίεζον in πιέζευν[h], ἐγέγωνον in ἐγεγώνευν[i], ϝείρουσαι in εἰρεῦσαι[j], ϝέλλοντα in εἰλεῦντα[k], βιβάντα in βιβῶντα[l], κατεκρήμναντο in -νῶντο[m], πιμπλᾶσαι in πιμπλεῦσαι[n], ἀνέρριπτον in ἀνερρίπτουν[o], ἔπερθον in ἐπόρθουν[p], ἔφερεν in ἐφόρει[q], πέτωνται in ποτῶνται[r], -ἐϝρᾶν in -ηύρων[s], τίουσαι et similia in τῑμῶσαι[t], al.[u], fortasse et φέβει in φοβεῖ[v]. Neque δαμνᾶι aut πιλνᾶισ genuinum est, nam δάμνατ᾽(αι) et πίλνασαι veteres poetae dixerunt[w].

Alia via emendandi indicatur carminibus poetarum Lesbiorum et Boeotiorum[x]; quibus si fides non habetur, et ipse Homerus eam viam indicavit flexione *athematica* liberius utendo[y]. Nam in carmine poetae illius, cui infinitivi φιλήμεναι et καλήμεναι usitati fuerunt, quidni placeant φιλέντασ et καλέντεσ pro traditis φιλεῦντασ et καλεῦντεσ scripta?[z] Participiis ἀλιτήμενοσ, διζήμενοσ, τιθήμενοσ, κιχήμενοσ, quae metro firmiter inhaerent, quidni quae textus traditus exhibet ἀλώμενοσ, μνώμενοσ, πονεύμενοσ, φοβεύμενοσ, ἱκνεύμενοσ assimulentur scribendo ἀλήμενοσ, μνήμενοσ[a],

---

a Menrad de Contr. 117 sqq. *b* Pag. 279. *c* Pag. 204 sq. *d* Pag. 64 *i*, 165 c. *e* Hi a vetustis grammaticis correcti sunt errores, schol. *Α* 364 *Ω* 8 *Ρ* 688 *δ* 419 *μ* 164 *Ρ* 190 *Α* 363 *α* 174. *f* ε 129, § 305; ἄγαμαι extat ζ 168 ψ 175. *g* *Α* 23, 377, § 289; αἴδεο et αἰδόμενοσ leguntur *Φ* 74 *Ε* 531 al., et pro αἰδεῖσθε leg. αἴδεσθε *Ε* 530 *Ο* 562. *h* L. a. μ 174. *i* ι 47 al.; cf. γεγωνέμεν᾽ *Θ* 223 *Λ* 6 et § 149[15]. *j* Hes. Theog. 38, § 306. *k* λ 573. Similia vitia sunt: εἴλει ἐνὶ σπῆϊ pro ᾽ϝέλλεν ἐνὶ σπέεϊ μ 210, εἴλευν ἐν στείνει pro ᾽ϝέλλον ἐνὶ στένεϊ χ 460. Alia *Θ* 215 *Φ* 8, § 265. *l* *Γ* 22, nominativus βιβᾱ́σ *Η* 213 *Ν* 371 *Ο* 307 al. et § 202. *m* H. Bacch. 39. *n* L. a. Hes. Theog. 880, vulgo -εῖσαι, § 196. *o* ν 78; ἀναρρίπτειν η 328. *p* *Δ* 308; περθομένη et similia *Β* 374 al. *q* δ 510 κ 358, l. a. ν 368 χ 456. *r* *Β* 462. *s* § 150[5]. Sic -ηύδων ex -ηύδᾱν natum esse videtur, § 195. *t* *Δ* 46 χ 425. *u* § 165. *v* *Π* 689 *Ρ* 177, § 244. *w* λ 221 h. Cer. 115. *x* ὄρημι Sapph. fr. 2[11], κάλημι 9[16], φίλημι 79, αἴτημι (l. a. αἰτοῦμαι!) Pind. fr. 132[4], ἀσυνέτημι Alc. 18[1], φορήμεθα 18[4], al. *y* § 145 et 195. *z* γ 221 κ 229 al.; in Lesbiorum poetarum carminibus φίλεντα, ἐπαίνεντεσ, similia a librariis deformata haud raro in φιλεῦντα vel ἐπαινέοντεσ abierunt. a Sic l. a. ο 400.

πονήμενοσ, φοβήμενοσ, ἱκνήμενοσ?[a] Cum ἐδάμνᾱ[b], καθίστᾱ[c], ἐκίρνᾱ[d], ἐπίτνᾱ[e] legantur in exemplaribus manuscriptis, quae verborum in -μι desinentium formae nemini ex -αε contractae videri possunt[f], cur inde separetur ϝῦδᾱ, cui singularis numeri formae sociata est forma dualis -δήτην[g]? Erunt qui ϝῦδη scribi malint, alii ᾱὖδᾱ et ᾱὐδᾱ́τᾱν praeferent[h]: id certum, *contractioni* illud ϝῦδᾱ non deberi[i]. Indicativi autem medii 2ª persona ὅρηαι cum sit tradita in hoc versu:

ῥωγαλέα, τὰ καὶ αὐτὸσ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὅρηαι

et in hoc:

ὦ γύναι, οὐ γὰρ ταῦτα ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὅρηαι[j],

a stirpe ὁρᾱ ita ducta ut δίζηαι a stirpe διζη[k], prima persona quidni fuerit ὅρημαι[l], tertia quidni ὅρηται, non ὁρῶμαι et ὁρᾶται, quae sunt in codicibus? participium non ὁρώμενοσ, sed ὁρήμενοσ, quemadmodum διζήμενοσ est dictum testibus libris? Cur spernitur ορητο, quod in Zenodoti editione fuisse docent scholia[m], servatur vulgatum illud ὁρᾶτο? Nimis profecto cauti nobis videmur talia non mutantes ipso poeta duce, cum praesertim solo *accentu* mutato ὅρᾱται et ὅρᾱτο liceat scribere ad exemplum praeteriti ἐδάμνᾱ et similium.

§ 192. Stirpium in ᾱ desinentium sonus finalis in futuro ceterisque temporibus scribi solet η, ex. gr.: πειράομαι, πειρήσομαι, ἐπειρησάμην, πεπείρημαι, ἐπειρήθην. Sed servatum est ᾱ in his verbis duobus:

(ᾰ̓) ἄμεναι[n] *satiare* vel *satiari*, subi. ἄομεν[o], fut. ἀσέμεναι[p], ἄσεσθε[q], aor. ἄσῃ[r], ἄσαιμι[s], ἆσαι[t], ἄσασθαι[u]. — Adi. verbale (ἄ)ατοσ *insatiabilis*[v]. Praeterea cohaerent ἄδην[w] et ἄδοσ[x].

(ἐᾱ) ἐάω[y], ἐάσω[z], εἴᾱσα[a].

Verbi βοάω formae ἐπιβώσομαι[b], ἐπιβωσόμεθ'(α)[c], βώσαντι[d], βωστρεῖν[e]

---

a *B* 667 *Δ* 374 *Θ* 149 *ι* 128 al. *b* § 296. *c* § 196¹. *d* § 297. *e* § 300. *f* Pag. 57 *w*. Nauck Mél. Gr. R. IV 485 sqq., Naber Quaest. Hom. 84, alii alpha iusserunt in η mutari, legitur autem ἵστη *Φ* 313, κίρνη *ξ* 78 *π* 52. *g* *Δ* 136 *X* 90. *h* § 5. *i* Itaque alpha ne iis quidem locis solvendum est ubi fieri id sinunt versuum numeri, *Δ* 256 *E* 30, 454 *Z* 144 al. *j* *ξ* 343 et Creoph. fr., § 195 et 309. *k* *λ* 100, § 200. *l* Etiam activum ὅρημι habet quo commendetur; Theocr. VI 8, 22, 25 VII 40 ὅρημι et ὅρησθα. *m* *Δ* 56, 198. *n* *Φ* 70, pag. 331 *b*; thematicae flexionis hoc verbum dici vix potest, nisi quod 3. ind. pass. ἄεται est tradita Hes. Clip. 101. *o* *T* 402, codd. ἕωμεν. *p* *Δ* 818. *q* *Ω* 717. *r* *Σ* 281. *s* *I* 489. *t* *E* 289 al.; *Δ* 574 *O* 31 *Φ* 168 *Ψ* 157, ubi *satiari* hic infinitivus significat, Ahrens coniecit ἆναι Conj. auf. μι 23, collata trisyllaba infinitivi forma ἄμεναι. *u* *T* 307. Alienae sunt formae vitiosae ἆσε *λ* 61 et ἄσατο *T* 95 (§ 287), ἄσαμεν *π* 367 (§ 174). Etiam l. a. *N* 315 ἑάσουσι et l. a. *ε* 290 ἑάᾱν erroribus debentur. *v* *E* 388 *Δ* 430 al., codd. ἆτοσ. *w* § 324¹². *x* Aliena ἦδοσ pag. 141 *m*, ἀ̓δηκώσ *K* 98 al., ἀ̓δήσειε *α* 134 (recte l. a. ἀηδήσειε). *y* *Δ* 55 al.; iterat. ἔασκον, -κε *E* 802 al.; pro εἰῶσι, sim. leg. ἐάουσι, sim., § 191. *z* *E* 465 al. a *Δ* 226 al. b *α* 378 *β* 143. c *K* 463 *X* 254; utrobique l. a. ἐπιδωσόμεθ', sed *invocandi* verbum necessarium. d *M* 337. e *μ* 124. Sic ἐλάστρεον *Σ* 543 a verbo ἐλάειν est ductum, § 287.

vocales οη in unum sonum ω coniunctas habent. Similis in verbo ζωγρέω *vivum capto*[a] est contractio, et frequentia sunt talia apud Herodotum[b] nec non apud Atticos poetas inveniuntur[c].

Vocales ωη contractae sunt in aoristo ἠγνώσασκε, nisi ἠγνοίεσκε est legendum[d], et in verbo ζωγρέω *vivum servo*[e].

In aoristo θησαίατ'(ο), quem praebet textus traditus, contracti sunt soni η(ϝ)η, sed θηησαίατ'(ο) dixit poeta[f].

§ 193. Insoliti quid habet *aoristus* verborum sequentium:

1. δηριάομαι[g], aor. ἐδηρῑσάμην[h]. — Cohaerent δῆρισ[i] et ἀδήρῑτοσ[j]. Vitio debetur 'δηρινθήτην[k].

2. δοκέω[l], aor. ἐδόκησα[m] sive ἔδοξα[n]. — Cohaeret δόξα. Etiam δοκεύω *insidior*[o] et δοκάω *expecto*[p] ex *accipiendi* stirpe δεκ-δοκ[q] sunt nata.

3. φιλέω[r], aor. ἐφίλησα sive ἐφῑλάμην[s]. — Brevior stirps φιλ etiam comparativum et superlativum adiectivi φίλοσ peperit: φιλίων sive φίλτεροσ, φίλτατοσ.

§ 194. ζώω[t], fut. βίομαι[u], aor. ἐβίων[v], med. ἐβιωσάμην *vitam servavi*[w]. — Cohaerent βίοσ, βιοτή, βίοτοσ, ζωή[x], ζωιόσ[y], ζωγρέω *vivum capto* et ζωγρέω *vivum servo*[z].

---

a ζω + ἀγρέω, *Z* 46 al.; subst. ζωάγρια *Σ* 407 *θ* 462. *b* ἔβωσα, ἐβώσθην, βεβωμένοσ, βωθεῖν, ἀλλογνώσᾱσ, ἐννώσᾱσ, ἐννενώκᾱσι, ἐνένωτο, Anacr. fr. 10 νενωμένοσ. Olim ϝαστυβοήτην *Ω* 701 sic est contractum in ἀστυβώτην, in tradito enim textu est ἀστυβοώτην, pag. 326.

c βωσάτω Ar. Pac. 1155, βῶσον Cratin. fr. 396; βωστρεῖν passim. *d* ψ 95, l. a. -σεσκε. Praesens subi. ἀγνοιῆισι ω 218, aor. ἠγνοίησε *Α* 537 al. *e* ζω + ἐγείρω, *E* 698.

f § 249. *g* *M* 421 al. *h* *Ψ* 792 (δηρῑσασθ', codd. ἐρῑδήσασθ' vel ἐριζήσασθ', § 221[3]) *θ* 76. *i* *P* 158 ω 515 (*Π* 756). *j* *P* 42. *k* *Π* 756, leg. δῆριν ἐθέσθην. Vulgatam secutus Apollonius Rh. II 16 dixit δηρινθῆναι. *l* *H* 192 al.

m κ 415 υ 93; item in lyrica et in tragica poesi, cum futuro δοκήσω. *n* H. Merc. 208, ut postea vulgo. *o* *Θ* 340 *N* 545 al. *p* Solum δεδοκημένοσ *O* 730, pag. 275 *d* et 278 *o*, Att. προσδοκᾶν. *q* § 227. *r* *H* 204 al.; subi. φιλέῃισι ο 70, § 112, opt. φιλοίη pag. 232 *t*, inf. φιλήμεναι § 195. De vi stirpis pag. 209. *s* ἐφῑλατο *E* 61 *Y* 304, φῑλωνται h. Cer. 117, 487 h. XXIV 5 Hes. Theog. 97, φῖλαι *E* 117 *K* 280, item Apoll. Rh. III 66 Callim. h. Dian. 185 al. *t* *E* 157 al.; corrupta sunt ζῶντοσ *Α* 88 (emendationem praebet π 439) et ζῶντ'(α) h. Ven. 188 (μή με ζῶντ', leg. μὴ ζώοντ'). *u* Pag. 282 *l*, *O* 194 *Π* 852 *X* 431 *Ω* 131 h. Ap. 528. In arsi vocalis ι est *X* 431, ceteris locis est correpta, § 162. Codd. βείομαι et βέομαι (*praesens* cum λείπω vel πείθω comparandum, G.Meyer[2] § 499), βιόμεσθα tamen h. Ap. 528. Pro βέομαι *O* 194, a quo versu *vivendi* notio aliena est, leg. γ' ὄθομαι? *v* § 150[28]. *w* Solum ἐβιώσαο *θ* 468. *x* Herodot. ζοή.

y Erroribus debentur ζώσ *E* 887 (spur.), ζών *Π* 445, leg. σάον, pag. 172 *b*, *c*.

z § 192.

II. De flexione a qua vocalis thematica abest.

§ 195. In flexione athematica priscis poetis, ut et posteris, infinitivus temporis *praesentis* sonum stirpis finalem habebat brevem, *aoristi secundi* infinitivus longam, ex. gr.: ἵστημι, ἱστάμεναι et στήμεναι sive στῆναι[a]. Sed etiam praesentis infinitivo verborum sequentium in dictione epica tributa est longa vocalis: ἄμεναι[b], ἀήμεναι[c] sive ἀῆναι[d], τιθήμεναι[e], θῆσθαι[f]. Corrupta sunt ἴμεναι[g] et ζευγνῦμεν᾽(αι)[h].

Similis est infinitivus verborum sequentium, *thematicae* flexioni ceteroquin obnoxiorum:

(ᾱ) γοήμεναι[i], πεινήμεναι[j], ἀρήμεναι[k].

(η) καλήμεναι[l], πενθήμεναι[m], ποθήμεναι[n], φιλήμεναι[o], φορήμεναι[p] sive φορῆναι[q].

Hac quoque in re prisca poesis flexione athematica liberius est usa[r]. Ex Hesiodo accedit stirpis in *o* desinentis infinitivus ἀρώμεναι[s].

Etiam *participia* praesentis ἀήμενοσ[t], ἀλιτήμενοσ[u], διζήμενοσ[v], τιθήμενοσ[w] longa vocali sunt insignia; a quibus usu disiuncta participia βλήμενοσ[x], κιχήμενοσ[y], ὀνήμενοσ[z], quae eadem ratione sunt conformata, *aoristi* iam dicuntur[a]. Analogiae et metri in producendis corripiendisque vocalibus magna fuit potestas.

Praeterea vocali longa ornata sunt: δίζηαι *quaeris*[b], ὅρηαι *vides*[c], ἐρήομεν *rogemus*, ἔρηο *roga*[d]. Quibus verbis in poetarum ore multo plura similia fuisse videntur quam nunc sunt in textu tradito[e].

Denique imperfecti formae dualis συνητήτην[f], προσηυδήτην[g], ἐσυλήτην[h], ἐφοιτήτην[i] huc sunt referendae. Quae quominus ex epicis carminibus removeantur -αέτην scribendo metrum non obstat, sed -ηυδήτην certe flexionis athematicae forma vere epica videtur[j], itaque ceterae quoque intactae sunt servandae. Verbi ὁμαρτήτην vero praeferenda est lectio altera ὁμαρτήδην[k], et altera huiusmodi forma a stirpe in *e* desinenti ducta ἀπειλήτην legenda videtur ἀπειλεέτην[l].

§ 196. Quae in Attica dialecto postea flexionem athematicam passae

---

a § 125.　*b* § 192.　*c* Ψ 214 γ 176, § 197.　*d* γ 183 κ 25, pag. 250 *e*.　*e* Ψ 83, 247, § 196[6].　*f* δ 89. Aor. ᾿θήσατο Ω 58 h. Ap. 123, ᾿θησάμενοσ h. Cer. 236.　*g* Pag. 247 *c*.　*h* Ibid. *d*.　*i* Ξ 502.　*j* υ 137; part. πεινάων § 190.　*k* χ 322. An *aoristi* forma (sic Buttmann II § 114)? Pag. 222 *a*.　*l* Κ 125.　*m* § 295[4].　*n* § 295[5].　*o* Χ 265, § 193[3].　*p* Ο 310.　*q* Β 107 Η 149 Κ 270 ρ 224, pag. 250 *e*.　*r* § 145.　*s* Hes. Oper. 22. Brevis est sonus *o* in ἀρήροται, ἄροσισ, al., ut verbi τιθήμεναι sonus *e* in θετόσ al.　*t* § 197.　*u* § 149[45].　*v* § 200.　*w* § 196[6].　*x* § 150[18].　*y* § 150[20].　*z* § 150[8].　a Pag. 283.　b § 200.　c Pag. 329 *j* et § 309.　d Pag. 278 d, e et § 264.　e Pag. 328 sq.　f π 333, § 211[5].　g Δ 136 Χ 90.　h Ν 202.　i Μ 266.　j Pag. 329 *g*. Pro -ηύδων leg. -ηύδᾱν δ 550 al., 3. plur. -ηῡδᾰν Κ 418, et pro -αυδῶν π 279 -αυδάᾱσ? Sic ἀπέϝρᾱν in ἀπηύρων § 150[5], βιβάσ in βιβῶν § 202 abiit, pag. 328.　k Ν 584, pag 214 *d*.　l λ 313 Antimach. fr. 16. Sic Ar. Δ 639 κνέε pro κνῆ, metro iubente, pag. 46 *c*, 321 *c*.

sunt stirpes in *a*, *e*, *o* desinentes, etiam in epicis carminibus omnes sunt usurpatae:

1. (στᾱ) ἱστᾶσιν[a], imperat. ἵστη[b] sive -ἵστα[c], imperf. ἵστη[d], ἵστασαν[e], iterat. ἵστασκε[f], στήσω[g], ἔστησα[h], med. ἐστησάμην[i]. *Transitiva* harum formarum vis fuit omnium[j]; *intransitiva* autem erant ἵσταμαι[k], στήσομαι[l], ἔστην[m], ἕστηκα[n]. Aor. pass. ἐστάθη[o]. — Adi. verbale στατόσ. Praeterea cohaerent -σταδόν, σταθμόσ, σταθμή[p], ἱστόσ[q], alia.

2. (ὀνᾱ) ὀνίνησι[r], ὀνήσω[s], ὤνησα[l], med. ὀνήσομαι[u], ὠνήμην[v]. — Cohaerent ὄνησισ, ὄνειαρ[w], alia.

3. (πλη-πλα) πιμπλᾶσι[x], ἐπίμπλαν[ij], -πίμπληθι[z], part. πιμπλᾶσαι[a], -πλήσω[b], ἔπλησα[c], med. ἐπλησάμην[d], pass. ’πίμπλαντο[e], aor. ’πλῆτο[f] sive ἐπλήσθη[g]. Insolitum et suspectum est πιμπλάνεται[h]. — Cohaerent πλήθω *abundo*[i] et nomina πλεῖοσ, πλείων, πλεῖστοσ, πλῆθοσ, πληθύσ, alia.

4. (πρη) -ἔπρηθον[j], πρήσω[k], ἔπρησα[l]. — Adi. verbale (εὔ)πρηστοσ[m]. *Inflandi* hoc verbum voci πυρόσ vel πυρί sociatum valebat *incendere*. Aliena erant πέρνημι *vendo* et περάω *penetro*[n].

5. (ἐπιστᾱ) ἐπίσταμαι[o], ἐπιστήσομαι[p]. Subiunctivus ἐπίστηται in ἐπιστάεται videtur esse mutandus[q]. Participium huius verbi *callendi*[r] abiit in notionem adiectivi: *peritus*[s], quapropter et adverbium inde ductum est ἐπισταμένωσ. Idem valebat ἐπιστήμων[t].

6. (θη) τίθησθα[u], τίθησι sive τιθεῖ[v], τιθεῖσι[w], ἐτίθει[x], -τιθεν[ij] sive ’τίθεσαν[z], imper. τίθει[aa], inf. τιθήμεναι[bb], θήσω[cc], ἔθηκα[dd], med. τίθεμαι[ee], part. τιθήμενοσ[ff], θήσομαι[gg], ἐθέμην[hh], ἐτέθην[ii]. — Adi. verbale -θετοσ. Praeterea cohaerent -θημα, -θεσίη, -θημοσύνη, θημών, θέμεθλον, θεσμόσ, θέμισ, alia.

---

a *N* 336, de accentu pag. 279. *b* *Φ* 313. *c* *I* 202, pag. 329 *c*. *d* *Ω* 515, 689. *e* *B* 525 al. *f* τ 574. *g* *H* 116 al. *h* *Λ* 448 al. *i* *Λ* 480 al. Etiam *Σ* 533 ι 54, ubi fuere qui part. στησάμενοι perperam interpretarentur στάντεσ. *k* *Δ* 54 al. *l* *B* 694. *m* § 150^{15}. *n* § 160^{5}. *o* λ 243 ϱ 463. *p* De sono ϑ pag. 274. *q* De reduplicatione § 139. *r* *Ω* 45 (spur.) h. Merc. 577 Hes. Oper. 318. *s* *H* 172 al. *t* *Λ* 503 al. *u* *H* 173 al. *v* § 150^{8}. *w* Melius ὄνηαρ, pag. 177 *p*. *x* *Φ* 23. De accentu pag. 279. *ij* Hes. Clip. 201, codd. ἔπιτνον et ἔπιπλον. *z* *Φ* 311. a Hes. Theog. 880, codd. πιμπλεῖσαι, recc. -εῦσαι, pag. 328 *n*. b ε 302 al. c *Δ* 170 al. d *I* 224 al. e *Λ* 104 al. f § 150^{21}. g *Υ* 156 al. h *I* 679. i § 142. j *I* 589, § 142. Posterioris aevi praesens πίμπρημι in poesi epica non est usurpatum. k *Θ* 235 al.; etiam *I* 242, ubi l. a. πλῆσαι. Eadem controversia est *B* 415 *Υ* 471. l *Λ* 481 al.; de vitioso ἔπρεσε Hes. Theog. 856 pag. 261 *b*. m *Σ* 471. n § 299. o *E* 60 ν 207 al. p *Φ* 320. q *Π* 243, pag. 238 *e* et 239 *h*. r Nostrum *verstaan* (= *verstand hebben van* . . .). Apud Herodotum saepe id quod *putare* significavit, ex. gr. VIII 132; cuius usus apud Homerum vestigia nulla. s Pag. 290 *q*. Verum tamen participium, *sciens*, est δ 730. t π 374. u ι 404 ω 476, pag. 230 *o*. v *N* 732 α 192; de accentu pag. 279 *k*. w *Π* 262 β 125; de accentu pag. 279. Corruptum aut ab alia stirpe ductum est προθέουσι *Λ* 291. x *Λ* 441 al. ij α 112, § 116. z χ 449, 456. aa Α 509. bb § 195. cc *B* 39 al. dd § 150^{13}. ee ϑ 554 al. ff *K* 34, § 195. gg *Θ* 36 al. hh § 150^{19}. ii *K* 271.

7. (ση)[a] ἱεῖσ[b], ἵησι sive ἱεῖ[c], al., ἱεῖσι[d], al., -ἵην[e], -ἵεισ[f], ἵει[g], ἵεν[h], imperat. ἵει[i]. Vocalis ι saepe arsin explevit, in thesi vero corripiebatur[j]. Fut. ἥσω[k], aor. ἕηκα sive ἧκα[l], med. ἵεμαι[m], -ἥσομαι[n], εἵμην[o], -εἵθην[p]. — Adi. verbale ἑτόσ[q]. Praeterea cohaerent ἧμα, -ἕσισ, -ἑσίη, -ἑτμή, ἥμων, -ἡμοσύνη, -ἥτωρ. Alienum erat *festinandi* verbum ϝίεμαι[r], neque simile fuit in ore poetarum.

8. (δω) δίδωμι[s], al., διδοῖσ[t] sive διδοῖσθα[u], δίδωσι[v] sive διδοῖ[w], διδοῦσι[x], ἔδιδον[ij] sive ἐδίδοσαν[z], δίδωθι[a] sive δίδου[b], διδοῦναι[c], δώσω[d] sive διδώσω[e], ἔδωκα[f], med. δώσομαι[g], -δωόμεθα[h], pass. δοθείη[i], δέδοται[j] — Adi. verbale (ἄ)δοτόσ[k]. Praeterea cohaerent δόσισ, δοτήρ[l] sive δωτήρ[m] sive δώτωρ[n], δωτίνη, δῶρον, alia.

9. Verba βίβημι, ἠμί, φημί, ἄημι, δίδημι, ἄγαμαι, δέαμαι, δύναμαι, ἔραμαι, κρέμαμαι, ὄνομαι, ἧμαι, δίζημαι infra tractabuntur[o].

§ 197. (ἀη) ἄησι[p], ἄητον[q], ἀεῖσι[r], imperf. ἄει[s], ἀήμεναι[t] sive ἀῆναι[u], ἀείσ[v], pass. ἄητο[w], ἀήμενοσ[x]. — Cohaerent ἀήτησ et -ᾱήσ[ij], fortasse ἄητοσ[z] et αἴητοσ[aa].

§ 198. (δη, δε-σ) ᾽δίδει[bb] et -έδει[cc]. ᾽δέον[dd], δέοιμι[ee], δεόντων[ff], δήσω[gg], ἔδησα[hh], med. ἐδέοντο[ii], ἐδησάμην[jj], pass. δέδεμαι[kk]. — A forma ᾽δίδει abest

---

a L. Meyer Kuhns Zschr. XXI 353 sqq. et Bezzenb. Beitr. I 301. A stirpe *je* ducebant Curtius Verbum I^2 157 sq., alii; supra pag. 154 *c*. *b* *E* 880; de accentu pag. 279, item de accentu formarum ἱεῖ et ἱεῖσι. *c* *B* 752 *K* 121. *d* *Γ* 152 *Λ* 270. *e* ι 88 κ 100. *f* ω 333. *g* *Λ* 479 al. *h* *Λ* 273 al., § 116. *i* *Φ* 338 al. *j* § 17. *k* *Λ* 518 al.; pro ἀνίσει σ 265 leg. ἀνίῃι, pag. 243 *d*. *l* § 150^{24}. *m* *Δ* 77 al. *n* *Ψ* 82. *o* § 150^{24}. *p* *Ψ* 868. *q* Non nisi fem. ἐνετή *fibula*. *r* § 201. *s* *Ψ* 620 al. *t* *I* 164; de accentu pag. 279, item de accentu formarum διδοῖσθα, διδοῖ, διδοῦσι. *u* *T* 270, pag. 230 *p*. *v* *I* 261 al. *w* *I* 519 al. *x* *B* 255 al. *ij* H. Cer. 328, 438 Hes. Oper. 139, § 116. *z* ξ 286 al. a γ 380, forma suspecta. b γ 58; δίδοι Pind. Ol. VII 164 al. c *Ω* 425, pag. 250 *c*. d *Λ* 96 al. e ν 358 ω 314, pag. 272 *v*. In lapide male habito Cret. 5075^{82} fertur olim scriptum fuisse διδωσαι, quod a Boeckhio in διδωσίω mutatum est, Curtius Verbum II^2 327, Nauck ad ν 358; sed *participium* (διδῶσ ἀεί?) illic videtur requiri contextu. Pro κατιστᾱσεῖ Cret. 4991 I^{50} leg. καταστᾱσεῖ coll. verbo proximo ἐπικαταστᾱσεῖ. f § 150^{30}. g ψ 78. h § 150^{30}. i β 78. j *E* 428. k H. Merc. 573. l *I* 44. m ϑ 325. n ϑ 335. o § 197 sq., 200, 202, 220^2, 305 sq. p Hes. Oper. 514 al. q *I* 5. r Hes. Theog. 875; de accentu pag. 279. s ε 478 μ 325 ξ 458 τ 440. t *Ψ* 214 γ 176, § 195. u γ 183 κ 25, pag. 250 *e*. v *E* 526 ε 478 τ 440. w H. Cer. 276. Etiamne Hes. Clip. 8? Alienum videtur ἄητο *Φ* 386. x ζ 131, § 195. ij ἀκρᾱήσ β 421 ξ 253, 299 Hes. Oper. 594, ἐϋᾱήσ Cypr. fr. Hes. Oper. 599 Herodot. II 117, ἁλιᾱήσ δ 361, δυσᾱήσ *E* 865 al. (gen. δυσᾱήων ν 99), ζᾱήσ *M* 157 ε 368 (acc. ζᾱήν μ 313), ὑπερᾱήσ *Λ* 297. De sono ᾱ pag. 94. Adi. ἀκρᾱήσ fuere qui miro errore a verbo κίρνημι ducerent, cum adiectivo ἄκρᾱτοσ confundentes, in his Apollonius Rh., finxit enim adi. absurdum ἐϋκρᾱήσ IV 889; hinc β 421 l. a. εὐκρᾱῆ et scholion „ἀκεράστωσ πνέοντα". z *Φ* 395. aa *Σ* 410. bb *Λ* 105, codd. δίδη. cc κ 23. dd *Ψ* 121 μ 196 χ 189. ee ϑ 352. ff μ 54. gg *Φ* 454. hh Passim, etiam med.; iterat. ᾽δησάσκετο *Ω* 15. ii μ 54. jj *B* 44 al. kk *E* 387 al.

vocalis thematica, ut a formis quae Delphis diu post Homeri aetatem usurpatae sunt: διδέντεσ et διδεῖσι[a]. Epicos autem poetas etiam aliis huius verbi formis thematicam vocalem non addidisse veri est simile[b], recte igitur Aristarchum scripsisse διδέντων pro δεόντων, et pro traditis δέον, δέοιμι, δέοντο scribenda esse 'δίδεν, διδείην, 'δίδεντο[c]. — Adi. verbale δετόσ[d]. Praeterea cohaerent -δετήρ[e], κρήδεμνον[f], δέσμα, δεσμόσ, ἀναδέσμη, ὑπόδημα, alia.

§ 199. **(δῑ)** δίενται *ruunt*[g], addita autem vocali thematica δίωμαι[h], δίηται[i], δίωνται[j], δίοιτο[k], δίεσθαι[l], quae transitiva *fugandi* vi utuntur[m]. Suspectae sunt activi formae 'δίον *fugiebam*[n], ἐνδίεσαν *fugabant* aut *incitabant*[o]. — Fortasse cohaeret adiectivum epicum διερόσ *celer*[p]. Aucta autem stirps peperit novum verbum διώκω[q].

§ 200. **(ζη)** δίζημαι[r], ἐδιζησάμην[s]. — Aucta stirps in lucem protulit novum verbum ζητέω sive ζητεύω[t].

§ 201. **(ϝῑ-η)** ϝίεμαι[u], ϝίσομαι[v], ἐϝισάμην[w]. — Cohaerent ϝιότησ, ϝιωκή, ἶωκα, ἰωχμόσ, παλίωξισ.

---

a Delph. 2156[18], 2216[20]. Transitum ad flexionem recentiorem facit part. διδέουσα 2171[10], 2324[13]. *b* Cobet Mnemos. 1861, 326 et 1873, 49, Contus Herm. Log. 344, Naber Mnemos. 1898. *c* Item δίδεσθαι h. Cer. 456 pro δεδέσθαι. *d* In comp. μελάνδετοσ et fem. δετή (subst.). *e* Σ 553. *f* Pag. 75 *h*. *g* Ψ 475. Item Aesch. Pers. 700. *h* *E* 763 φ 370. *i* *H* 197 al. *j* *P* 110. *k* ρ 317. *l* *M* 276 al. *m* Ut saepe *ruere* apud poetas Latinos. *M* 304 δίεσθαι intransitivum est. *n* *X* 251, l. a. δίεσ, leg. 'δίε(ο) *fugabas*? Pag. 236 *h*. Alienum est 'δϝίον *metui* § 149[4]; a posteris autem, soni ϝ rationem non habentibus, stirpes δι et δϝι saepius sunt confusae (ex. gr. Aesch. Pers. 700), quin etiam in lexico Homerico Ebelingi s. v. δίω id factum. *o* Σ 584. Utrumque verbum contextui aptum; leg. ἐνίεσαν (coll. ἐνεσίῃσι, ἀπονέεσθαι, similibus, § 21)? *p* ζ 201 ι 43; ab homonymo non epico διερόσ *liquidus* cum verbo διαίνω *humecto* cohaerenti seiunxit Lehrs Arist.[2] 47. *q* Pag. 302 *h*; de consona θ stirpi adiecta § 151. *r* Sola δίζηαι λ 100 (item orac. 5, 15 sq. Hendess), pag. 235 *b*, et διζήμενοσ *Δ* 88 al.; de sono η § 195. Frequens est hoc verbum apud Herodotum aliosque; alienum est 'δ(ϝ)ίζε *Π* 713, § 42. *s* π 239. *t* Pag. 277 *v*, *w*. *u* *B* 589 *Θ* 241 *M* 68 al.; praesens et imperfectum cum verbi ἵημι § 196[7] genere medio sunt confusa, qui error metro arguitur *B* 154 *Δ* 537 *N* 291 *Π* 382, 396 *Υ* 502 γ 344 φ 72 Hes. Clip. 23, necessarius enim ibi est sonus ϝ ad explendum hiatum textus traditi, pag. 148. *v* *Δ* 367 *Ξ* 8 al., codd. εἴσ., § 308. *w* *Δ* 138 *N* 90 *O* 415, 544, al., codd. ἐεισ., pag. 148 *o* et § 308.

III. De praesentis stirpe variis incrementis aucta.

§ 202. (**βαν, βα**)[a] *βαίνω incedo*, *βήσομαι*[b], aor. *ἔβην*[c] sive mixtus *ἐβήσετο*, al.[d], *βέβηκα*[e].

Suffixo *σκ*[f] ornata sunt *-βασκέμεν᾽(αι)*[g], *-έβασκε*[h] sive *ἐβίβασκε*[i], imperat. *βάσκε*[j]. Ut *ἐβίβασκε*, sic etiam *βιβᾶσ*[k], *βιβάσθων*[l], *βιβᾶι*[m] reduplicationis syllaba *βι* sunt ornata. Iterata autem stirps peperit participium *βαμβαίνων*[n].

Causativa *promovendi* vi, quae postea fuit verbi non epici *βιβάζω*, utebantur inf. *-βασκέμεναι*[o], fut. *-βήσω*[p], aor. *ἔβησα*[q]. Eadem autem ratio, quae inter *ἔβησα* et *ἔβην*, intercedebat inter *ἔστησα* et *ἔστην*, *-έδῡσα* et *ἔδῡν*, *ἔφῡσα* et *ἔφῡν*, *ἔθρεψα* et *ἔτραφον*, *ἐτρεψάμην* et *ἐτραπόμην*, *ἐγεινάμην* et *ἐγενόμην*, *ἠγειράμην* et *ἠγρόμην*, *ἐπλησάμην* et *ἐπλήμην*, *ἐπελασσάμην* et *ἐπλήμην*, *ἐδίδαξα* et *ἐδάην*[r]. — Adi. verbale *-βατόσ*[s]. Praeterea cohaerent *βάδην* sive *-βαδόν*, *-βασισ*, *-βασίη*, *-βάτησ*, *-βήτησ* sive *-βήτωρ*, *βηλόσ*, *βωμόσ*, *ἀβακέω*[t], alia.

§ 203. (**δᾱ**) *διδάσκω*[u] *doceo*, aor. *ἐδίδαξα*[v] sive *ἐδέδαον*, med. *δεδαέσθαι*[w]. — Adi. verbale *-δίδακτοσ*[x].

Intransitiva *discendi*, *resciscendi* vi utebatur stirps sono *η* aucta, *δαη*[y]: *δαήσομαι*[z], *ἐδάην*[a], *δέδαα*[b] sive *δεδάηκα*[c]. — Cohaerent *δαήμων*[d] (*ἀδαήμων*, *-μονίη*) et *δαΐφρων prudens*[e].

---

Etiam *appetendi* sive *anquirendi* notio accusativo praepositioni μετά iuncto est expressa, ex. gr.:

εἰσ Τεμέσην μετὰ χαλκόν[m].
μετ' ἴχνεα 'βαῖνε θεοῖο[n].
ἠὲ θέω μετὰ σ' αὖτισ[o];

---

a *K* 297 sq.; locutioni διὰ νύκτα (ὀρφναίην, δνοφερήν, ἀμβροσίην, al.) *temporis* notio non inest. *b* *A* 600; nusquam διὰ δώματοσ vel -των. *c* *K* 83 al.; nusquam διὰ νυκτόσ. *d* *A* 72. *e* *ϑ* 520. *f* *λ* 282 h. Ven. 203. *g* *ψ* 67. *h* Ad *E* 19.

i Vel singulari nominum collectivorum. *j* Pro *A* 51 μεθ' ἱππήων l. a. μέγ' ἱππήων (gravius vitium videtur subesse), pro μετὰ Βοιωτῶν *N* 700 leg. -τοῖσ', pro μεθ' ὁμίλου *P* 149 l. a. μεθ' ὅμιλον (leg. καθ' ὅμιλον), pro μεθ' ἥμων *Φ* 458 leg. μ. ἧμιν, pro τῶν μέτα παλλόμενοσ κλήρωι 'λάχον *Ω* 400 l. a. τοῖσι δὲ πρῶτον ὑπηνήτησ 'λάχον, pro μετ' ἄλλων λέξε' ἑταίρων *x* 320 leg. μ. ἄλλουσ λ. -ρουσ, pro μετὰ δμώων *π* 140 leg. μ. δμωσίν, h. XIX 2 μετ' Ἀθηναίησ γλαυκώπιδοσ cum genitivus tum singularis a prisca arte discrepat. Apud Hesiodum non nisi Theog. 392 legitur μετά genitivo iunctum, et omnino a poetica dictione aliena fuit haec constructio, cuius loco poetae inde ab Homero σύν *coniunctim cum* vel ἅμα *simul cum* dixerunt addito dativo; id quod primus animadvertit et singulari diligentia comprobavit Tycho Mommsen μετά, σύν und ἅμα bei den Epikern 1874, Beiträge z. d. Lehre v. d. gr. Präpositionen 1886. *k* *A* 222. *l* *H* 147. *m* *α* 184. *n* *β* 406.

o *K* 63. Apud posteros hic praepositionis usus mansit in *movendi* verbis μετιέναι, μεθήκειν, μετατρέχειν, μεταπέμπεσθαι, ex. gr. Ar. Eq. 605. Quae notio ceteroquin exprimebatur praepositione ἐπί, ex. gr. ἐλθεῖν ἐπ' ἐκεῖνον Ar. Ran. 69, et ipsi poetae epici sic sunt locuti *B* 808 *M* 342 *γ* 421 *ω* 466.

Hinc fluxit notio *subsequendi*, frequens apud recentiores, rara apud poetas epicos. Exemplo sit hic versus:

λαοὶ ἕπονϑ', ὡσ εἴ τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα[a].

Ad *tempus* μετά in prisca dictione non nisi in proverbio μετὰ (*postmodo*) γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνήρ[b] est translatum[c]. Verbis μετὰ τὸν δ' ἔλαχε[d] *ordine* alter altero posterior fuisse significatur; Aurora cum μετὰ ἀστέρα φαοσφόρον ὑπεὶρ ἅλα κίδναςϑαι dicitur[e], dea Luciferum *per caelum sequens* ante poetae mentem versatur, non: serius quam ille oculis mortalium se ostendens. Sed facilis fuit transitus a loci notione ad notionem temporis sive a dictione poetica ad pedestrem atque vulgarem; et sic accusativus voci μετά iunctus est in hymno Mercurii[f] et passim apud posteros.

Dativus addebatur cum sermo fiebat de rebus *inter* duos pluresve animantes resve *mediis*, ex. gr.:

ϑήγων λευκὸν ὀδόντα μετὰ γναμπτῆισι γένυσσι[g].
φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι βάλωμεν[h].
τὰ μὲν εὖ 'δάσσαντο μετὰ σφίσιν υἷεσ Ἀχαιῶν[i].
ζώουσι μετὰ στρατῶι[j].

Eadem stirpis fuit vis in adiectivo inde ducto μέτασσοσ[k] *statura medius*[l], nec non in adverbio non epico μεταξύ[m].

5. περί id quod *circa* valebat. Adiungebatur *accusativus* cum non certus definiebatur locus, circa quem motus fieret, sed spatium intra quod res agerentur, ex. gr.:

περὶ καλὰ ῥέεϑρα ϝάλισ ποταμοῖ' ἐπεφύκει[n],

quibus verbis significatur id quod *in vicinia undarum* sive *prope undas* est; similis autem fuit vis accusativi praepositionibus ὑπό[o] et ἐπί[p] adiuncti. Quam iuncturam effecit notio voce non expressa sed menti loquentis obversata *spatii* de quo fit sermo *oculis perlustrandi*. Ubi vero ambiendarum, circumdandarum, cingendarum rerum fiebat mentio, non accusativus addebatur, sed *dativus*, ex. gr.:

περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα[q].
'σῖζ' ὀφϑαλμὸσ περὶ μόχλωι[r].

Genitivus ita usurpatus est in vocibus: περὶ σπέεοσ[s] et περὶ τρόπιοσ[t] et cum notio translata id quod *propter* valebat, ex. gr. ἔριδοσ πέρι[u]. Post *metuendi* autem verba semel et iterum dativus est additus, ex. gr.: ἔδϝεισε περὶ ξανϑῶι Μενελάωι[v].

---

a N 492; similia B 674 al. *b* ο 400. *c* Itaque μετὰ δαῖτα(σ) in dictione epica *inter cenam(-s)* significat, χ 352 al. *d* Ψ 354. *e* Ψ 227. *f* H. Merc. 126, 297, 326.
g Λ 416; item μετὰ γαμφηλῆισι N 200, ποσσί N 569 Τ 110, χερσί Δ 4 al., φρεσί Δ 245 al. *h* Δ 16. *i* Α 368. *j* Χ 49. *k* E μέτακιοσ. *l* ι 221; *statura*, quia aetate. Ad *tempus* relatum h. Merc. 125 τὰ μέτασσα significat *interim*. *m* Epice με(σ)σηγύ(σ) § 318[4]. *n* Φ 352. *o* N⁰ 7. *p* N⁰ 8. *q* Ο 19. *r* ι 394. *s* ε 68. *t* ε 130. *u* Η 301. *v* Κ 240; item Ε 566 Ι 433 Λ 557.

Praeterea *circumeundi* notio primitiva effecit ut περί id quod est *ab omni parte, omnino, prorsus* posset significare et monosyllabae eius formae περ [a] tribueretur vis intensiva, etiam in compositis latinis *permagnus, perficio*, aliis multis. Ex. gr.:

τῶι σε χρὴ περὶ μὲν φάσθαι ϝέποσ ἠδ' ἐπακοῦσαι [b].
Εὔδωρον, περὶ μὲν θείειν ταχὺν ἠδὲ μαχητήν [c].

Cuiusmodi locis verum adverbium erat περί [d], addi autem poterat *genitivus comparationis*, ex. gr.:

κεῖνον ἄϝιστον ἐποίησαν περὶ πάντων [e].

Quod loquendi genus permansit in verbis περιεῖναι et -γίγνεσθαί τινοσ [f].

6. ἄνα cohortantium fuit vox, praemisso ἀλλά, *quin surge* [g]; ex. gr.:

ἀλλ' ἄνα, μὴ τάχα ϝάστυ πυρὸσ δηΐοιο θέρηται [h].

7. ὑπό accusativum — ut περί et ἐπί [i] — ibi quoque adsumebat ubi de rerum statu *per* aliquod spatium obtinenti fiebat sermo, ex. gr.:

ζώουσιν ὑπ' αὐγὰσ ἠελίοιο [j].
μάλα πῖαρ ὑπ' οὖδασ [k].

8. ἐπί dativo saepe est iunctum ubi *locum petentium* fiebat mentio, *versus* vel *ad* significans [l]; ex. gr.:

ἦλθε δ' ἐπὶ Κρήτεσσι κιὼν ἀνὰ ϝουλαμὸν ἀνδρῶν [m].

Accusativum autem — ut περί et ὑπό [n] — admittebat ubi commemorabantur quae *per superficiem* aliquam sunt extensa, ex. gr.:

ἦ ῥά τίσ ἐστι βροτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, | ὅσ τισ ... [o];

§ 317. Saepe duae vel etiam tres praepositiones a poetis epicis sunt coniunctae, quo vividior menti audientium obiceretur imago. Editores autem praepositiones sic iunctas alii in unam vocem colligarunt, ex. gr. διέκ, περιπρό, alii singulis suum accentum tribuerunt; quae potior videtur ratio, quia in lingua Homerica praepositiones vim primitivam integriorem servabant quam apud posteros, et suo iure liberius sunt usae quam postea iis concessum fuit. Sed perexigui momenti haec est quaestiuncula. Exempla sufficient sequentia [p]:

---

a Pag. 72 g et § 328³. b I 100. c Π 186. d Sunt qui πέρι scribi malint. e α 225. f Quibus et poetae epici sunt usi, Α 287 Ψ 318 α 66 σ 248 al. g Nos: *op dan!* h Ζ 331; item Ι 247 Σ 178 σ 13. Cum vocativo ϝάνα pag. 174 g permisceri haec praepositio in ore poetae non potuit, sed poterat in aliorum, postquam sonus ϝ in oblivionem abiit, ex. gr. Γ 351. i N⁰ 5 et 8. j ο 349. k ι 135. Ut semper, sic et hic substantivum est πῖαρ, pag. 177 l, et οὖδασ *soli superficiem* significat. Fuere qui πῖαρ ὕπ' οὖδασ scriberent perperam, *pingue solum subest* interpretati. l *Relationis* sive *commodi* hic est dativus, pag. 385 m. m Δ 251. n N⁰ 5 et 7. o Η 446. p Notabile par praepositionum est Hes. Theog. 518 πρὸ παρ' Ἑσπερίδων. Quae apud Homerum non nisi in adverbio προπάροιθε(ν) inveniuntur iunctae.

ἀμφὶ περὶ κρήνην[a].
τυτθὸν ἀπὸ πρὸ νεῶν[b].
ὦρτο δι' ἐκ προθύρου[c].
παρ' ἐξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσι[d].

Etiam in compositis adverbii ἄντα[e] et in adverbio προπάροιθε(ν)[f] nec non in verbis compositis regnavit haec ubertas. Ex. gr. in his versibus:

ἔνθ' ἦ τοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοί, πολὺ δ' ὕδωρ
καλὸν ὑπεκπρόρεεν[g]

pulcherrime picta est scaturigo subter saxa profluens.

Geminatam praepositionem habet participium προπροκυλινδόμενοσ[h].

§ 318. Adverbia *genitivum* admittentia, praepositionibus vi et usu similia, sed cum verbis non composita, commemoranda sunt quae sequuntur:

1. ἄγχι sive ἀγχόθι et ἐγγύσ sive ἐγγύθι *prope*, compar. ἆσσον sive ἀσσοτέρω, superl. ἄγχιστον sive -τα[i]. Saepe omissus est genitivus, ex. gr. ἄγχι παραστάσ[j]. Neque raro adiunctus est *dativus pronominis*[k], ex. gr.: τάχα δέ σφισιν ἄγχ' ἐγένοντο[l], οὐδέ ϝοι ἵπποι | ἐγγὺσ ἔσαν προφυγεῖν[m], ut et adverbiis σχεδόν[n], πρόσθε[o], ὄπισθε[p]. Cuiusmodi locis collatis veri videtur simillimum ἄγχι a poetis etiam saepius dativo ornatum esse quam fit in textu tradito[q], quod enim multis locis legitur hemistichium: ἀγχοῦ δ' ἱστάμενοσ vel -μένη[r] in illorum ore fuisse: ἄγχι δέ ϝ(οι) ἱστάμενοσ et -μένη, metri autem causa postmodo esse mutatum, cum sonus ϝ et ipsum pronomen evanuisset[s]. Nam vix est credibile poetam, qui ἄγχι στάσ dixit saepius, aoristi et praesentis hoc fecisse discrimen ut ἀγχοῦ ἱστάμενοσ dicere mallet. Omnino autem adverbii ἀγχοῦ, ut aliorum in -οῦ desinentium[t], suspecta in carminibus epicis est diphthongus finalis, quapropter potius legendum est ἀγχόθι[u] vel ἐγγύθι[v], metro autem ubi ἄγχι admittitur, hoc praeferendum. — Cohaerent ἀγχίαλοσ et alia composita[w], ἄγχω, ἀγχιστῖνοσ, ἐπᾶσσύτεροσ.

---

a *B* 305. Similis est conformatio vocis Creticae περιαμπέτιξ -τιο sive περιαππέτιξ -τιο 5075.
b *H* 334. c *O* 124. d *K* 349. e § 318⁵. f § 318⁶.
g ζ 86 sq. h *X* 221 ρ 525. i § 89. j *H* 188. k *Relationis* sive *commodi* hic est dativus, ut in his verbis Thucydidis: Ἐπίδαμνόσ ἐστι πόλισ ἐν δεξιᾶι εἰσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. Qui et adverbiis ἅμα et ὁμοῦ iungebatur: *Λ* 226 *E* 867 *H* 331 *O* 118 al.; item postea. l *Ψ* 447. Similia *Z* 405 *Π* 852 *Υ* 283, 449 al.; qua re in errorem perducti seri imitatores vocem οἱ vice particulae (= τοι) usurparunt, ex. gr. Q. Smyrn. III 57 ἀλλά οἱ οὔ τι | ... Κρονίδησ ἔτ' ἀνέξεται ... | οὕτω μαργαίνοντα. m *Λ* 340.
n *Φ* 64 al. o *E* 300 al. p ζ 307 al. q Argumento est etiam v. l. κ 377 ἄγχι παρισταμένη, ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη, ἄγχι δέ μ' ἱσταμένη. r *B* 172, 79 *Γ* 129 *Δ* 92, 203 *E* 123 *Λ* 199 *N* 462, 768 *Ξ* 356 *O* 173, 243 *Π* 537 *P* 684 *Σ* 169 *X* 215, 228 *Ω* 87 δ 25 ε 159 ο 9 ρ 349, 552 χ 100 h. Cer. 347. Item pro ἀγχοῦ δὲ ξύμβληντο *Ω* 709 leg. ἄγχι δέ ϝοι. s Pag. 81 *g*. t § 322. u Hoc traditum est *Ξ* 412 *Ψ* 762 ν 103. v Sic l. a. ν 103. w In his ἀγχίμαχοσ *N* 5 al., quod in codd. plerisque ἀγχέμαχοσ est scriptum.

2. **μέχρι**[a] sive **ἄχρι**[b] *usque*. Formae debiliori[c] suffixum -σ(ε) *versus* additum effecit novum adverbium ἄχρισ[d] *prorsus*[e].

Idem quod μέχρι sive ἄχρι significabant epicum μέσφα[f], quae particula fortasse etiam in lapide Pamphylico extat[g], μέσποδι, quod legitur in lapide Thessalico[h], μέστα, quod in lapidibus Arcadico et Creticis[i].

3. **ἰθύσ** *recta*[j], superl. ἰθύντατα[k]. Stirpi adiectivi ἰθύσ *rectus*[l] additum suffixum -σ(ε) *versus* hoc adverbium effecit[m]. Sic simile factum est ipsius adiectivi nominativo masculino nec non — certe cum oculis carmina usurpantur — nominativo substantivi feminini ἰθῦσ[n].

4. **με(σ)σηγύ(σ)**[o] in dictione epica eum locum obtinebat quem postea μεταξύ in Attica[p].

5. **ἄντα** *ante*, *contra*, *exadversus*. Idem significabat adiectivi hinc derivati neutrum ἀντίον vel ἀντία[q], simillima autem erat vis accusativi feminini ἄντην, qui adverbii partibus fungebatur, *coram*, *palam*. Composita fuerunt ἄν-, ἔν-, εἴσ-, κάτ-, πάραντα, quibuscum conferendae sunt praepositiones δι' ἐκ similesque coniunctim usurpatae[r]. Praeterea cohaerent ἀντί[s] et verbum ἄντομαι sive ἀντάω sive ἀντιάω[t].

6. **πρόσθε(ν)**, **πάροσ**[u], **(προ)πάροιθε(ν)**[v] *prae*, *ante*[w]. Sonum οι effecit locativi signum additum[x], ut in comparativo παροίτεροσ[y].

7. **ἄτερ** *sine*[z] cum derivato ἀπάτερθε(ν)[a]. Idem significabant ἄνευ[b] et quod inde ductum est ἄνευθε(ν) sive ἀπάνευθε(ν), fere idem ἀμφίσ, quod supra est tractatum[c].

8. **ϝεκάσ** *procul*[d] cum compar. ϝεκαστέρω et superl. ϝεκαστάτω[e], ϝέκαθεν *eminus*[f]. Idem significabant νόσφι(ν)[g], unde ductum est νοσφίζω *removeo*, et τῆλε sive τηλόθι[h].

9. **ϝέκητι**[i] *voluntate*[j], ἀϝέκητι *invito*[k]. Cohaerent ϝεκών, ἀϝέκων, ἀϝεκαζόμενοσ, ϝέκηλοσ sive εὔκηλοσ[l], ἀϝεκήλιοσ, εἵνεκα (?)[m].

---

a *N* 143 *Ω* 128 (h. l. codd. μέχρισ, pag. 107 *p*). *b* σ 370. *c* μέχρι: ἄχρι = μεγα-: ἀγα-, pag. 198 *z*. *d* ἄχρι: ἄχρισ = ἐν: εἰσ, pag. 378 *c*. *e* *Δ* 522 *Π* 324 *P* 599; proprie *ad* (*finem*) *usque*. *f* *Θ* 508 et l. a. τ 223 ω 310 μέσφ' ὅτε pro ἐξ οὗ. *g* Inscr. 1267[28]; lectio dubia, nam periit contextus. Ex Iliade particulam μέσφα certatim desumserunt poetae Alexandrini, ex. gr. Arat. Phaen. 599 Apoll. Rh. II 1227 Callim. h. Dian. 195 Theocr. II 144 Orph. Argon. 413. *h* μέσποδί κε (= ἕωσ ἄν) Thess. 345[13]. *i* μέστα Arcad. 1222[30] Cret. 4949[6], 5149[39], μέττα 4991 IX[48]. *j* *E* 506 al., cum gen. vs. 849 al. *k* *Σ* 508; sonus ν redit in verbo ἰθύνω. *l* *Ξ* 403 *Y* 99 *Ψ* 580 h. Cer. 152. *m* Pag. 378 *c*. *n* Pag. 373 d. *o* Pag. 107 *m* et § 36.

p Pag. 383 *l*; pro μεταξύ *A* 156 leg. μεσσηγύ, Hes. Oper. 394 τὰ μέταζε § 49, l. a. τὰ μεταξύ. *q* § 320. *r* § 317. *s* Rarum in dictione epica est ἀντί, *Θ* 163 al., *instar* autem valet, ad *mentis* res translatum semper, ut a posteris. *t* § 211[5].

u *Θ* 254. Non nisi hic *locum* indicat. *v* De praepositionum πρό et παρά iunctura pag. 384 *p*. *w* De adverbio ad *tempus* relato § 324[8] et 326 A[5]. Adverbii προπάροιθεν notio a loco ad tempus translata est λ 483; dubia est res *K* 476 al.

x Pag. 157 *q*. *y* Pag. 197 *x*. *z* *A* 498 al. a *B* 587 al.

b *N* 556 al. c § 316[1]. d *I* 246 al.; composita pag. 143. e η 321 *K* 113, pag. 198 *o*, *p*. f *B* 456 al. g *A* 349 al. h Pag. 198 *q* et § 322[10].

i Dativus? An conferenda sunt ἐγερτί et similia? j ο 319 al. k *Z* 268 al.

l Pag. 151 *w*. m N[0] 11.

10. Cum particulis modo allatis coniunctim commemorandum est substantivum **δέμασ**[a] sive *habitus, species,* cuius accusativus ita ut Atticum *δίκην* est usurpatus in hoc versu:

ὣσ οἳ μὲν ’μάρναντο **δέμασ** *πυρὸσ* **αἰθομένοιο**[b],

quae verba poetica ad litteram versa significant: *speciem ignis flagrantis referentes*[c].

11. εἵνεκα sive **ἕνεκα** sive **ἕνεκεν**[d] ... *causa.* Videtur ex *ἐν-ϝεκ(ε)ν* esse natum, cohaerere autem *ϝεκών* atque *ϝέκητι*; sed obscurae sunt initialis syllabae vis et origo. Cum genitivis *τοῦ* et *οὗ* coaluit[e] in nova adverbia *τοὔνεκα ideo*[f] et *οὕνεκα quia*[g], quorum posterius ex vocibus *τοῦ ἕνεκα ὅτι* est natum attractione. Quae postquam in oblivionem abiit origo, etiam eo sensu quo *ὅτι quod* est usurpatum post verba *sentiendi* et *dicendi*[h]. Aliter habet res in verbis: *δὸσ . . . πρήξαντε νέεσθαι | οὕνεκα δεῦρ’ ἱκόμεσθα*[i], ubi *οὕνεκα* id quod *τοῦτο οὗ ἕνεκα* sive *quapropter* valet.

CAPUT II.

DE ADVERBIIS.

I. Observationes generales.

§ 319. Adverbiorum in **-ω(σ)** desinentium parcus in lingua epica — et omnino in dictione poetarum — fuit usus. Quae autem in priscis carminibus extant, horum pleraque a stirpe in *-ο* desinenti sunt ducta: *ὅδε—ὧδε, πρότεροσ—προτέρω, τηλότατοσ—τηλοτάτω, ὅσ—ὧσ, αἰνόσ—αἰνῶσ,* alia. Neque obscura est causa; nam primitus nisi ab huiusmodi stirpibus duci non potuerunt. Dein vero analogia effecit ut syllaba *-ωσ* suffixi loco habita variis adiectivorum stirpibus adderetur[j].

---

a Pag. 178 *h* et § 262. *b* *Α* 596 al. *c* *Ignis* poetis fuit *animal* vorax; *δέμασ* igitur tribui ei poterat, qua voce non nisi viventia corpora significabantur. *d* Pag. 113 d. *e* De demto sono *ϝ* pag. 73 *f*. *f* *Α* 96 al. *g* *Α* 11 al. *h* *ε* 216 *η* 300 *ν* 309 *ο* 42 *π* 330, 379 h. Ap. 376 Hes. Theog. 464. *i* *γ* 61. *j* In Homeri carminibus ita conformata sunt *ἀ-, ἐϋκλεέωσ, ἀπηλεγέωσ, ἀσκελέωσ, ἀσφαλέωσ, ἀτρεκέωσ, ἀ-, ἐϋ-, περιφραδέωσ, ἐπικρατέωσ, λιγέωσ, νωλεμέωσ, πάντωσ, ταχέωσ, τεχνηέντωσ,* quae octoginta fere in versibus leguntur, unum *ἀτρεκέωσ* frequenter, cetera rarius. Huc illuc autem terminum *-ωσ* e lingua recentiore irrepsisse testantur *ἀστεμφέωσ* *δ* 419, 459 Hes. Theog. 748 et *νημερτέωσ* *ε* 98 *τ* 269 h. Cer. 71, leg. *ἀστεμφέα* et *νημερτέα*, § 8. Neque genuinum est *ἀϝικῶσ* *Χ* 336 pro *ἀϝεικέωσ* vel potius *ἀϝεικέα* dictum. Pro *καλῶσ* *β* 63 leg. *καλά*, pro *φίλωσ* *Δ* 347 *φίλον*, pro *ἀσπασίωσ* *Σ* 270 *δ* 523 *θ* 450 *ξ* 502 *ψ* 233 *ἀσπάσιοσ*.

Saepe autem adverbii loco usurpatum est *adiectivi neutrum* numeri singularis vel pluralis, ex. gr.:

μέγ' ἐμεῖο ποθὴν ἀπεόντοσ ἔχουσι[a].
Τηλέμαχ', οὐκέτι καλὰ δόμων ἄπο τῆλ' ἀλάλησαι[b].
μάλα πόλλ' ἐπέτελλε
αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,
μηδὲ γένοσ πατέρων αἰσχυνέμεν', οἳ μέγ' ἄριστοι
ἐν Ἐφύρηι ἐγένοντο[c].

Qui in *comparatione* epicis poetis constans fuit mos et postea in lingua Graeca mansit; comparativus enim adverbiorum in *-ον* desinebat, superlativus in *-α*.

Separatim hoc loco commemorandum est ὁμῶσ *pariter, eodem modo*, adverbium adiectivi ὁμόσ *idem*[d], unde et ὁμόθεν[e], ὁμοῦ[f], ὁμόσε[g], ὁμοῖοσ[h] sunt ducta. Apud posteros particula ὅμωσ mutatis vi et accentu facta est *obicientis*[i], id quod *tamen* valens[j]. Qui notionis transitus in dictione epica inchoatus quidem est[k], sed non perfectus[l].

II. De adverbiis in -α desinentibus.

§ 320. In *-α*, neutri pluralis suffixum, desinunt etiam adverbia sequentia, quae ab adiectivis adverbialiter usurpatis, quale est πολλά vel ὤκιστα, ea sola in re differunt quod in lingua epica ab eorum stirpe alii casus non sunt ducti, certe non inveniuntur in iis carminibus quae aetatem tulerunt:

1. αἶψα *celeriter*. Cohaeret adi. αἰψηρόσ.
   ῥίμφα *festinanter*.
   τάχα *celeriter, mox*[m]. Idem valebat adiectivi ταχύσ adverbium ταχέωσ[n].
   ὦκα *celeriter*. Cohaeret adi. ὠκύσ[o].
2. θαμά *identidem*. Cohaeret adi. θαμύσ[p].
3. λίγα *clare*. Idem valebat adiectivi λιγύσ adverbium λιγέωσ[q].

---

a Z 362. Adverbium μεγάλωσ P 723 π 432, unde novum adverbium μεγαλωστί Π 776 Σ 26 ω 40. *b* ο 10. *c* Z 207 sqq. *d* De vocum ὁμόσ, -ῶσ et αὐτόσ, -ῶσ discrimine pag. 213 *l*. *e* ε 477 h. Ven. 135 Hes. Oper. 108. *f* Α 61 al.; nusquam ὁμόθι. *g* M 24. *h* Α 278 al.; alienum est incertae originis adiectivum ὅμοιιοσ *miser* Δ 315 al. *i* Epice ἔμπησ § 324[14]. *j* Ut hodierna *evenwel, all the same, gleichviel, tout de même*, et quae negationem rei contrariae habent: *nihilominus, niettemin, néanmoins, nevertheless*. *k* λ 565 Hes. Oper. 20. *l* Lehrs Arist.² 156 sq.; pro ὅμωσ M 393 leg. ἔμπησ. *m* Usus posthomerici, quo τάχα id quod ἴσωσ vel *fortasse* significavit, prima initia agnoscuntur Α 205 Γ 436 P 241 β 76 φ 369 alibi. *n* Pag. 387 *j*, Ψ 365, ubi languet; τάχα autem nonaginta locis est usurpatum. *o* Pag. 185 *d*. *q* Γ 214 al., pag. 387 *j*.

4. ἄντα *exadversus*. Haec iam commemorata est particula [a].

5. κρύβδα *clam* cum formis productis κρύβδην, κρυφηδόν [b].

6. ἀμφαδά sive -δόν et ἀναφανδά sive -δόν *palam*, cum producta forma ἀμφαδίην [c].

7. αὐτοσχεδά sive -δόν sive -δίην *cominus* [d].

8. ἦκα *leniter*. Cohaerent ἥσσων et ἥκιστοσ [e].

9. ἀτρέμα(σ) *quiete* [f]. A stirpe verbi τρέμω [g], unde et τρόμοσ, ἄτρομοσ, τρομέω.

10. πύκα *firmiter*. Cohaerent πυκάζω, πυκ(ι)νόσ, πύξ [h], πυγμάχοσ, alia.

11. μίγδα sive μίγδην [i] *permixtim*. A stirpe verbi μίσγω [j].

12. ῥεῖα *facile*, quod ῥῆια scribendum videtur [k], cohaerent enim ῥηΐδιοσ, ῥηΐτεροσ, -τατοσ, -στοσ [l]. Dubia forma ῥέα [m] ibi certe, ubi monosyllaba facta est synizesi, errori debetur [n]. Idem valebat adiectivi ῥηΐδιοσ adverbium ῥηϊδίωσ [o].

13. σάφα *clare*. Idem valebat adiectivi σαφήσ [p] adverbium σαφέωσ [q].

14. ὄχα [r], ἔξοχα, ἔξοχον *eximie*. A stirpe verbi ἔχω.

15. δίχα sive διχθά, τρίχα sive τριχθά, τετραχθά, πένταχα, *bifariam*, cet. [s].

16. ὕπαιθα *subter*. A praepositione ὑπό [t].

17. ἅμα, ἅμυδισ [u] *simul*.

18. ἵνα *ubi* [v].

19. δϝηθά *diu* [w].

§ 321. Etiam firmiter perhibentium vel negantium adverbium μάλα, μᾶλλον, μάλιστα sic est conformatum; quocum cohaeret adi. μαλερόσ *vehemens* [x]. Plurimus autem huius particulae cum postea in lingua Graeca fuit usus, tum praesertim in dictione epica, in qua non solum *adiectivis* et *adverbiis* passim adiuncta est, qui et postea mos fuit, sed etiam *praedicato*; ex. gr.:

> **μάλα** γάρ ϝε κατεσθίει [y].
> **μάλ'** αἴθρη | πέπταται ἀνέφελοσ [z].
> **μάλ'** οὐ δϝηναιὸσ ὃσ ἀθανάτοισι μάχηται [a].

Saepe autem coniunctae sunt particulae ἦ μάλα (δή), ex. gr.:

---

a § 318⁵. b Apud posteros κρύφα, κρυφῆι. c § 280. d § 324³.
e § 87. f ἀτρέμα O 318, -μασ B 200 al.; Att. ἠρέμα. g K 390 al.
h § 324¹³. i H. Merc. 494. j § 242³. k Pag. 65 *a*. l Pag. 197 *i*—*k*.
m E 304 M 58 al. n Pag. 69 *o*. o Δ 390 al. p H. Merc. 208.
q H. Cer. 149. r Λ 69 al.; Λ 288 al. in codd. est ὥριστοσ, pag. 70 *d*. Etiam P 80 Σ 10 huc faciunt. s § 91. t § 315². u § 49. v § 324⁵.
w § 324⁹. x μάλα: μαλερόσ = κάρτα (non epicum): καρτερόσ. Similis ratio obtinet etiam inter αἶψα et αἰψηρόσ, σφόδρα (non epicum) et σφοδρόσ μ 124. y Γ 25 Φ 24.
z ζ 44 sq. a E 407.

ἦ **μάλα** τοῦτο ϝέποσ νημερτὲσ ἔϝειπεσ[a].
ἦ **μάλα** δή με θεοὶ θάνατόνδ' ἐκάλεσσαν[b].

Etiam postea haud insolitae fuerunt locutiones αὐτίκα μάλα *sic statim*, καὶ (ἔτι) μάλα *atque adeo*, οὐ μάλα sive πώμαλα[c] *minime*, similes[d].

III. De adverbiis loci.

§ **322.** Ex adverbiis *loci* sequentia hic commemoranda sunt visa:

I. Quae desinunt in -θε(ν)[e]. Singula enumerari non est opus.

II. Quae desinunt in -θι[f]:

1. πόθι sive ποῦ *ubi?*
2. τόθι *ibi*[g].
3. ποθι sive που *alicubi*, et a loco ad tempus translata notione: *aliquando* sive *forte*.
4. ὅθι *ubi*.
5. κεῖθι *illic*[h].
6. αὖθι[i] *loco dicto* sive *hic, istic, illic*, prouti fert verborum contextus[j].
— αὐτόθι sive αὐτοῦ *ipso loco dicto*.
7. ἄλλοθι *alibi*.
8. ϝεκάστοθι *quoque loco*.
9. ὑψόθι sive ὑψοῦ sive ὕψι *alte*.
10. τηλόθι sive τῆλε *procul*, cum superlativo τηλοτάτω[k].
11. ἀγχόθι sive ἀγχοῦ sive ἄγχι et ἐγγύθι sive ἐγγύσ *prope*[l].
12. ἔνδοθι sive ἔνδον *intus*.
13. ἔκτοθι sive ἐκτόσ *extra*.
14. νειόθι *infra*[m].
15. ἑτέρωθι *altero loco*.

Terminus -οῦ, qui postea vulgati fuit sermonis, in textu tradito passim legitur: ποῦ, που, αὐτοῦ, ὑψοῦ, τηλοῦ, ἀγχοῦ. Sed in ore ipsorum poetarum non tam frequentem fuisse, in multos enim versus irrepsisse

---

a Γ 204. *b* Χ 297. *c* Ex οὔπω μάλα, Gall. (*pas*) *du tout*, ad Ar. Plut. 66. *d* Ex. gr. Ar. Nub. 1326 Pac. 5 Ran. 864. *e* § 47. *f* § 48. *g* ο 239, l. a. ὅθι, et saepius apud Pindarum atque Bacchyliden. *h* Γ 402 al.; pro ὄφρ' ἂν ἐκεῖθι ρ 10 leg. ὄφρα κε κεῖθι, pag. 213 *f*. *i* Posteris fuit periculum ne confunderent particulam αὖθι elisione imminutam (Α 48 σ 48 al.) et particulam αὖτισ sive αὖτε *rursus* ante spiritum asperum αὖθ' scriptam (Α 370 al.), cum mos vetustus sonos elisos ἐκ πλήρουσ exarandi obsolevisset; quae ipsis αὖθισ audiebat. Itaque Callimachus aliquando pessime dixit: „αὖθι τόδ' ἐκδύοιμι" ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα, Ammon. 27 Valck. *j* Id quod latinum *ilico* valet Θ 270 al. *k* Pag. 198 *r*. *l* § 318[1]. *m* Φ 317 νειόθι λίμνησ, *in imo stagno*, § 88.

ubi poetae usi essent formis antiquioribus, cum per se veri est simile, tum efficitur e numeris horum versuum et similium:

αὐτοῦ, εἰσ ὅ κε ϝάστυ μέγα Πριάμοιο ϝαλώηι[a].
ὑψοῦ, ὥσ σε φέρηισιν ἐπ' ἠεροϝειδέα πόντον[b].

Ubi nisi *αὐτόθι* et *ὑψόθι* proferuntur, pes primus claudicat[c].

Non tam necessaria numeris, utilis tamen est syllaba -*θι* in versibus sequentibus similibusque:

μηδ' ὡσ Πάτροκλον 'λίπετ' αὐτοῦ τεθνηῶτα[d].
καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ 'μεῖνε[e].

Itaque nimiae non est audaciae vetustas adverbiorum formas revocare ubicunque sinunt numeri[f]; sinunt autem locis longe plerisque. Exemplum unum sit additum:

εἰσ Πύλον οἴχεσθαι Νηλήϊον, ἀλλά που αὐτοῦ[g],

ubi dubium non videtur quin poeta cecinerit: *ἀλλά ποθ'(ι) αὖθι*.

III. Tertia hic commemoranda sunt quae in -*σε* desinunt adverbia[h]: *πόσε, ὀππόσε*[i], *κεῖσε, ὁμόσε*[j], *ἄλλοσε*[k], *ἀμφοτέρωσε, ἑτέρωσε, πάντοσε, κυκλόσε, ὑψόσε, τηλόσε.*

Adverbia in -*δε*, -*ζε*, -*δισ* desinentia supra sunt tractata[l].

IV. *ἧχι ubi.*

IV. De adverbiis correlativis.

§ 323. Correlativa adverbia sequentia, a stirpe pronominis demonstrativi *ὅσ*[m] ducta, poetis epicis praeter ea, quae et postea usurpata sunt, erant praesto:

1. τῆμοσ[n] . . . **ἦμοσ** *tum . . . cum*, ex. gr.:

ἦμοσ *δ' ἠριγένεια 'φάνη ῥοδοδάκτυλοσ 'Ηώσ,*
τῆμοσ *ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κλυτοῦ Ἕκτοροσ ἤγρετο λαόσ*[o].

Indicativo praeteriti iungebantur, *ἦμοσ* etiam indicativo *praesentis* vel *perfecti*, ut *ὅτε*[p]; ex. gr.:

ἦμοσ *δ' οὐκ ἄρα πω ἠώσ, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ*[q]

quo diei tempore nondum aurora sed etiam diluculum (*est*).

ἦμοσ *δ' ἠέλιοσ μέσον οὐρανὸν ἀμφιβέβηκε*[r]

quo diei tempore sol medium caelum obtinet.

---

a *B* 332. *b* *ε* 164. *c* Pag. 82 h. *d* *T* 403, l. a. *αὐτόθι*. Similis est ratio versuum *Δ* 292, 364 *Ω* 673, pag. 51 *d*. *e* *N* 564; *αὐτόθι 'μεῖνε* sive *αὐτόθ' ἔμεινε* est in versu par. *δ* 508. Similis est ratio versus *ν* 249, pag. 45 *o*, 51 *r*, *s*. *f* Sic Brandreth.

g *δ* 639. *h* Etiam complura adverbia in -*σ* desinentia hoc suffixo sunt ornata, pag. 378 *c*. *i* *ξ* 139. *j* Pag. 214 *b*, 388 *g*. *k* *ψ* 184, = *ἄλλυδισ* *Α* 486 al., pag. 158 *a*. *l* § 49. *m* § 96. *n* Similia sunt *τημοῦτοσ* Hes. Oper. 576, *τημόσδε* Arat. Phaen. 473, *ὀτῆμοσ* Herod. Mimiamb. III 55. *o* *Ω* 788. *p* *B* 471 al. *q* *H* 433. *r* *δ* 400.

2. τόφρα ... ὄφρα *tamdiu* ... *quamdiu*, ex. gr.:

ὄφρα μὲν οὖν Μελέαγροσ Ἄρηϊ φίλοσ ’πολέμιζε,
τόφρα δὲ Κουρήτεσσι κακῶσ ἔεν[a].

Vel: *tamdiu* ... *donec*, ex. gr.:

τόφρα δ’ ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτοσ, ὄφρα κ’ Ἀχαιοὶ
υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν[b].

Vel: *interim* ... *dum*, ex. gr.:

ὄφρα τοὶ ἀμφεπένοντο βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον,
τόφρα δ’ ἐπὶ Τρώων στίχεσ ἤλυθον ἀσπιστάων[c].

Adverbio ὄφρα cum subiunctivus sociabatur, tantum non semper addebatur particula κε (ἄν)[d].

3. Quae postea τέωσ ... ἕωσ dicta sunt adverbia, *tamdiu* ... *quamdiu*, in carminibus epicis servata forma vetusta sonabant τῆοσ et ἦοσ[e], ex. gr.:

ἦοσ μέν ῥ’ ἀπάνευθε θεοὶ θνητῶν ἔσαν ἀνδρῶν,
τῆοσ Ἀχαιοὶ μὲν μέγ’ ἐκύδανον[f].

Pro re nata adiungebantur indicativus, subiunctivus cum particula κε, optativus[g]; τῆοσ autem ubi non habebat quod sibi responderet, significabat *aliquantisper* vel *interim*, ut et postea τέωσ. Ex. gr.:

ὣσ Δαναοὶ τῆοσ μὲν ὁμιλαδὸν αἰὲν ἕποντο[h].
τὸν δ’ ἄρα τῆοσ ἀπήγαγε ϝοίκαδε δαίμων[i].

In tradito vero textu misere haec adverbia sunt habita. Et levius fortasse vitium — quippe tralaticium — erat relativum demonstrativi loco scriptum[j]. Quod vero τέωσ et ἕωσ in codicibus passim sunt exarata metro invito, id luculenter testatur voces epicas ne versuum quidem numeris satis fuisse defensas. Exemplo sit hic versus, qui saepius in Iliade et in Odyssea legitur:

ἕωσ ὃ ταῦθ’ ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν[k].

Qualia qui scribere vel scripta tolerare potuerunt, nihil non poetis licuisse arbitrabantur, parum videlicet periti artis epicae: disyllabam particulam ἕωσ synizesi in unam syllabam esse contractam, thesin

---

a *I* 550 sq. *b* *Λ* 509 sq. *c* *Δ* 220 sq. *d* Abest κε post ὄφρα *quamdiu* *Δ* 346 *E* 524 *Λ* 477 *Ψ* 47 *σ* 133, post ὄφρα *donec* *Λ* 82 *M* 281 (*Φ* 558). *e* In dialecto Dorica ἇοσ postea contractum est in ἇσ, ex. gr. ἇσ κα δώωντι (= ἕωσ ἂν ζῶσι) Cret. 4991 IV[26], ἇσ κα ζώῃ Delph. 1854[8], ἇσ κα ζώει Boeot. 382[9], ἇσ κα πρωγγύωσ ποτάγωντι Heracl. 4629 I[100] Pind. Ol. XI (X) 61 Ar. Lys. 173 Theocr. II 60 al.; simile est ὔϝαισ ζῆν Cypr. 60 (ter). Correlativum τᾶοσ non extat, sed τάωσ (leg. τᾶοσ?) = τέωσ Cretensibus tribuitur in lex. Hesychii, et contractum τᾶσ fortasse est legendum Theocr. XXX 4 (cod. ταῖσ). *f* *Y* 41 sq. *g* Imitatorem *β* 78 arguit optativus cum particulis ἕωσ κε coniunctus. *h* *O* 277. *i* *π* 370. *j* Ex. gr. in versu modo laudato; item *M* 141 *N* 143 *P* 727, 730 *β* 148 *γ* 126. In scholiis *A* 193 alibi legitur: „τὸ ἕωσ ἀντὶ τοῦ τέωσ“, et posteri dum dictionem epicam imitari conantur saepe sic errarunt, ex. gr. Orph. Lith. 107 Apoll. Rh. IV 821, 1617 Dion. Hal. I 33 al.; Herodoto vero IV 165 ἕωσ est reddendum, item Demostheni Ol. II § 21 et τέωσ <ἕωσ> XXI § 16 coll. (XXIV § 64 et) Ar. Pac. 32, pag. 30 *k*. *k* *A* 193 al.; eidem errori debetur ἕωσ ἐνὶ versuum initio scriptum *ν* 315 *ο* 153.

autem expletam esse pronomine brevissimo ὄ. Non tamen defuere qui sanae menti auriumque iudicio plus tribuerent quam litteris traditis[a]; ipso autem poeta interrogato apparet *trochaeum* in eius lingua haec adverbia effecisse[b]. Transcriptores vero litteris vetustis *ΗΕΟΣ* et *ΤΕΟΣ* voces ipsis suetas ἕωσ et τέωσ significatas esse putabant[c]. In novum autem errorem incidebant qui εἶοσ et τεῖοσ scribi iubebant; quae formae neque in codicibus extant[d], neque si passim extarent, maioris forent pretii quam sunt βείομεν, εἵαται, ἔκεια, Ἀειόκριτοσ, alia[e].

Adverbia ea, quorum modo facta est mentio, saepius a poetis inter se mutata sunt, ex. gr.:

ἧοσ μέν κ' ἀγρούσ ἴομεν καὶ ϝέργ' ἀνθρώπων,
τόφρα . . . ἔρχεσθαι[f],

ubi etiam ὄφρα κ' ἴομεν vel τῆοσ ἔρχεσθαι potuisset dici, si metro satis convenisset utrumvis[g].

Relativa ὄφρα et ἧοσ etiam *coniunctionum finalium* munere functa sunt[h].

V. De variae potestatis adverbiis nonnullis.

§ 324. Commemoranda restant adverbia sequentia:

1. ἄψ sive praepositio ἀπ(ό) suffixo -σ(ε) ornata[i], *retrorsum*[j]; translata autem notione significabat conversionem in rerum statum anteriorem, ex. gr. ἂψ ἐθέλω ἀρέσαι[k]. Composita erant ἄψορρoσ, quocum conferendum est παλίνορσοσ, et ἀψόρροοσ, notione autem item translata ἄψορρον valebat id quod *rursus*[l].

2. πάλιν *retro*, a stirpe verbi πέλομαι ductum[m]. Nonnumquam, ut ἄψ, non in locum sed in pristinum rerum statum indicabat reditum: πάλιν 'λάζετο μῦθον *retractabat dictum*[n], πάλιν ϝερέει *obloquetur*[o], πάλιν

---

a Reiz (Ludwich Wochenschr. f. kl. Philol. 1890, 6), Knight Proleg. 83, Hermann Elem. doctr. metr. 58, (Heyne ad *Α* 193?), Hoffmann Quaest. Hom. I 108 sq., Curtius Rhein. Mus. 1845, 242 sq., Ahrens Philol. 1879, 215 sq. (= kl. Schr. I 295 sq.), Nauck Mél. Gr. R. II 411 sqq., vChrist Proleg. Il. 113, alii. *b* Particula inutilis inserta est *Τ* 189 (μιμνέτω αὖθι τέωσ περ vel γε leg. τῆοσ μ. αὖθι) κ 348 ο 231 π 370 ω 162 (τέωσ μέν leg. τῆοσ) ε 386 (ἕωσ ὅ γε leg. ἧοσ ὅ) ρ 358 (ἕωσ vel ὡσ ὅτ' leg. ἧοσ) τ 530 (ἕωσ μέν leg. ἧοσ). Pro ὄφρα τέωσ *Ω* 658 leg. ὡσ τῆοσ, pro ἕωσ μιν ε 123 ὄφρα ϝ'(ε), pro αὐτοῦ ἐνὶ κλιντῆρι τέωσ σ 190 αὖθ' ἐν κλιντῆρι. τῆοσ, § 322 II, pro ἕωσ μὲν γάρ τε *Ρ* 727 τῆοσ μέν ῥα, pro τὼ δ' ἕωσ β 148 τῆοσ, pro τέκνα τέων h. Cer. 138 τέκν' ἧοσ. Spurius est β 78 (ἕωσ κ' ἀπὸ πάντα δοθείη, pag. 392 *g*). *c* Pag. 67 *b*—*d*. *d* εἶωσ et τείωσ saepe sunt scripta. *e* Pag. 241 et ad *Ρ* 344. *f* ζ 259—261. *g* ἧμοσ . . . τότε *Α* 475 al., εὖτε . . . τῆμοσ ν 93—95, similia alibi. *h* § 326 A3,4. *i* Pag. 71 *j* et 378 *c*. A stirpe ὀπ (ὀπ-ώρη, ὄπ-ισθεν, ἐπ-ί) sic ductum est ὀψέ. *j* νέεσθαι, χάζεσθαι, ὠθέειν, similia. *k* *Ι* 120 item *Π* 54, 442 al. *l* ι 282, 501. *m* § 275. *n* *Δ* 357 ν 254. *o* *Ι* 56.

τιτόσ repensus[a], *πάλιν 'ποίησε γέροντα fecit senem qui erat ante*[b]. Unde non longa erat via ad usum aevi posterioris, cui *πάλιν* id quod *denuo, iterum* significavit; sed hanc viam prisca poesis non iniit. Itaque verba haec: *ἄμε πάλιν πλαγχθέντασ ὀΐω | ἂψ ἀπονοστήσειν* sic sunt iungenda: *ὀΐω ἄμε πάλιν ἂψ ἀπονοστήσειν πλαγχθέντασ arbitror nos ambos retro redituros frustratos*[c]. Composita fuerunt *παλίλλογοσ, παλιμπετήσ, παλίνορσοσ, παλίντονοσ, παλιρρόθιοσ, παλίωξισ, παλίσκιοσ*[d]. In quorum nominum ultimo et paenultimo neglectum est *-ν* finale.

3. **σχεδόν** *prope, cominus*, a verbo *ἔχω*[e] ductum, notionem loci in dictione epica servabat intactam; ibi igitur usurpabatur ubi fiebat sermo de rebus tam propinquis ut possent *contingi*. In eam autem notionem, quae postea huic adverbio propria fuit: *fere, paene*, in ore priscorum poetarum nunquam abiit. Sed poetica dictio tulit ut clades vel mors *instans* posset dici *σχεδὸν ἔμμεναι*[f]. Etiam *matrimonium* quod proximum erat sic est vocatum[g], item proxime *affinis* quidam[h]; quae ex ipso sermone quotidiano a poeta desumta esse patet. Cohaerebat adiectivum *σχέδιοσ*[i]; utriusque autem vis poterat augeri praefixo *αὐτο-*[j].

4. **ἑξῆσ**[k] sive **ἑξείησ**[l] *deinceps*, item a verbo *ἔχω* ductum, designat quae seriem continuam efficiunt, et, notione leviter inflexa, quae ex ordine obeuntur[m]. Disyllaba forma postea sola obtinuit. Quae si ex *ἑξείησ* esset contracta, novicia esset dicenda[n]; sed vetustiorem fuisse quam trisyllabam apparet collatis *αὐτοσχεδόν—αὐτοσχεδίην, ἔγχοσ—ἐγχείη, ἠώσ—ἠοίη, Ἀθήνη—Ἀθηναίη*, aliis[o].

5. **ἵνα** *ubi*[p] etiam *coniunctionis finalis* munere fungebatur in dictione epica[q], ut postea.

6. **ἄφαρ** *celeriter, statim, subito*[r]. De rebus quae statim *reputantibus* apparent dictum id quod *certo, profecto* significabat[s]. Cohaeret comparativus *ἀφάρτεροσ*[t].

7. **εἶθαρ** *extemplo*[u].

8. **πάροσ** *ante* primitivam loci notionem in uno carminum epicorum versu servavit, ubi adiunctus est genitivus[v]. Multo saepius

---

a α 379 β 144. *b* π 456. *c* *Α* 59 sq., *πάλιν ἄψ* ut *θνητοὶ βροτοί*, similia plurima, vel apud posteros *πάλιν αὖθισ*. Fuere qui *πάλιν πλαγχθέντασ* artius coniungi iuberent; gravius lapsi alii vocibus sic coniunctis Achivos *denuo oberraturos* dici putabant collata fabula quae fuit de Telepho. *d* H. Merc. 6; separatim proferenda sunt *πάλιν πλαγχθεῖσ* (nota *c*), *πάλιν ἀγρετόσ* *Δ* 526, *πάλιν ὄρμενοσ* *Δ* 326, *πάλιν τιτόσ* nota *a*. *e* § 149[94].
f *Ν* 817 β 284. *g* ζ 27. *h* κ 441. *i* Etiam in nomen proprium abiit.
j Plur. *αὐτοσχεδά* *Π* 319. *k* δ 449, 580 ι 104, 180, 472, 564 μ 147. *l* *Λ* 448 al.
m *Ζ* 241 al.; *Ω* 274 vocis vis dubia. *n* § 7. *o* Pag. 114 *f*. *p* § 320[18], *Β* 558 al.; *ἵνα γάρ* *Κ* 127, pag. 217 *c*. *q* 326 A[3]. *r* *Α* 349 *Μ* 221 al.
s *Δ* 418 *Ν* 814 al.; sic *αὐτίκα* translatum id quod *exempli gratia* significavit Ar. Av. 1000 al., ut nostrum *al dadelijk*. *t* Pag. 197 *v*. *u* *Ε* 337 al.; particula rarior. Tertia quae sic conformata est particula *ἴκταρ prope* Hes. Theog. 691 Aesch. Ag. 116 al., apud Homerum non legitur; unde verbum *-ικταίνοντο* ψ 3 (recte l. a. *-ηκτ-*) perperam olim a quibusdam est repetitum. *v* § 318[6].

notione ad tempus translata, cum rerum status anterior praesenti opponebatur, id quod *prius*, *hactenus*, *antea*, *alia occasione* significabat, addito verbi tempore *praesenti* aut *aoristo*, pro re nata; ex. gr.:

πάρος γε μὲν οὔ τι θαμίζεις[a].

ἠμὲν δή ποτ' ἐμεῖο πάρος 'κλύες εὐξαμένοιο[b].

Saepe autem in lingua epica coniunctae sunt voces τὸ πάρος (περ), ex. gr.:

θυμὸν ἔχων ϝὸν καρτερόν, ὡς τὸ πάρος περ[c].

καὶ γὰρ τὸ πάρος μενεδήϊος ἦσθα[d].

Etiam *coniunctionis temporalis* officio πάρος fungebatur[e].

9. **δϝήν** sive **δϝηρόν**[f] sive **δϝηθά** *diu*[g]. Cohaerent δϝηναιός et δηθύνω.

10. **αἰεί** sive **αἰέν** *semper*, Att. ἀεί. Primitus fuit αἰϝεί[h], sed sonum ϝ in lingua epica non esse auditum testatur diphthongus αἰ- hic illic correpta[i], vocali igitur praemissa[j]. In versuum fine αἰεί scribendum est potius quam αἰέν[k], ante vocalem autem in thesi potius αἰέν quam αἰεί[l]. Cohaerent αἰών, αἰειγενέτης, αἰενάων[m].

11. **ἀγκάς** *ulnis*[n]. Cohaerent ἀγκάζομαι, ἀγκών, ἀγκοίνη, ἀγκαλίς, ἄγκος, ἀγκύλος, alia.

12. **ἄδην** (ἄ)[o] *satis*. A stirpe verbi ἄμεναι[p].

13. **ἄνεω**[q] *tacite*[r]. Perperam ἄνεωι scriptum et nominativus plur. a multis dictum est[s]. Stirps aliunde non est cognita.

— **ἀκήν** *tacite, per silentium*[t]. Accusativus esse videtur[u], cohaerent autem ἀκέων, -ουσα[v], ἀκαλαρρείτης.

14. **ἔμπης** *tamen*, Att. ὅμως[w]. Origo incerta[x].

15. **πάγχυ** *prorsus*, Att. πάνυ.

16. **ἠΰτε** *perinde atque, ut*. Comparandi haec particula initio sententiarum usurpabatur, in primo igitur potissimum versuum pede et post diaeresin bucolicam invenitur[y]. Brevior forma εὖτε[z] abiit in adverbium *cum* significans[a], duobus autem textus traditi locis eo quo ἠΰτε sensu usurpata legitur; quorum altero[b] poeta ἠΰτε, prima syllaba correpta[c],

---

a Σ 386 ε 88. Item Δ 264 al. *b* Α 453. *c* Ε 806. *d* Ν 228. *e* § 326 A[5]. *f* Adiectivi δϝηρόσ Ξ 206, 305 neutrum. *g* § 320[19] et de sonis δϝ § 42. *h* Pag. 135 *r*. *i* Μ 211 Ψ 648 ο 379; nisi hi versus postmodo sunt deformati. *j* § 17. *k* Δ 827 α 68 τ 591. *l* Α 520 Ι 322 α 341 β 22 κ 464 μ 64 ν 255 φ 146. *m* Pag. 104 *n*. *n* Pag. 195 *a*. *o* ᾱ Ε 203, ᾰ Ν 315 Τ 423 ε 290. *p* § 192. *q* De termino -ω § 319. *r* Verbis ἔμεναι, γενέσθαι, ἧσθαι est adiunctum. *s* Rem conficiunt ψ 93 ἄνεω δϝὴν ἧστο et epigramma Eretriense n5304: ἀνάνειμαι ἄνεω *tacitus lege*. *t* Cum verbis ἵμεναι, ἔμεναι, γενέσθαι (ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, Γ 95 al.) est coniunctum. *u* Dat. ἀκᾶι Pind. Pyth. IV 156. Cui quod Eustathius tribuit ἀκασκᾶ, e lectionum ἀκᾶσ et ἀκᾶ(ι) iunctura prodiit. Similia Proleg. ad Aristoph. 303—306. *v* Saepius in codd. permutata sunt ἀκέων, -ουσα et ἀέκων, -ουσα. Pro ἀκέων δαίνυσθε φ 89 leg. ἄνεω δ., pro Ἀθηναίη ἀκέων ἔεν Δ 22 Θ 459 Ἀ. μὲν ἀκὴν ἔεν. *w* Pag. 388 *j*. *x* E praepositione ἐν et stirpe nominis πᾶσ compositum? *y* Pro μελάντερον ἠΰτε πίσσα Δ 277 leg. μ. ἠέ τε π. *z* Sic ἠΰ factum est εὖ, pag. 185. a § 326 A[2]. b Τ 386 τῶι δ' ἠΰτε πτέρ' ἐγίγνετ'(ο). c § 17.

dixisse videtur, altero ferenda est particula disyllaba, nisi gravius subest vitium[a].

17. φή *ceu.* Prisca particula in duobus versibus extat tradita:

ʼκινήθη δʼ ἀγορὴ φὴ κύματα μακρὰ θαλάσσης[b].

ὃ δὲ φὴ κώδειαν ἀνασχὼν | ʼπέφραδε[c].

In tertio versu coniectura est restituta: φὴ ῥα νεόλλυτος[d].

18. Coniunctim denique tractanda sunt adverbia quae in -(α)κ(ά)ς desinunt. Plenam suffixi formam exhibet ἀνδρ-ακάς *viritim*[e], breviorem εὐρ-άξ[f], μουν-άξ[g], ὀδ-άξ[h], brevissimam γνύ-ξ[i], πύξ[j], λάξ[k], κουρίξ[l], et nonnullae voces linguae recentioris.

CAPUT III.

DE CONIUNCTIONIBUS.

§ 325. Orationis partes his particulis coordinabantur:

1. ἠμέν ... ἠδέ sive ἰδέ[m] *et ... et, cum ... tum.* Has particulas effecit asseverantium vox ἦ particulis μέν et δέ praemissa.

Particulam ἠμέν dictio epica non nisi sequente ἠδέ[n] adhibebat. Nam in hoc versu:

ὄμοσσον | ἦ μέν μοι πρόφρων ϝέπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν[o]

et in similibus voculae ἦ et μέν suam sibi vim et accentum servarunt singulae[p].

Particula ἠδέ sive ἰδέ vero saepe sola est usurpata, ut δέ, non praemissa particula gemella ἠμέν.

— τε *-que.* Etiam τε ... τε, τε ... καί[q], τε ... ἠδέ dicta sunt.

---

a Γ 10 εὖτʼ ὄρεος, l. a. ἠΰτʼ ὄρευς, pag. 181 *g*. *b* Β 144, l. a. ὡς. *c* Ξ 499.

d H. Merc. 241, codd. δή ῥα ν.; imitatus Antimachus dixit φὴ γεράνοισι. *e* ν 14. Dissimile est suffixum -ας adverbiorum ἀγκ-άς, ϝεκ-άς, ἐντυπ-άς. *f* Λ 251 Ο 541.

g Θ 371 λ 417. *h* Β 418 al. *i* Ε 68 al. *j* Γ 237 al.; e πυκ-κ(α)ς.

k Ε 620 al.; e λακ-κ(α)ς. *l* χ 188. *m* Multo rarius quam ἠδέ apud Homerum est ἰδέ. Cur ἰδέ (quod Heyne, Bekker, alii perperam scribebant ϝιδε) fuerit dictum, non ἐδέ, parum liquet; sed sincerum esse apparet inscr. Cypr. 60 12, 24, (25?) 26. Exceptis Ξ 175 Σ 589 Τ 285 non nisi post caesuram femininam est usurpatum; nam Γ 318 Η 177 Ι 219 θεοῖσι δέ, non θεοῖσʼ ἰδέ legendum esse docet contextus. Unde videtur effici natum esse antehomerica aetate ea, qua versiculi breviores artis vetustissimae in hexametros coaluerunt (pag. 47 sq.). In alias igitur versuum sedes coniecturis non est invehendum, ex gr. Γ 119 α 293 ι 226 λ 80 Hes. Theog. 619. *n* Non ἰδέ. *o* Α 76 sq.

p Att. ἦ μήν, pag. 91 *b* et § 328[5]. *q* Iteratum καί ab epica dictione alienum fuit; Ν 260, 636 Ω 641 καί ... καί significant *etiam ... et*, non: *cum ... tum.* Ceterum loco postremo leg. καί ... ἠδʼ(έ) metri causa, pag. 84 *e*.

Iterari particulam τε in dictione poetica non erat necessarium; a pedestri vero simplex τε alienum fuit.

In epicis carminibus praesertim *nomina*[a] hac particula copulabantur, ex. gr.:

κύνεσσιν οἰωνοῖσί τε πᾶσι[b].

τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα[c].

Nonnullis autem locis post particulam τε verbum *synonymum* vel fere synonymum usurpatum est; ex. gr.:

ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμοσ...

ἄλλοι τε Τρῶεσ μέγα κεν κεχαροίατο[d].

Sic *bina enuntiata* hac particula coniuncta evadebant, id quod ibi quoque interdum est factum ubi plures deinceps res inter se cohaerentes vel similes de uno eodemque subiecto praedicabantur; ex. gr.:

ἀγγέρουσαν μὲν πρῶτα ... μήρουσ τ' ἐξέταμον[e].

νεῖκοσ ἄριστε, κακοφραδέσ, ἄλλα τε πάντα | δεύεαι Ἀργείων[f].

Et iterato τε:

παῖδά τέ σοι ἀγέμεν Φοίβωι θ' ἱερὴν ἑκατόμβην | ῥέξαι[g].

Ad nova vero enuntianda transitus hac particula non parabatur[h].

Nonnunquam τε ... τε et τε ... καί[i] id quod *vel* significabant, ex. gr.:

ὄφρα κεν ἐνδεκάτη τε δυωδεκάτη τε γένηται[j].

τριχθά τε καὶ τετραχθὰ διατρυφὲν ἔκπεσε χειρόσ[k].

Cuiusmodi locis is qui loquitur res menti *simul oblatas* neglegentia quadam cogitandi et loquendi ut *simul factas* vel *futuras* proferebat.

2. **αὐτάρ** sive **ἀτάρ**[l] *at.* Coniuncta αὖ-τε *autem*[m] et ἄρ *ergo*[n] hanc particulam effecerunt, qua a rebus proxime dictis in narrationis curriculum redibatur. Vis adversativa non inerat.

3. **ἠέ** sive ἤ *aut.* Utraque forma cum ante consonas tum ante vocales usurpabatur[o].

§ 326 A. Altera alteri sententia his particulis subiciebatur:

1. **εἰ** sive **αἴ** *si.* Forma posterior, a qua proclisin alienam duxere veteres, in textu tradito non nisi sequente κε vel γάρ vel -θε est exarata: αἴ κε *si* (vel *an*) *forte*, Att. ἐάν, αἲ γάρ sive αἴθε *utinam*. Ex. gr.:

ὄψεαι, **αἴ** κ' ἐθέλῃσθα καὶ **αἴ** κέν τοι τὰ μεμήλῃ[p].

---

a Etiam participia. *b* *Α* 5. *c* *Α* 70. *d* *Α* 255 al.; similia *Α* 37 sq., al. *e* *Α* 459 sq.; similia *Δ* 114 sq. σ 356. *f* Ψ 483. *g* *Α* 443 sq.; similia *Γ* 80, 117 Φ 559 al. *h* Male ex. gr. Wolf ν 203 πῆι δὴ χρήματα πολλὰ φέρω τάδε; πῆι τε καὶ αὐτὸσ | πλάζομαι; pro πῆι δὲ κ. α. π. *i* Etiam solum sic usurpatum est καί, ex. gr. ἕνα καὶ δύο *unum vel duos* *Β* 346. *j* δ 588. *k* *Γ* 363. *l* Pag. 90 *k*. In thesin admissum non est αὐ- nisi *Δ* 542 χειρὸσ ἑλοῦσ', αὐτὰρ βελέων ἀπερύκοι ἐρωήν. In codd. αὐτάρ pro ἀτάρ passim est scriptum invitis numeris; *Κ* 99 leg. κοιμήσωνται, ἀτάρ, non: -σωντ', αὐτάρ. *m* Id quod αὖ sive αὖτισ valens, § 328². *n* § 11. *o* Rarior est forma monosyllaba; disyllaba saepe est elisa, pag. 86 sq. *p* *Δ* 353.

λαὸς ἑπέσθω . . ., αἴ κέν τι φάος Δαναοῖσι γένηαι [a].
αἲ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις κεκλημένος εἴη! [b]
αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι! [c]

Sed et εἴ κε, εἰ γάρ, εἴθε leguntur in codicibus; quapropter Bekker formam αἴ Homero denegabat, audacius quam probabilius; nam uni normae si haec particula cunctis carminum epicorum locis adaptanda videtur, fert ratio ut antiquior forma αἴ, quae apud Aeoles et Dorienses postea permansit, scribatur constanter, non vulgaris εἰ huic substituatur. Sed nihil eiusmodi novasse satius est in re quae neque certa sit neque magni momenti.

Vis vocis εἰ multis carminum epicorum locis permansit integrior quam in recentioris aevi operibus. Primitus enim id fere significabat quod: *ponamus argumenti causa* sive: *fingere lubet*. Conicientis, sumentis, tanquam verum statuentis erat, apta igitur paratactico loquendi generi, ex quo hypothetica et relativa enuntiata sensim et pedetentim prodierunt [d]. Apud Homerum sic usurpata invenitur ex. gr. in versibus sequentibus:

εἶ δ' ἄγε μήν, πείρησαι
quin age, periculum fac modo! [e]
δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἦσκε κυνώπιδος, εἶ ποτ' ἔην γε
levir autem meus erat, crede mihi, erat olim [f].

Item in primo versuum sequentium:

ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί,
ἄρσαντες κατὰ θυμόν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται.
εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι
sed Achivi munus dabunt quidem, ut arbitror, . . .; si vero non dent, ipse mihi sumam [g].

Cuiusmodi locis satius fuerit particulam εἰ accentu ornare, emphasin enim habet, praesertim in locutione modo allata εἰ (εἶ) δ' ἄγε, in qua idem significat quod forma disyllaba εἶα *eia* [h] apud posteros.

Primitiva vis voculae εἰ ceteris locis ubi indicativus futuri ei est adiunctus non minus aperta est quam in verbis modo allatis εἰ . . . δώσουσι. Commoto est animo qui sic loquitur: indignatur, minatur vel irridet. Ex. gr.:

εἰ δὲ σὺ δηϊότητος ἀφέξεαι . . .,
αὐτίκ' ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσεις [i].
εἰ δέ μοι οὐ τίσουσι βοῶν ἐπιϝεικέ' ἀμοιβήν,

---

a *Α* 796 sq. *b* *ζ* 244. *c* *Γ* 40. *d* L. Lange de formula Homerica εἶ δ' ἄγε, Leipzig 1873. *e* *Α* 302; codd. εἰ, § 328[6]. Nos: *maar goed* (Gall. *eh bien*), *beproef het maar.* *f* *Γ* 180. *g* *Α* 135—137. Similia sunt inscr. Cret. 4991 VIII[17], Ar. Plut. 470 al.; elliptice (*si . . . bene est, si vero . . .*) talia non sunt dicta. Eadem ratione usurpata sunt εἴ κε cum subi. *Α* 581 al., εἰ cum opt. *Κ* 111 al., εἰ γάρ *Θ* 538 al. *h* § 328[6]. *i* *Μ* 248 sqq.

δύσομαι εἰσ Ἀϝίδαο[a].
εἰ δέ ποτ' εἴσ γε μίαν βουλεύσομεν, *οὐκέτ' ἔπειτα*
Τρωσὶν ἀνάβλησισ κακοῦ ἔσσεται[b].
Ὀθρυονεῦ, περὶ δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων,
εἰ ἐτεὸν δὴ πάντα τελευτήσεισ *ὅσ' ὑπέστησ*[c].

Cuiusmodi enuntiatorum qui sit color, quae structura, clare apparet collata particula *οὔκων* (att. *οὔκουν*) ab Herodoto in similibus enuntiatis usurpata, ex. gr.: *οὔκων παύσεσθε ἀλλὰ πειρήσεσθε παρὰ τὸ δίκαιον κατάγοντεσ Ἱππίην; ἴστε ὑμῖν Κορινθίουσ γε οὐ συναινέοντασ*[d]. Nam si *οὔκων* in *εἰ μή* mutatur (*εἰ δὲ μὴ παύσεσθε κτέ.*), vis enuntiati eadem manet; Herodoti autem dictioni similia fiunt verba poetae si versus modo allatus sic scribitur:

οὔκουν μοι τίσουσι βοῶν ἐπιϝεικέ' ἀμοιβήν;
δύσομαι εἰσ Ἀϝίδαο.

Asyndeton hoc enuntiatum et similia efficiunt.

2. εὖτε *cum*, particulae *ἠΰτε* sive *quemadmodum* forma brevior[e]. Idem quod *ὅτε* valebat haec coniunctio multo rarior[f], qua enuntiatorum versuumque initium solebat fieri[g]; ex. gr.:

εὖτ' *ἀστὴρ ὑπερέσχε φαέντατοσ, . . .*
τῆμοσ δὴ νήσωι προσεπίλνατο ποντοπόροσ νηῦσ[h].

3. ὄφρα et ἵνα *ut*. Addebatur subiunctivus cum praemissum erat tempus primarium, optativus cum historicum. Ex. gr.:

εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῆι κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃσ[i].
'στῆσαν ἄρ' ἡμιόνουσ τε καὶ ἵππουσ, ὄφρα πίοιεν[j].
εἰ δ' ἄγε μήν, πείρησαι, ἵνα γνώωσι *καὶ οἵδε*[k].
'δῶκε μένοσ καὶ θάρσοσ, ἵν' *ἐκδέελοσ μετὰ πᾶσιν*
Ἀργείοισι γένοιτο[l].

Post particulam *ὄφρα* subiunctivus nonnumquam ornabatur vocula *κε* (*ἄν*), ex. gr.:

τὸν ξεῖνον δύστηνον ἄγ' εἰσ πόλιν, ὄφρα κε *κεῖθι*
δαῖτα πτωχεύῃ[m].

Cuiusmodi locis primitiva particulae *ὄφρα* vis (*ubi*) apparet; adverbium enim est, non coniunctio finem indicans, *κε* autem cum subiunctivo iunctum eo fungitur munere quo in his verbis: *ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηΐδα*[n] aliisque sententiis primariis[o].

---

a *μ* 382 sq.; ubi notetur negatio *οὐ*, § 326 B[1]. *b* *B* 379 sq. *c* *N* 374 sq. *d* Herodot. V 92 in fine. Item IV 118, et similia asyndeta sunt *I* 11 al. *e* § 324[16]. *f* *εὖτε*: *ὅτε* = 1 : 11. *g* Excipiendi sunt *Z* 515 *Ω* 392 al. *h* *ν* 93 sqq. *i* *A* 524. *j* *Ω* 350. *k* *Δ* 302. *l* *E* 2 sq. *m* *ρ* 10. Pro *'ρίψασκον . . . ὄφρ' ἂν ἵκηται* *O* 23 leg. *ἧοσ ἵκοιτο*, pro *ὄφρ' ἂν ἄγοιεν* *ρ* 298 et *ὄφρ' ἂν ἑλοίμην* *ω* 334 leg. *ὄφρ' ἀνάγοιεν* et *ἀνελοίμην*. Indicativus fut. *ϝείσεται* post *ὄφρα* est *Θ* 111 *Π* 243; pro *ὑποθήσεαι* *δ* 163 leg. *-θήεαι*, pag. 240 *t*, *ὄψεται* *ρ* 7 est subiunctivi forma, § 152[7], item *-κείομεν* *σ* 419, pag. 239 *r*. *n* *A* 184. *o* Pag. 223.

De *adverbiis* ὄφρα *dum* et ἵνα *ubi*, — qui vetustior harum particularum fuit usus, — supra est dictum[a].

4. **ἧοσ** id quod ὄφρα sive ἵνα valet nonnullis locis Odysseae, ex. gr.:

'δῶκε δὲ χρυσείηι ἐν ληκύθωι ὑγρὸν ἔλαιον,
ἧοσ χυτλώσαιτο[b].

Multo saepius *adverbii* partibus functum id quod *donec* significavit; qua de re supra est dictum[c].

5. **πάροσ** *priusquam*. Infinitivum adsciscebat, ut **πρίν**[d]. Ex. gr.:

'μενέαινε | ἀντιθέωι 'Οδυσῆϊ **πάροσ** ϝὴν γαῖαν **ἱκέσθαι**[e].
πάροσ δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλωσ,
πρίν γ' ἐπὶ νῶϊ τῶι ἀνδρὶ σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι
ἀντιβίην ἐλθόντε σὺν ἔντεσι **πειρηθῆναι**[f].

Posteriore loco πρίν excipit particulam πάροσ, haec autem *adverbii* munere fungitur, ut alibi passim[g]; qua de re supra est dictum[h].

CAPUT IV.

DE NEGANDI PARTICULIS.

§ 326 B. *Negandi* particulae haec praesertim habent notabilia:

1. In hypotheticis sententiis a particula **εἰ** incipientibus negatio fiebat voce μή, ut postea, nisi solum verbum negabatur; tunc enim usurpabatur particula οὐ(κ). Cuiusmodi locis οὐκ ἐθέλω id quod *nolo* valebat, οὐκ ἐάω id quod *veto*, al.; ex. gr.:

εἴ περ γὰρ φθονέω τε καὶ **οὐκ ἐάω** διαπέρσαι[i].

2. Negationis vis saepe est aucta addita vocula **πω**. Quae posthomerica demum aetate cum negandi particulis concrevit: οὔπω et μήπω, et novam notionem effecit. Ex. gr. haec verba:

οὔ πω τλήσομ' ἐν ὀφθαλμοῖσ' ὁράεσθαι
μαρνάμενον φίλον υἱόν[j]

---

a § 323[2] et 324[5]. *b* ζ 79 sq.; item δ 800 ε 386 ι 376 τ 367 ψ 151. In sententia primaria cunctis his locis est tempus historicum, ut in verbis laudatis, post ἧοσ autem optativus. *c* § 323[3]. *d* Post negandi particulam voci πρίν subiunctivus additus est Σ 135 al., infinitivus Α 98 al., optativus autem Φ 580 in re praeterita referenda. Indicativum particula negandi non anteit h. Ap. 357. *e* α 20 sq. *f* Ε 218 sqq. *g* Multo rarius munere *coniunctionis*: 12/90. *h* § 318[6] et 324[8]. *i* Δ 55. Item Γ 289 Ο 162 al. *j* Γ 306 sq.; similia Α 154 Μ 270 Σ 513 Ω 411 γ 226 al.

haudquaquam sustinebo adspicere proprium filium armis decertantem inepta fiunt si οὔ πω in aevi recentioris particulam οὔπω sive *nondum* mutatur. In epica dictione inter πω et πωσ id quod inter οὕτω et οὕτωσ, ὧσ et ὧ-δε[a] sive nihil omnino intererat. Haud uno tamen priscorum carminum loco in statu nascentis est notio recentior, ex. gr.:

ἀταρτηροῖσι ϝέπεσσι
Ἀτρεΐδην προσέϝειπε καὶ οὔ πω λῆγε χόλοιο[b],

ubi non multum discriminis est inter: *non sane remittebat ab ira* et: *nondum remittebat.*

οὔ πω μάλα πάγχυ θεοὶ μάκαρεσ κοτέουσι,
ἀλλ' ἔτι που κτἑ.[c]

non sane stomachantur di, sed adhuc ..., ubi particulae ἔτι veluti inclusa est notio contraria *nondum*. Cuiusmodi locis apparet quomodo haec notio e prisca sit nata.

3. Negandi particula μή ab Homero et a posteris *indicativo* non nisi in enuntiatis hypotheticis[d] et in rogantium verbis[e] est sociata. Excipienda sunt verba *iurantium*, in quibus μή cum *futuro* — quippe quod e subiunctivo procreverit[f] — poterat coniungi, ex. gr.:

μὴ μὲν τοῖσ' ἵπποισιν ἀνὴρ ἐποχήσεται ἄλλοσ[g].

4. Particula μή a posteris *imperativo aoristi* non est iuncta, sed epicorum carminum locis nonnullis id est factum, ex. gr.:

μή μοι πατέρασ ποθ' ὁμοίηι ἔνθεο τιμῆι[h].

5. Locis haud paucis μή id quod ἵνα μή valet. Additum tum habet *subiunctivum* post tempus primarium, *optativum* post historicum; ex. gr.:

σίγαε, μή τισ ἔτ' ἄλλοσ Ἀχαιῶν τοῦτον ἀκούσηι | μῦθον[i].
ἂψ δ' ἑτάρων εἰσ ϝέθνοσ ἐχάζετο κῆρ' ἀλεείνων,
πάντοσε παπταίνων, μή τισ χρόα χαλκῶι ἐπαύροι[j].

---

a § 319. *b* *Α* 224. *c* *Ξ* 143 sq. *d* *Β* 261 sqq., 302, 387 al. *e* ζ 200 al.; annumerandi sunt *Α* 555 ε 300 ν 216 ω 491, ubi metuentes loquuntur de re peracta. *f* Pag. 222 *p*. *g* *Κ* 330; similia *Ο* 41 *Τ* 261 et hic illic apud posteros, ex. gr. Ar. Lys. 907. *Praesens* (perfectum) h. Merc. 275 sq. Ar. Av. 195. *h* *Δ* 410. Similia (*Ι* 33?) *Π* 200 *Σ* 134 π 301 ω 248 et hic illic apud poetas posteros, Ar. Thesm. 870. *i* *Ξ* 90. *j* *Ν* 648 sq.

CAPUT V.

DE PARTICULA κε(ν).

§ 326 C. Munus id, quod postea fuit particulae ἄν, in dictione epica erat particulae κε(ν)[a]. Dicebantur igitur αἴ κε(ν) sive εἴ κε(ν)[b], ἐπεί κε(ν), εὖτέ κε(ν)[c], ὅτε κε(ν), ubi posteri sunt usi particulis ἐάν sive ἤν, ἐπειδάν sive ἐπήν, ὅταν. Idem autem quod ἧός κε(ν)[d] priscis poetis significabat εἰς ὅ κε(ν), ex. gr.:

ὕστερον αὖτε μαχεσσόμεθ', εἰς ὅ κε δαίμων
ἄμμε διακρίνῃ[e].

A stirpe pronominali κο-[f] ductum videtur κε(ν) sive, ut Dores loquebantur, κᾱ, decurtata autem stirps pronominis ἀμόσ e dialecto Ionica cogniti videtur esse ἄν[g]. Quae si ita se habuit res, utrique particulae eadem inde ab origine fuit vis, nam et κο- et ἀμο- id quod τι-(σ) *qui-(s)* significabat; neque mirum est eadem ratione utramque esse usurpatam, ab aliis autem Graeciae gentibus illam, ab aliis hanc.

In epicis vero carminibus leguntur ambae; nam quinto quoque loco scriptum est ἄν. Horum versuum nonnulli delendi, longe vero plurimi emendandi sunt[h]; de quibus disputandi initium aptissimum praebent Ulixis Achillisque haec verba:

ὄψεαι, ἢν ἐθέλῃσθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ[i],

videbis, si modo cupias videre et ipsa res tibi cordi sit, nam optime his verbis expressum est quod ante omnia tenendum leges dictionis epicae indagantibus. Videbis, si hoc agas et improbum laborem non fugias; videbis, si tuis ipsius oculis credas solis, neque his nisi in rebus sedulo exploratis. Ea autem quae suscepta est disputatio versui allato veluti nucleo inest. Duae particulae modales in carminibus epicis leguntur: quid intererat, quae autem causa effecit ut modo haec modo illa usurparetur? In his quaestionibus versatur disputatio, ad utramque autem quod respondeatur praebet versus laudatus.

---

a Elisionem admittebat κε, § 13. *b* § 326 A[1]. Vitiosum est εἴ κεν (ἄν) optativo iunctum *B* 123, 597 *E* 273 *Z* 50 *Θ* 196, 205 *I* 445 *K* 381 *N* 288 *Ψ* 592 *β* 76, 246 *η* 315 *θ* 353 *ν* 389 *τ* 589, indicativo *Ψ* 526; ubi κε (ἄν) in καί, περ, τε, γε, δέ, τι est mutandum aliave ratione corrigendum. *Α* 60 *I* 141, 283 *X* 220 pro optativo post εἴ κεν leg. subiunctivus, *T* 322 pro οὐδ' εἴ κεν... πυθοίμην leg. οὐδέ κεν εἰ... πυθοίμην. *c* § 326 A[2].

d § 323[3], Att. ἕωσ ἄν. *e* *H* 291 sq. *f* Id quod τι- significanti, Lange Zschr. f. d. öst. Gymn. IX 51. Ita si habet res, cognatum est indefinitum τε, § 328[2].

g G. H. Mueller Herm. 1890, 464; ἀμ(ο) igitur abierit in ἄν, ut σέμ in ἕν. Pronominis ἀμόσ stirps apud Homerum non nisi in adverbio ἀμόθεν α 10 invenitur. *h* Sequentia e Mnemosyne 1887, 75 sqq. sunt repetita. Nonnulla dein melius administravit Monro Hom. Grammar[2]; cuius observationibus grato animo sum usus. *i* *Δ* 353 *I* 359.

Et prior quidem quaestio iam est tacta, una autem voce potest profligari. *Nihil* intererat: promiscue sunt usurpatae. Utraque indicativo saepe est iuncta, utraque optativo; utraque relativis vocabulis est addita, utraque coniunctionibus hypotheticis, quemadmodum in eo qui modo excriptus est versu ἤν et αἴ κεν vicina sunt et idem valent. Nam oleum operamque perdebant qui demonstratum iverunt non prorsus tamen eandem in epica dictione fuisse vim particulae κε(ν) atque particulae ἄν[a]. Aliae causae effecerunt ut in textu tradito passim legantur οὐκ ἄν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω et similia, nusquam οὔ κεν; ut sex locis extet εὖτ' ἄν, nullo εὖτέ κε; ut extent ὁππότε κεν et ὁππότ' ἄν, non extet elisum ὁππότε κ'(ε). De qua varietate quid sit censendum mox apparebit.

Nonnusquam inter se *oppositae* hae particulae inveniuntur, ut in versu saepius iam commemorato; et in quodam versu, ubi *iterata* extat particula modalis, prius ἄν, dein κε est scriptum:

σοὶ δ' ἂν ἐγὼ πομπὸσ καί κε κλυτὸν Ἄργοσ ἱκοίμην[b],

synonyma igitur ibi sunt κε et ἄν. Idem testantur corrupti aliquot versus, ubi *copulata* sunt[c]; qui sic corrumpi non potuissent si quid inter κε(ν) et ἄν interesse putassent recentiores.

Eadem igitur ratione adhibita sunt κε(ν) et ἄν; sed non sunt ab isdem. Particula κε usi sunt Aeoles, Thessali, Cyprii et aliter pronuntiata Boeoti et Dores, κᾱ dicentes; Iones vero et Attici usurparunt voculam ἄν. Dialectus, cui et ἄν et κε(ν) proprium esset, nulla fuit[d].

Epicos autem poetas alteram utram e dialecto aliena assumsisse

---

a C. Thiemann Grundzüge d. hom. Modussyntax 1881, A. Polaschek Jahresber. d. Gymn. in Cernowitz 1890 sq., qui sibi persuasit vocula κεν ea quae loquenti *verisimilia*, vocula ἄν quae *vix credibilia* viderentur indicata esse, et sic eo devenit ut ex. gr. verba Ulixis *I* 304 νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοισ, ἐπεὶ ἂν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθοι sic verteret: *„jetzt kannst du ja „viel-leicht (= sehr leicht) Hektors habhaft werden, nachdem er nicht leicht in deine Nähe ge„kommen."* *b* *Ω* 437, l. a. σοὶ μὲν ἐγώ, leg. σοὶ δ' ἄρ' ἐγώ. Particula modalis iterata invenitur etiam *T* 218 ἐγὼ δέ κε σεῖο νοήματί κε προβαλοίμην, l. a. νοήματί γε, et δ 733 τῶι κε μάλ' ἤ κεν ἔμιμνε ... ἤ κε κτἑ.; praeterea *Α* 301 pro τῶι οὐκ ἄν τι φέροισ ἀνελών in bonis codicibus errore aperto scriptum est ἂν ἑλών. *c* Pro ὄφρ' ἂν μέν κεν ὁρᾶι(σ) *Λ* 187, 202 leg. ἧοσ μέν χ' ὁράηι(σ), pro ὣσ οὔτ' ἄν κεν Ἄρησ ὀνόσαιτο μετελθών *N* 127 ἄρ pro ἄν, pro ὄφρ' ἂν (vel ὄφρα) μέν κεν δούρατ' ε 361 ἧοσ μέν κεν δ., pro ὄφρ' ἂν (vel ὄφρα) μέν κ' ἀγροὺσ ἴομεν ζ 259 ἧοσ μέν κ' ἀ. ἴ., pro τοὺσ ἄν κε καὶ ἤθελον ι 334 τοὺσ ἄρ κε, pro ἤν περ γάρ κ' ἐθέλωσι σ 318 recte l. a. εἴ περ. Similibus erroribus debentur ἤν κ'(ε) l. a. pro αἴ κ'(ε) *Δ* 353, pag. 406 *g*, ἐπήν κε pro ἐπεί κε *Α* 168 *H* 5, pag. 407. *d* Non ex ipso hominum ore desumta sunt εἴ κ' ἄν Arcad. Bull. de corr. hell. XIII 281 sqq. (Röhl Imag.[2] pag. 33) et Collitz 1222 (quater), ἐν ὧι κεν ἂν εὔθετον ἔμμεναι φαίνηται Aeol. 311[51], sed debentur priscae dictioni cum recentiore stulte commixtae, quemadmodum in inscriptione Andaniana de mysteriis 4689 Doricum κα alternat cum recentioris aevi vulgari particula ἄν (ὅταν, ἄν = ἐάν). Minime autem inde efficitur in textu carminum epicorum tolerabile esse ἄν κε locis in nota *c* allatis, quod perhibuit Fick Il. XXIII, etiam *Α* 205 ζ 303 id invehens. E quibus lapidibus si quis efficiat Homericum κεν semper et ubique in κ' ἄν esse mutandum, ψεῦδόσ κεν φαῖμεν quidem καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον, sed intellegamus quo argumento utatur; παραλογιζομένου vero est sic concludere: in monumentis Arcadicis quinque locis leguntur litterae *EIKAN*, ergo Homerus dicere potuit ἄν κε.

non est credibile. *Nomina*, propria praesertim, aliunde ab iis ducta sunt haud pauca, cuiusmodi libertas nullis non concessa fuit poetis; etiam *verba* nonnulla peregre esse adscita non est cur negetur: sed ad *particulas* ipsosque linguae nervos haec licentia non pertinebat. In quibus si ab usu communi discessissent, non exquisita sed soloeca proferre essent visi. Hodiernae linguae scatent verbis dicendique generibus peregre ductis, sed nemo unquam in talibus voculis, quales sunt *si*, *ut*, *cum*, *ubi*, imitatus est populos vicinos, aut si sciens fecit, absurde fecit.

Metrine tamen causa modo hanc, modo illam particulam elegerint poetae? Multa enim habet dictio epica, quorum causa e legibus hexametri repetenda est. Fortasse id foret credibile, si altera particula poetarum epicorum sermoni propria sed metro heroico minus apta fuisset, altera ab eorum dictione aliena sed hexametro aptissima. At neutra metro dactylico — ullive metro — molesta erat; monosyllaba enim et brevis erat utraque, altera autem poterat minui *elisione* vel *produci* paragogico -ν adiecto, altera subiungi vocalibus *elisis*.

Ergo neque dictio neque metrum carminum epicorum ad hanc quaestionem solvendam quicquam confert. Quapropter Augustus Fick statuit in Iliadis Odysseaeque partibus vetustis dialecto Aeolica compositis solum Aeolicum κε(ν) ferendum esse, Ionicam autem particulam ἄν deberi imitatoribus, qui recentiora carmina ab ipsis composita cum priscis conglutinarint, Iones enim hos fuisse; in his igitur partibus particulam ἄν non esse sollicitandam[a].

Ex his verbis si eximuntur nomen *Aeolicum* et quae pertinent ad studium illud vetustiores aliquas Iliadis vel Odysseae partes a recentioribus secernendi, quod musis plaudentibus iam deferbuit, manet quod et verum est et paucis verbis potest comprehendi: genuinum in carminibus epicis esse κε(ν), postmodo invectum ἄν. Id quod diu ante Fickium his verbis significavit Thomas Shaw Brandreth: „Homero ἄν meo iudicio vox ignota erat"[b].

Nempe dum carmina vetusta declamantur, sensim et nullo advertente irrepsit vulgaris vocula ἄν[c], non certa aliqua ratione duce neque in omnes locos in quos salvis numeris irrepere poterat[d], neque unquam fuit tempus quo cunctis locis constaret utra particula esset tradita.

---

a Il. XXII—XXXI; antea vero aliter sentiens: „die homerische Verbindung ἄν κε... „bezeugt dass der altepische dialect beide wörter neben einander besass", Od. 20, item 30. Particulam ἄν videtur non prius suspectam habuisse quam Iliadis pars prior typis fuit perscripta. *b* Ad *A* 90, anno 1841, supra pag. 121 *d*. Haec de particula κε(ν) commentatio cum elaborata est anno 1886, Brandrethi Ilias mihi ignota erat necdum prodierat Ilias Fickii. *c* Sic Aristophanes Ach. 906 rustico Thebano haec tribuit verba: *λάβοιμι μεντἄν κέρδοσ ἀγαγὼν καὶ πολύ*. Faciamus autem parum Boeoticum illud μεντἄν non ipsi comico deberi, hunc enim scripsisse λάβοιμί τοί κα (Blaydes) vel simile quid: vel sic confirmabitur id quod supra est perhibitum; minus enim nunc refert *quis* erraverit quam *quomodo* et *cur* sit erratum. *d* Ex. gr. *π* 297 tradita sunt: ὡσ ἄν ἐπιθύσαντεσ ἑλοίμεθα· τοὺσ δέ κ' ἔπειτα.

Primo post *negandi* particulam labefactatum est κε(ν), consona enim κ rhapsodos imprudentes movebat ut priscis voculis οὔ κεν substituerent vitae communis sonos οὐκ ἄν[a]. Secuta sunt ὄφρ' ἄν et similia, quae non nisi unam consonam a priscis ὄφρα κ' cett. discrepantem habebant. Dein ὥσ κεν et πῶσ κεν mutabantur in particulas ὡσ ἄν et πῶσ ἄν metro aeque bene convenientes. Aliquanto diutius ὅ κεν et similia intacta mansisse videntur, quae in ὃσ ἄν cett. abire non poterant nisi utraque voce mutata. Sero demum voculae ἤν et ἐπήν, ex εἰ ἄν et ἐπεί ἄν natae et propter contractionem sive crasin ab epica dictione alienae[b], in locum priscarum αἴ κ'(ε) et ἐπεί κ'(ε) sunt receptae; quapropter dubium non est quin versus ille, unde haec disputatio initium habuit, etiam multis saeculis post mortem poetae sic fuerit recitatus:

ὄψεαι, **αἴ** κ' ἐθέληισθα καὶ **αἴ** κέν τοι τὰ μεμήληι,

recentis autem originis sit id quod ad nos pervenit: ἢν ἐθέληισθα.

Quae res et ex exemplaribus manu scriptis potest demonstrari. Nam id quod poscimus in Iliade quidem vix iam comparet[c], sed legitur apud Platonem Achillis haec verba afferentem[d], nec non a grammatico quodam sic est citatum[e]; *aliis* autem Iliadis et Odysseae locis duobus

---

a Sic solvitur aenigma ab Eberhardo in Ebelingi Lexico Homerico propositum; qui in fine disputationis maxima cura elaboratae docuit in sententiis *affirmativis* regnasse particulam κε(ν), in *negativis* vero particulam ἄν aliquanto pluribus locis esse traditam quam κεν, infra pag. 409 *h*. Sed recte habere hanc nostram solutionem his verbis negavit Monro Hom. Grammar² 330: „οὐκ ἄν occurs 61 times in the ordinary text of Homer, while οὔ κεν occurs 9 times, and οὔ „κε 7 times. Now of the forms κεν and κε the first occurs in the Iliad 272 times, the second 222 „times. Hence, according to the general laws of probability, οὔ κεν and οὔ κε may be expected „to occur in the same proportion: and in the ordinary text this is the case (9 : 7). But if „every οὐκ ἄν were changed in οὔ κεν, there would be 70 instances of οὔ κεν against 7 of „οὔ κε. This clearly could not be accidental: hence it follows that οὐκ ἄν must be retained „in all or nearly all the passages where it now stands. And if οὐκ ἄν is right, we may „infer that the other instances of ἄν with a negative — 22 in number — are equally „unassailable." Speciosa haec; quae si et vera sunt, corruit nostra argumentatio; ferenda erunt haec: οὐκ ἂν δή ποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσι | Ἀτρεΐδησ ὤρινε διαμπερέσ, οὐδέ κε κούρην | ἦγεν κτέ. *T* 271 sq. quaeque plura sunt huiusmodi; relabimur ad ista: „vielleicht und nicht leicht". Fiat igitur et aliud experimentum, quo melius constet res. Nam id quod in particulas οὔ κε(ν) cadere ait Monro, etiam in particulas εἴ κε(ν) sive αἴ κε(ν) cadat necesse est, si satis valet eius argumentum. Quid igitur docet Gehringii Index Homericus, quod diligentiae indefessae monumentum cuivis ad manum est? Extare in textu tradito

εἴ κεν locis 26, εἴ κε 16, εἴ κ', χ' 13.

αἴ κεν „ 35, αἴ κε 49, αἴ κ', χ' 42.

Ergo εἴ κεν : εἴ κε = 26 : 16 et αἴ κεν : αἴ κε = 35 : 49. Coniunctim autem si numerantur loci ubi leguntur κε, κ', χ', haec fit proportio: εἴ κεν : εἴ κ(ε) = 26 : 29 sive 1/1, et αἴ κεν : αἴ κ(ε) = 35 : 91 sive 2/5. Quae autem est ratio particularum ὥσ κε(ν)? Legitur

ὥσ κεν locis 13, ὥσ κε, κ', χ' 28,

iam igitur κεν : κ(ε) = 13 : 28 sive 1/2, et eadem fit proportio cum computantur cuncti loci, quibus εἴ κεν vel αἴ κεν et cuncti quibus εἴ κ(ε) vel αἴ κ(ε) sunt tradita (61 : 120). Satisne apparet nihil esse tribuendum argumento quo ea possint demonstrari quae adversis inter se frontibus pugnent? *b* § 7. *c* Altero tamen loco *I* 359 αἴ κ' ἐθέληισθα est in cod. L aliisque. *d* Hipp. Min. 370 *b*. *e* Rhet. III 141 Spengel (VIII 649 Walz).

integra servata sunt verba ὄψεαι αἴ κ' ἐθέλησθα[a], locis octo αἴ κ' ἐθέλησθα verbo ὄψεαι non praemisso[b], αἴ κ' ἐθέλησ uno[c], αἴ κ' ἐθέλησι tribus[d], αἴ κ' ἐθέλωμι uno[e], at ἤν ἐθέλησιν duobus[f]. Quod autem utilius etiam est verum perspicere cupientibus, testes qui ceteris sunt vetustiores verum falso praebent commixtum:

ὄψεαι, ἤν κ' ἐθέλησθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ[g],

quae lectio ex αἰκ (ην) est nata[h].

Certum igitur luculentumque tenemus exemplum particularum κε(ν) et ἄν in textu tradito permutatarum. Multi autem ita comparati sunt versus. In codicibus plerisque versus hic:

αἴ κέν τι φόωσ[i] Δαναοῖσι γένωμαι

sic est scriptus, in paucis ἤν πού τι[j]: at in versu parallelo plerique habent ἤν πού τι, pauci αἴ κέν τι[k]. Aut igitur altero loco ἤν που, altero αἴ κεν edamus necesse est, casui plus quam rationi tribuentes, aut utrobique nostro ipsorum stemus iudicio. Ad huius autem versus exemplum alii sunt corrigendi, ubi leguntur: ἤν που ἀκούσῃ, -σω, ἐφεύρω[l].

Nihilo magis est dubium quomodo corrigendum sit ὃσ ἄν uno loco obvium:

βλάπτει ὃσ ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ[m],

nam ὅ κεν et hic potest scribi et extat aliis locis quatuor[n]. Parum autem Homericum quoniam fuit ὃσ ἄν, non est parcendum vocibus ὃσ δ' ἄν, ὃν δ' ἄν. Rescribemus igitur ὃσ δέ κε et ὃν δέ κε[o] — nostrone iudicio confisi? Immo sufficiunt paralleli hi versus inter se collati:

ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχησ ἐθέλοντα νοήσω.
ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε μάχησ ἐθέλοντα νοήσω[p].

---

a Θ 471 (l. a. ἤν) ω 511. b Ν 260 Σ 457 Τ 147 γ 92 δ 322 μ 49 υ 233 h. Merc. 181. c λ 105. d Σ 278, 306 ι 520. e φ 348, l. a. -οιμι. Vitiosa sunt εἴ κ' ἐθέλοισ τ 589, εἴ κ' ἐθέλων γε μένοισ η 315. f Ι 429, 692. g Δ 353 sic pap. 136 et codd. A T. h Similia ex comici codicibus Proleg. ad Ar. 303 sqq. i Leg. φάοσ, pag. 178 a. j Λ 797. k Π 39. Fickium non esse sequendum hic clarius quam alibi apparet. Cui versus Λ 794—803 a Cynaetho Chio e Patroclea evulsi et Nestoris huic cum Patroclo colloquio inserti videbantur (Il. 83, 488). Ergone rhapsodus ille, quem carmina vetusta ex Aeolica dialecto in Ionicam convertisse multisque novis versibus auxisse Fick sibi persuaserat, contraria iam via inita versum quem imitabatur Π 39 ita mutavit ut pro Ionicis voculis ἤν που, quae hodie ibi leguntur, scriberet Aeolicum αἴ κεν in versibus a se ipso fictis? — „Immo Cynaethi aetate etiam Π 39 legebatur αἴ κεν," Fick respondisset. Facile credimus, nam id ipsum demonstratum imus; sed Aeolicum illud αἴ κεν Cynaetho, vel quisquis fuit, indignum igitur visum est quod toleraretur Π 39, dignum quod in ipsius versus reciperetur? Hoc quoque perabsurdum, neque is erat Fick qui tale quid perhiberet. Ergo *post* Cynaethi aetatem voculas ἤν που in versum Π 39 irrepsisse statuatur necesse est, — et sic redimus ad id ipsum quod supra est dictum, voculam ἄν non a diascenastis aliquibus data opera invectam esse, sed casu et temere in multos locos irrepsisse. l α 94 β 360 γ 83 ι 417. m φ 294. n Γ 354 α 254 π 257 ρ 385. o τ 332 Ο 348. p Β 391 (ὃν δ' ἂν Ambr. al.) Θ 10.

Vitiose tradita sunt haec verba:

τοῖσιν δέ τ' ἐγὼ νημερτέα βουλὴν | πᾶσι θεμιστεύοιμι[a],

quae non sunt *optantis*, sed particula modalis desideratur: extat autem in versu vicino, ubi haec verba iterata sunt:

τοῖσιν δ' ἂν ἐγὼ νημερτέα βουλὴν | πᾶσι θεμιστεύοιμι[b],

servatum igitur in litteris δετεγω est vestigium lectionis sincerae et utrobique restituendae δέ κ' ἐγώ.

Paucis verbis significata haec addimus exempla:

Α 168. ἐπεί κε κάμω Ar.] ἐπὴν κεκάμω vel ἐπήν κε κάμω codd.

Η 5. ἐπεί κε κάμωσιν Ar.] ἐπὴν κεκάμωσιν Dionys. Sid., codd. utrumvis vel ἐπὴν κεκάμωσιν.

Ζ 113. ὄφρα κ' ἐγω] sic et ὄφρ' ἂν ἐγὼ Ar., hoc codd.

Μ 465. οὔ κέν τίσ μιν Ar.] οὐκ ἄν τίσ μιν codd. plerique.

Ν 289. οὔ κεν ἐν αὐχέν'(ι) codd. nonnulli et olim „αἱ κοιναί"] οὐκ ἂν ἐν αὐχέν'(ι) Ar. et codd. plerique.

Ω 439. οὔ κέν τίσ τοι pap. 114[1] Syr. D] οὐκ ἄν τίσ τοι pap. 114[2] et codd. plerique.

δ 223. οὔ κεν GF] οὐκ ἄν P et olim alii.

494. ἐπεί κ'] ἐπὴν olim alii.

ι 351. πῶσ κεν] πῶσ ἂν pauci.

μ 138. καί κεν G[2]P] ἦ τ' ἂν G[1]F.

π 391. δέ κ' P] δ' ἂν GF.

σ 183. ὄφρα κε] ὄφρ' ἄν pauci.

χ 254. ἐπεί χ' F] ἐπὴν GP.

377. ὄφρα κ' F] ὄφρ' ἂν GP.

Ex Eustathii commentariis alia possunt afferri[c], minime autem exhausta sic erit materies; sed sufficere haec videntur. Ne metrum quidem semper prohibuisse quominus ἄν e notulis τῶν παραφραζόντων ludimagistrorum[d] in ipsius poetae verba irreperet, apparet ex. gr. in hoc versiculo: γήμασθ' ὧι ἂν ἐθέληι[e] vel in hoc: εἴ περ γὰρ ἄν χ' εὕρηισι[f].

Nonnusquam particula ἄν in κε mutata aut remota alterum simul vitium potest emendari; ex. gr.:

τὸν ξεῖνον δύστηνον ἄγ' εἰσ πόλιν, ὄφρ' ἂν ἐκεῖθι
δαῖτα πτωχεύηι[g],

immo: ὄφρα κε κεῖθι, ut ὄφρα κε κείνη[h] et similia, quae alibi sunt tradita. Non redit ἐκεῖθι trisyllabum, prisca autem dictio non utebatur huius stirpis forma ab ἐ- incipienti[i].

τίσ δ' ἂν ἑκὼν τοσσόνδε διαδράμοι ἁλμυρὸν ὕδωρ[j],

leg. τίσ κε ϝεκὼν κτέ.[k]

---

a H. Ap. 252 sq. b Vs. 292 sq.; l. a. δ' ἄρ'. c *Δ* 306 *Ζ* 69 *Ρ* 398 δ 443 ζ 285 ϑ 216 ξ 126 ρ 385, 418 al. d Ex. gr. *Α* 60 in codice A adscriptum est „ἐὰν τὸν θάνατον", vs. 66: „ἐάν πωσ". Similia Ludwich Arist. II 506 sq. e Eust. υ 342. f *Μ* 302 cod. G. g ρ 10. h β 124. i Pag. 213 *d*—*f*. j ε 100. k Inutile est δέ (cf. χ 12).

οὔϑ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸσ οὐρανὸν ἀστερόεντα,
οὔϑ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόϑεν προτράπηται[a],

leg. οὔϑ' ὁπότε στείχῃσι ... οὔϑ' ὁπότ' ἂψ κτέ., ut alterum ὁπότε respondeat alteri[b] et a subiectivo generali removeatur particula molesta[c].

ὡσ δ' ὅτ' ἂν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι ϑηρητῆρσι
κάπριοσ ἠὲ λέων στρέφεται[d],

leg. ὡσ δ' ὅτ' ἔναντα κύνεσσι κτέ., ne indicativo praesentis societur particula modalis.

εἶ δ' ἄγε, τοὺσ ἂν ἐγὼν ἐπιόψομαι[e],

leg. τοὺσ μὲν[f].

αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνεσ πρώτῃσι ϑύρῃσι
ὠμεσταὶ ϝερύουσιν[g],

leg. αὐτὸν δ' ἄρ, ne futuro iungatur particula modalis[h]. Haud dubitanter loquentis haec sunt verba.

αὐτίκα γάρ με κατακτείνειεν Ἀχιλλεὺσ
ἀγκὰσ ἑλόντ' ἐμὸν υἱόν, ἐπὴν γόου ἐξ ἔρον εἵην[i],

leg. ἐπεὶ ... εἵην[j]. Idem vitium est in his versibus:

νύκτασ δ' ἀλλύεσκεν, ἐπὴν δαΐδασ παραϑεῖτο vel -ϑείμην[k],
ὃσ τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείῃ[l],

quorum postremus ad fidem codicis optimi potest emendari[m].

ἥν περ καὶ διὰ δῶμα ποδῶν ἕλκωσι ϑύραζε[n],

leg. εἴ περ, ne particula περ postponatur particulae modali; nam εἴ περ ἄν vel potius εἴ πέρ κε dicebatur[o]. Supervacaneum autem h. l. est κε[p].

Similia de hoc versu dicta sunto:

ἥν περ γάρ κ' ἐϑέλωσιν ἐΰϑρονον Ἠόα μίμνειν[q],

ubi legendum esse εἴ περ luculenter testatur quod sequitur κε.

Verba Ulixis Achillem in pugnam stimulantis sunt:

νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοισ, ἐπεὶ ἂν μάλα τοι σχεδὸν ἔλϑοι (vel -ῃι)[r],

qui ne inepta loquatur, deleto ἄν et restituto verbi indicativo leg.:

νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοισϑα, ἐπεὶ μάλα τοι σχεδὸν ἦλϑε[s].

Syntaxi invita versus sequentes particula κε sunt spoliati:

αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκοσ ἐπιστάμενοσ κατέπαυσεν[t],
δεκάτῃι εἰσ γαῖαν ἵκοιτο[u] et: εἰσ Τάρταρον ἵκοι[v],

leg. αἶψά κε[w] et δεκάτῃι κ'(ε), ut in versu vicino recte tradita leguntur haec:

οὐδέ κε πάντα τελεσφόρον εἰσ ἐνιαυτὸν | οὖδασ ἵκοιτ'(ο)[x],

ubi metrum non sinebat particulam κε ut illic neglegi.

---

a λ 17 sq. b In versu simillimo μ 381 ὁπότε, non ὅτε, est traditum. c Monro Hom. Grammar² 328. d M 41 sq. e I 167. f Abiit μέν in κεν, hoc in ἄν. Subiunctivo (§ 152⁷) locus esse non videtur. g X 66 sq. h Pag. 243 d, e. i Ω 226 sq.

j Praeterea εἴμην videtur scribendum. k β 105 τ 150 ω 140. l δ 222. m ἐπεί Thiersch et nunc codex G, Il. 1912 Proleg. XLI, 2. n π 276. o § 329. p Δ 478 O 363, 680 μ 55 (ἐπεί F, ἐπήν GP) υ 86 Hes. Theog. 799 (ἐπείν cod. optimus, alii recte ἐπεί, alii ἐπήν). q σ 318. r I 304. s Etiam ἕλοισ, ἐπεὶ ἦ vel ἄρ recte haberet. t Hes. Theog. 87. u Ibid. 723. v Ibid. 725. w Sic papyrus. x Ibid. 740 sq.

ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο[a];

leg. ἦ ῥά κέ μοί τι πίθοιο; Quod cum dudum a criticis esset propositum, in papyro pervetusta uno e tribus Iliadis locis, ubi poeta sic locutus est, haec sunt inventa: ηρανμοι κτέ.; abiit igitur ῥά κε in ῥ' ἄν, hoc in ῥά ν<υ>. Sic etiam huic versui medicina parata:

οὐδέ νυ τόν γε
γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸσ λελάχωσι θανόντα[b],

leg. οὐδέ κε . . . λελάχωσι.

Cuncti Iliadis Odysseaeque versus, in quibus sive κε sive ἄν est traditum, cum disponuntur, fit tabella quae sequitur[c]:

	κεν (κε, κ', χ') traditum est		ἄν in κεν (κε, κ', χ') mutari	
			potest	nequit
	locis		locis	locis
post οὐ	16	post οὐκ	61	—
„ οὐδέ	36	„ οὐδ'(έ)	17	1
„ οὔτε	3	„ οὔτ'(ε)	—	—
„ πῶσ	3	„ πῶσ	—	—
„ ὅππωσ	6	„ ὅππωσ	—	—
„ ὁππότε	17	„ ὁ(π)πότ'(ε)	4	8
„ οἷοσ	1	„ οἷοσ	—	—
„ ὅσσα	1	„ ὅσ'(α)	2	1
„ ὅσ, ὅ, ἥ, al.	155	„ ὅσ	—	1
„ ὅ(σ) τισ, ὅττι	26	„ ἅσσ'(α)	1	—
„ ὅτε	24	„ ὅτ'(ε)	23	6
„ εὖτε	—	„ εὖτ'(ε)	6	2
„ ὡσ	41	„ ὡσ	28	—
„ εἰ sive αἴ	185	„ εἰ[d]	7	26
„ ἐπεί	26	„ ἐπεί[e]	14	34
„ ἐπειδή	—	„ ἐπειδή[f]	—	1
„ εἰσ ὅ	51	„ εἰσ ὅ	—	—
„ ἧοσ	5	„ ἧοσ	—	—
„ ὄφρα	19	„ ὄφρ'(α)	20	4[g]
„ τάχα	4	„ τάχ'(α)	—	2
„ ἄν (NB)	6	—	—	—
„ alias voces	525	„ alias voces	42	38
	1150		225	124[h].

a Δ 93 H 48 Ξ 190. b O 319 sq. c Hymnorum, in quibus recentissima quaeque priscis carminibus interiecta iacent, ratio non est habita. In Hesiodi carminibus particula ἄν rara est et vix usquam in κε(ν) mutari nequit; sed longius a prisca dictione distant versus qualis hic est: ἠμὲν ὅτ' εὐνάζῃι καὶ ὅταν φάοσ ἱερὸν ἔλθῃι Oper. 339. d His locis cum εἰ confluxit in ἤν. e Cum ἐπεί his locis, duobus exceptis, in ἐπήν confluxit. f Cum ἐπειδή hoc loco confluxit in ἐπειδάν. g His locis legitur ὄφρ' ἄν . . . κεν. h Paucis igitur

CAPUT VI.

DE AMBIGENDI PARTICULA.

§ 327. Enuntiata duplicia, quibus indicatur animus in diversa propensus, cum suspendebantur a verbo cogitandi vel dubitandi, utrique parti praemissam habebant particulam ἠέ [a] sive ἦ [b] *utrum* ... *an*, sequente subiunctivo post tempus primarium, optativo post historicum. Ex. gr.:

ὧσ καὶ ἐμοὶ δίχα θυμὸσ ὀρίνεται ἔνθα καὶ ἔνθα,
ἠὲ μένω παρὰ παιδὶ καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσω,
ἦ ἤδη ἅμ' ἕπωμαι Ἀχαιῶν ὅσ τισ ἄριστοσ [c].
διάνδιχα 'μερμήριξε,
ἦ ὅ γε φάσγανον ὀξὺ ϝερυσσάμενοσ παρὰ μηροῦ
τοὺσ μὲν ἀναστήσειεν, ὃ δ' Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι,
ἠὲ χόλον παύσειεν ἐρητύσειέ τε θυμόν [d].

Sed, ut passim in dictione epica, sic et hic saepe paratactica structura est usurpata, quippe quae antiquior esset quam hypotactica et quotidiano hominum sermoni melius conveniret; ex. gr.: *οὐδέ τι ϝίδμεν, ζώει ὅ γ' ἦ τέθνηκε*; *neque quicquam scimus: vivitne ille an mortuus est?* [e]

Simplices quaestiones in carminibus epicis e verbo primario particula εἰ suspendebantur [f], ut postea; ex. gr.:

ϝείσεται εἰ καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσι [g].
ᾤχετο πευσόμενοσ μετὰ σὸν κλέοσ, εἴ ποθ' ἔτ' εἴησ [h].

---

locis (124/1375 sive 1/11) ἄν ita est collocatum ut substitui nequeat κε(ν) nisi et vicina mutentur. Quorum plerisque sufficit correctio lenissima. Secundum Eberhardum (Lex. Hom. Ebelingii 784) legitur

in sententiis *affirmativis*	κε(ν)	locis Il.	615	+ Od.	527	= 1142.
	ἄν	„ „	106	„	74	180.
„ „ *negativis*	κε(ν)	„ „	48	„	40	88.
	ἄν	„ „	53	„	47	100.

In quam computationem haud pauci versus sunt recepti quorum minus certa est lectio tradita, a nobis ideo neglecti.

a Pag. 86 sq.

b Textus traditus in verbis ambigentium pro ἦ multis locis habet εἰ, e recentioris aevi dictione desumtum, ex. gr. *B* 300.

c τ 524 sqq.

d *A* 189 sqq.; idem optativi usus est *E* 672 sq. δ 118 sq. ζ 142 sq. κ 51 sq. al.; pag. 226 *j*.

e δ 109 sq.; similia *K* 545 sq. δ 642 sq., 836 sq. λ 463 sq. al.

f In codicibus etiam huiusmodi locis compluribus ἦ est scriptum.

g *Θ* 111.

h ν 415; de optativo pag. 226. Similia π 138 τ 325 al.

CAPUT VII.

DE PARTICULIS EMPHATICIS.

§ 328. Vim atque colorem enuntiatis addebant particulae quae sequuntur:

1. *ἄρα* sive *ἄρ* sive *ῥα*[a] *ergo*. Introducebat quae consentanea essent et a quolibet possent expectari, ut quae e modo dictis profluerent. Concludentium igitur erat, nec non narrando pergentium, ex. gr.:

Τρῶεσ μὲν κλαγγῆι τ' ἐνοπῆι τ' ἴσαν ὄρνιθεσ ὥσ,...
οἳ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῆι μένεα πνείοντεσ Ἀχαιοί[b].

2. *τε*. Enclitica haec particula a stirpe pronominis indefiniti *τισ* *quis* est ducta, ut latinum *-que* in vocibus *quisque*, *quicunque*, *namque*, aliis[c]. Subiungebatur pronomini relativo[d] et cognatis nominibus, adverbiis, coniunctionibus *οἷοσ*, *ὅ(σ)σοσ*, *ὅθι* (item *ἵνα* et *ἔνθα*), *ὅθεν*, *ὡσ*, *ὅτε*, cum non de certa quadam re fiebat sermo, sed de iis quae fieri possent vel solerent. Quapropter ibi potissimum invenitur ubi generales proferuntur sententiae. Praeterea increvit particulis *αὖτε*, *ἠΰτε* — *εὖτε*, apud posteros autem permansit in particulis *ὥστε*[e], *ἔστε*, *ὅτε*, *ἅτε* et in locutionibus *ἐφ' ὧι τε*, *οἷόσ τε*[f].

Etiam indefinito pronomini *τισ* a poetis epicis nonnumquam est addita, ex. gr.:

καὶ γάρ τίσ θ' ἕνα μῆνα μένων ἀπὸ ϝῆσ ἀλόχοιο | ἀσχαλάει[g],

nec non interrogativis *τίσ*, *τί*, *τίπτε*, *ποῖοσ*, *πῶσ*, *πῆι*, sed his non nisi accedente particula *ἄρ(α)*[h]; ex. gr.:

τίσ τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι[i];
τί τ' ἄρ' ὧδε μεθίετε θούριδοσ ἀλκῆσ[j];
τίπτε τ' ἄρ' ὧδ' Ἀχιλεὺσ ὀλοφύρεται υἷασ Ἀχαιῶν[k];
ποίηι τ' ἂρ νῦν δεῦρο, πάτερ φίλε, νηΐ σε ναῦται | ἤγαγον[l];
πῶσ τ' ἄρ' ἴω μετὰ μῶλον[m];
πῆι τ' ἂρ μέμονασ καταδύμεν' ὅμιλον[n];

Denique particulis *μέν*, *δέ*, *καί*, *ἀλλά*, *ἤ*, *ἤ*, *εἰ*, *ἐπεί*, *ἄρ* sive *ῥα*, *γάρ*, *ἀτάρ* haud raro est subiuncta[o].

---

a § 11. *b* *Γ* 2—8. Cuiusmodi locis inter *ἄρ'(α)* et *αὐτάρ* (*αὖ-τε-ἄρ*) § 325² hoc interest, quod posteriore particula quae introducuntur, cum modo dictis vinculo causali non constringuntur. *c* Cognatum videtur *κε(ν)*, pag. 402 *g*. *d* Pag. 216. *e* *Ita ut* consecutivum; epice vero *ὥσ τε* = *quemadmodum*, pag. 217 *e*. *f* *τ* 160 sq. *φ* 117 (ad *β* 60).
g *B* 792. *h* Pro *τ' ἄρ* fuere qui *τάρ* una voce proferri iuberent ad exemplum particularum *γάρ* et *αὐτάρ*, Herodianus ad *Α* 65, Cobet Misc. Crit. 321. In exemplaribus manuscriptis *ΤΑΡ* et *ΓΑΡ* saepe sunt permutata, ex. gr. *Κ* 61, 424 *Σ* 182 *ν* 417 *ψ* 264.
i *Α* 8. *j* *Μ* 409. *k* *Δ* 656. *l* *π* 222, codd. *γάρ*. *m* *Σ* 188. *n* *Ν* 307.
o Hic illic debetur librariis, ex. gr. pro *αἶψά τε φυλόπιδοσ πέλεται κόροσ ἀνθρώποισι* *Τ* 221 recte l. a. *δέ*, pro *αἰεί τε* *Π* 688 *Ρ* 174 recte l. a. *γε*.

Non esse confundendam cum copulativa particula τε *-que*[a] vix est quod hic dicatur. Nam sive homonymae fuerunt[b], sive una eademque particula fuit primitus, vi certe inde ab aevo Homerico tam dissimiles fuerunt ut pro duabus vocibus habendae sint necessario.

3. περ *sane, profecto, quidem.* Praepositionis περί forma haec brevior et enclitica[c] augebat vim vocum quibus subiungebatur, ad has potissimum animum advertere audientes iubens. Vocis modulatione a poetae verba vertere conantibus reddi melius potest locis plurimis quam certa aliqua linguae non Graecae particula.

Intensiva autem notio quoniam in *adversativam* facile abibat[d], saepe id quod *quamvis, etsi* significavit; quae vis ibi praesertim est insignis, ubi praemissa est particula εἰ, ex. gr.:

εἴ περ γάρ κ' ἐθέλῃσιν[e]

nam etiamsi velit, nec non ubi participiis est addita, ex. gr.:

ἀνάσχεο κηδομένη περ[f]

perfer sollicita sane = *perfer quamvis sollicita* sive: *perfer licet sollicita sis.*

Recentiore aevo particulae περ haec vis permansit cum praemittebatur participio coniunctioni καί sociata. In epica vero dictione καί et περ nunquam se contingebant, licet coniunctim usurpatae fuerint saepe; ex. gr.: καὶ μάλα περ θυμῶι κεχολωμένον[g]. Qualia postea sic ordinari fuere solita: καίπερ … κεχολωμένον[h].

4. θην *profecto, opinor.* Illudentium fuit enclitica haec particula[i]; ex. gr.:

οὐ μέν θην 'κάμετόν γε

defessae quidem nondum estis, opinor[j].

ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας

profecto conficiam te posthac, opinor, cum in meas manus incideris[k].

Eadem huius particulae atque praecedentis fuit sors. Nam in dictione epica utraque vixit libera, dein ita contabuit ut suis viribus stare non iam posset et certis tantum particulis nominibusque suffulta vitam sustentaret. Sic marina quaedam animalcula prima iuventute per undas circumvagantur, adultam vero aetatem rupibus adhaerentia transigunt. Particulae autem θην cum mobilitas decrevit tum corporis volumen, in

---

a § 325[1]. *b* Quidni duas particulas τε homonymas habuerit ea lingua quae habuit duas δέ: *autem* et *versus*, et duas θεν: *ab* et *nempe*? *c* Pag. 72 *g* et 384 *a*. *d* Inest enim *comparatio* quaedam. Sic suffixa -ίων et -τεροσ prius emphasin, dein comparationem significarunt, pag. 195 *f*, 198 *a—g*. *e* Α 580. Nos *neem aan … al, indien … al.* *f* Α 586. *g* Α 217. *h* Pro καί περ πολλὰ παθόντα η 224 leg. ἄλγεα π. π; Hes. Theog. 533 verba καί περ χωόμενοσ 'παύθη χόλου sic sunt iungenda: καὶ χόλου ἐπαύθη χωόμενόσ περ. *i* Exceptio nulla est; quod non recte negavit Giseke in Ebelingi Lexico Homerico. *j* Θ 448. Eustathius annotavit Heraclidem mentionem fecisse difficilioris cuiusdam lectionis μέντον, et fuisse qui perhiberent Argivis Cretibusque particulam τον id quod τοι significasse. Quas nugas pepererunt male intellecta verba veterum grammaticorum dubitantium essetne κάμετον scribendum an καμέτην. *k* Δ 365.

θεν enim abiit, particularum δῆθεν et δήπουθεν facta pars finalis[a]. Quibus ironicam eam vim impertivit, quae ipsi erat propria. Sic μάν sive μήν[b] in μέν abiit, δή in δέ, αὖ in ἀ- (ἀτάρ), ἠδέ in ἰδέ.

5. Quod ultimum dictum est, biformes particulas esse μήν—μέν, δή—δέ, id Homeri praesertim dictionem artemque metricam cognoscere cupientibus scitu est utile. Nam postea quidem voculae μήν et μέν, δή et δέ non figura solum sed etiam vi et usu sunt discretae, in epica vero lingua non nisi illud intercedebat discrimen quod est inter syllabas longas et breves, arsin et thesin. Itaque ἦ μέν, οὐ μέν, μὴ μέν, similia in carminibus epicis haud rara sunt, et δέ saepe id quod δή valet, ex. gr. cum orationis exordium his verbis fit: μὴ δ' οὕτωσ ... κλέπτε νόωι[c], vel cum δέ apodosin aperit, ex. gr.: εἴ ποτέ τοι κτἑ. . . . , τὸ δέ μοι κρήηνον ἐέλδωρ[d], vel: ἧοσ ὃ ταῦθ' ὥρμαινε . . . , ἦλθε δ' Ἀθήνη[e]. Cuiusmodi locis si δέ in δή mutatur, metrum quidem ruit, sed integra manet sententia. Etiam orationis partibus *in parenthesi* proferendis apta igitur erat particula δή sive δέ, ex. gr.:

νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν, — ὀλέκοντο δὲ λαοί, —
οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμασεν ἀρητῆρα[f],

quae paratactice potius sic sunt iuncta: *morbum civit: perire iam coeperunt milites*, quam syntactice.

6. εἶ *quin* praemittebatur imperativo: εἶ δ' ἄγε[g] vel ἄγετε[h], εἶ δὲ ... ἄκουσον[i]. In cuiusmodi locutionibus particulae δέ sive δή hortativa erat vis, ut modo est observatum; εἶ autem interiectio postea sono -α aucta in linguis Graeca et Latina permansit, et facile hic agnoscitur primitiva huius particulae (εἶ, εἰ, αἴ) vis[j]. Itaque non est iusta causa ob quam litterae traditae εἰ δ' ἄγε(τε) et εἰ δέ locis laudatis in εἶ' ἄγε(τε) et εἶα mutentur[k], licet Theocritus et Vergilius dixerint: εἶ' ἄγε Θεστυλί[l], εἶα λέγ' εἴ τι λέγεισ[m], *eia age*[n].

7. τῆ *ecce, en accipe*[o]. A stirpe pronominis demonstrativi ducta haec particula[p] postea vixit in dialecto Cyprica[q].

8. πόποι *vae*. Admirantium haec vox, quae παπαῖ sonuit posteris, in carminibus epicis non nisi praemisso ὤ est usurpata, initio autem orationis collocari fuit solita[r]. Inter veteres fuerunt qui *vocativum* dice-

---

a Homonymum -θεν originem indicans § 47. *b* Pag. 57 *v*. *c* *Α* 131; cuiusmodi locis δή scribi non sinit ars metrica; pag. 69 t. *d* *Α* 39—41. *e* *Α* 193 sq.; etiam καί et ἔπειτα initio apodoseos sic usurpatae inveniuntur, ex. gr.: *Α* 477 sq. ἦμοσ δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλοσ Ἠώσ, | καὶ τότ' ἔπειτ' ἀνάγοντο. *f* *Α* 10 sq. *g* *Α* 302 sq. *h* *Χ* 381. *i* *Ι* 262. *Ι* 46 vero poeta non εἶ δὲ καὶ αὐτοὶ | φευγόντων videtur dixisse, sed: εἰ δὲ καὶ αὐτοί (mente add.: *fugituri sunt*), φευγόντων. *j* § 326 A[1]. Quidam apud Eust. recte: εἰ δ' ἄγε ἀντὶ τοῦ εἶα δὴ ἄγε 107, 18; 1080, 63; 1416, 39; 1519, 30. *k* Sic Bentley (ad *Ζ* 376); item Nauck, Gomperz Herod. Studien 1883, alii. *l* Theocr. II 95, l. a. εἰ δ' ἄγε. *m* Ibid. V 78. *n* Aen. IV 569. *o* *Ξ* 219 al. *p* vHerwerden coll. *ecce, voici*. Imperativus verbi aliunde non cogniti τάω dicitur in schol. *Α* 299. *q* Inscr. 135. *r* Sed *Ν* 99 *Ξ* 49 (l. a. *Ρ* 171) ν 209 in media oratione locum obtinet.

rent: id quod *o di* significare, a Dryopibus videlicet *πόπουσ* vocatos esse *τοὺσ δαίμονασ*[a], et inter Scythas deorum quasdam imagines *πόπουσ* nomen habuisse[b]. Quae iocis quam eruditionis documentis videntur similiora, et deorum „Triballorum" in theatro Atheniensi olim locutorum reminiscimur. Fidem tamen his nugis olim habuerunt Homeri imitatores[c], ut recentiores criticos mittamus[d]; ad quas refutandas sufficit id quod opposuit Aristarchus: „etiam ipsis dis hanc vocem in carminibus epicis saepe esse tributam[e].

CAPUT VIII.

DE IUSTO VOCULARUM IN ENUNTIATIS ORDINE[f].

§ 329. Plures voculae cum deinceps usurpabantur, particulae *περ* et *γε* praemittebantur ceteris; ex. gr.: *εἴ περ γάρ, εἴ πέρ κε, τοῦ περ δή, ’πόθεόν γε μέν*, al.[g].

Proximus erat locus particulis *μέν, δέ, τε* copulativae[h]; ex. gr.: *οἳ δὲ δή, εἰ δέ κεν, ἐγὼ δέ κέ τοι, οὐ μὲν γάρ, οὔτε κε, οὔτ’ ἄρα*. Alia erat ratio ubi certo vocabulo orationisve parti pondus addebat *μέν*, ex. gr.: *οὔ τι περιπληθὴσ λίην τόσον, ἀλλ’ ἀγαθὴ μέν*[i].

Inter ceteras particulas primum locum obtinebat *γάρ*, ex. gr.: *ἦ γάρ κε, τίσ γάρ κε, εἴ περ γάρ κε, ὧσ γάρ νύ τοι*.

Certus etiam particularum *καί νύ κεν, ἐξ ἄρα δή, ὁππότε κεν δή, ἦ ῥά νυ, τίσ τοί νυ* erat ordo.

Particulis postponebantur pronomen *indefinitum τισ* et indefinita particula *τε*[j], quaeque praeterea cognata fuerunt: *ποθι* sive *που, πωσ, πω, ποτε, πηι, ποθεν*. Unius vocis instar habebantur *τίσ τε* et *ὅσ τισ*. Ex. gr.: *ὅτε κέν τισ, ὅν ῥά τισ, ἦ πού τί σε, καὶ γάρ τίσ τε, ὅσ ῥά τε, οὔτ’ ἄρ τε, οὔ νύ τε, αἴ κέν πωσ, ὅν τινα μέν, ὅσ τίσ κε*[k]. Nonnumquam tamen certas ob causas *τισ* et *ποτε* longius ab initio enuntiati removebantur; ex. gr.:

τῶι κε τάχα στυγερῶσ τιν’ ἐγὼ πέμψαιμι νέεσθαι[l].
τῶι μή μοι πατέρασ ποθ’ ὁμοίηι ἔνθεο τιμῆι[m].

Pronominum *personalium* formae encliticae collocabantur post particulas et pronomina ea, de quibus modo sermo fuit; ex. gr.: *οὔ ποτέ*

---

a Plut. Mor. 22 *d*. *b* Et. M. 823, 31. *c* Pag. 31 *b*, *c*. *d* Fuit etiam qui *ὢπόποι* optativum vocaret, „*sehe einer!*" interpretatus: horrescimus referentes (cf. Mnemos. 1888, 27 sq.). *e* Χ 168 α 32 al. *f* Monro Hom. Grammar² § 365. *g* Discrepant: *εἰσ ὅ κέ περ Ι* 46, *αἴ κέ περ Η* 387, *ὅθεν τέ περ γ* 321, *αὐτοὺσ δή περ ἔασον Θ* 243. *h* § 325¹. *i* ο 405. *j* § 328². *k* *εἴ ποτε* coniuncta sunt in locutione *εἴ ποτε δή Α* 394 al.; sed et *εἰ δή ποτε, Α* 40. *l* φ 374. *m* Δ 410.

με, οὐδέ νύ πώ με, οὐ γάρ πώ ποτέ μοι, ἐγὼ δέ κέ τοι, ἐπεὶ ἄρ κέ σε, ὁππότε κέν μιν, αἴ κέν πώσ μιν, οὐ γάρ πώ σφιν, ἦ ποθί τίσ σφιν. Cum accedebat *αὐτόσ*, hoc quoque praemittebatur, ex. gr.: *αἲ γάρ πωσ αὐτόν με*[a]. Et nonnumquam personalia enclitica verbo sunt subiuncta, ex. gr.: *ἐπὶ δὲ πτόλεμοσ 'τέτατό σφι*[b].

Negandi particulae *οὐ* et *μή* ab initio enuntiati, qui iustus iis fuit locus, haud raro sunt remotae, quo augeretur certae alicuius vocis emphasis. Cuiusmodi locis negandi particula secum trahebat indefinita *τισ, ποτε*, alia; ex. gr.: *'μετάλλησάν γε μὲν οὔ τι*, vel: *κείνοισι δέ κ' οὔ τισ*, quibus in versibus *μεταλλῆσαι* et *κεῖνοσ* multo maiore vi prolata sunt quam si, servato solito verborum ordine, dicta essent *οὔ γε μέν τι 'μετάλλησαν* et: *οὐδέ κέ τισ κείνοισι*.

Quae leges licet poetas non servilem in modum obstrictos tenuerint, satis tamen valent ad arguenda vitia versuum complurium et alias ob causas suspectorum:

ὡσ ὄφελεν θάνατόσ μοι *ἁδεῖν* leg. *ὥσ μ'(οι) ὄφελεν θάνατοσ ϝαδέμεν*[c].
ἔνθ' ἔσαν οἱ *πέπλοι* leg. *ἔνθα ϝ'(οι) ἔσαν πέπλοι*[d].
κὰδ δ' ἄχοσ οἱ *'χύτο* leg. *κὰδ δέ ϝ'(οι) ἄχοσ 'χύτο*[e].
ἀλλ' ἐῶμέν μιν leg. *ἀλλά ϝ' ἐῶμεν*[f].
ἃ γὰρ ἦν οἱ leg. *ἃ γὰρ ἦεν*[g].
εἴ περ γὰρ φθάμενόσ τισ *ἢ οὐτάσηι ἠὲ βάλῃσι* l. a. *μιν ἢ οὐτάσηι*, etiam melius est *ϝ'(ε) ἤ' οὐτάσηι*[h].
ἐπεὶ πρό ϝοι *εἴπομεν ἥμεσ* leg. *ἐπεὶ προεϝείπομεν ἥμεσ*[i].
ἐπεί νύ περ *ἴεται αἰνῶσ* leg. *ἐπεί νύ τε ϝίεται*[j].
ὅρκωι πιστωθήμεν' ἀπήμονά μ' *οἴκαδ' ἀπάξειν* leg. *ἀπήμονα ϝοίκαδ'*[k].
εἴ κ' ἐθέλων γε *μένοισ* leg. *εἴ γ' ἐθέλων μίμνοισ*[l].
εἰ τούτω κε *λάβοιμεν* leg. *εἰ τ. γε λ.*[m].
μὴ ἀγαθῶι περ ἐόντι νεμεσσηθέωμέν οἱ *ἥμεσ* leg. *μή ϝ'(οι) ἀ. π. ἐ. νεμεσσηθήομεν ἥμεσ*[n].
φῆι δὲ δακρυπλώειν βεβαρηότα με *φρένασ οἴνωι* leg. fortasse *καὶ δακρυπλώειν φήηι(σ) βεβαρηότα ϝοίνωι*[o].
οὐκέτ' ἔπειτα σὺ πῆμά ποτ' *ἔσσεαι Ἀργείοισι*[p].

---

a *Χ* 346. b *Ρ* 736. c *Γ* 173, pag. 80 *g*, 141 *l*. d *Ζ* 289, pag. 80 *n*, 142 d. e *Υ* 282, pag. 80, 142 d. f *Κ* 344, § 8. g *Σ* 460, § 302. h *Φ* 576; insolitum est *ἤ* correptum, § 16. i *α* 37, pag. 146 *c*. j *β* 327, pag. 148 *u*. k *ο* 436, pag. 150 *x*; pro *μ'* l. a. *δ'* vel *εὖ*. l *η* 315; vitiosus est optativus particulis *εἴ κε* iunctus. m *Ε* 273, item. n *Ω* 53, pag. 80 *t*, 142 d, 240 c. o *τ* 122. Cf. v. l. et § 25, 122. p *Κ* 453; deest caesura.

INDEX GRAECUS.